chetis qui dixit verbum caro factum esse quia indubi-
tanter mutatum est atque conversum. Contra quem ar-
guit Cyrillus in epistola ad [illegible] anthiocenos
quoniam divina natura [illegible] nec est capax
mutationis atque conversionis alicuius. Alius error
fuit Nestorii qui habetur in gestis Ephesinis
concilii. dixit Mariam solum hominem genu-
isse et non deum atque dixit duas personas
hominis et dei. Cui obviat Cyrillus in epistola
ad monachos Egypti. Cum sic distinctus esset
duas naturas personas tamen ea quae sunt hominis
non convenirent deo nisi quia dicatur se exina-
nisse accipiendo formam servi. propterea ut dicit
Augustinus contra Felicianum. Sicut in uno homine
alia anima alia corpus est, verum unus tamen homo. Sic
in mediatore dei et hominis alius dei filius alius
hominis filius. Unus autem Christus est. Si autem dice-
ret aliquis Si evangelista dicit verbum caro factum est
voluit intelligere verbum humanatum cur non
dixit verbum factum est homo ut totum signaret.
Aut si vult partem unam solam exprimere cur
non expressit de anima quae nobilior est car-
ne. Verbum anima factum est. Dico quod per
synodochen nomine carnis quae est pars
hominis totus homo intelligitur. Voluit tamen
evangelista carnem nominare scilicet partem ut ostenderet for-
tassis singularem et maximam unionem verbi
ad hominem quae tanta est ut non solum
verbum sit homo et homo verbum sed et sed et separatis
partibus hominis carne scilicet et anima verbum est unitum
cuilibet parti et quaelibet pars est verbum etiam in
passione etc. Cum separata est anima a corpore

Ut dicit

Verbum tamen inseparabile erat ab utroque
ita quod verbum erat caro et caro verbum
atque verbum erat anima et anima verbum.
Ad secundam quaestionem videtur quod licet anima sit
nobilior carne unde et verbum non assump-
sit immediate carnem sed carnem [illegible]
mediante anima ideo tamen evangelista dixit verbum
factum est anima et hoc propter tria. Primo quia ex
omnis factura denominata est ab ultimo
quod fit et quod ultima unio ubi fuit ad car-
nem quam anima assumpsit ideo dixit verbum
caro factum. Secundo dicitur verbum caro factum quia
anima est quoddam nomen commune [illegible]
caro autem proprie dicitur de corpore hominis.
Carnes non sunt aliorum animalium. Et quod
verbum non assumpsit quia omnibus animalibus
sed humanam hominis ideo dixit verbum caro
factum est. Tertio ut maiorem humilitatem ubi
ostenderet. Quarto quia verbum est vita animae et vivi-
ficatrix in [illegible] Ideo non dixit evangelista verbum factum
anima ne aliquis crederet ipsum verbum in Christo
se habuisse loco animae vivificantis corpus
quemadmodum Apollinaris asserit. Cuius
error in summa Augustini libro quaestionum
et Leo papa in epistola ad Palestinos suffi-
cienter reprobavit. Quarto ponitur ubi
conversatio. Et habitavit in nobis. I-
mmo in nobis [illegible]
[illegible] quia caro factum est in terris
visus est et cum hominibus conversatus est.
Baruch 3. Quinto ponitur gloria ubi revelatio. Et
vidimus. Prima Johannis 1 Vidimus oculis nostris
et perspeximus et manus nostrae contrectaverunt.

De verbo vite gloriam eius tamquam
et gloriosum Nota quod ubi gloriam e-
nit. dicit in scriptura doctrine mirabili
ope in transfiguratione in passione
: In ascensione in missione spiritus sancti
Eciam post distinctio ubi et gloria aliorum
sanctorum quia non fuit gloria ipsi ut
gloria angelorum sed super nos vidim
gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre Nota Nota quod glorificat pater unigeni-
tum filium quamque eius amicum alium vel
sibi familiarem Nota quod ostenditur ea-
dem et equalem esse gloriam patris ubi-
dem equalem eum esse ut pater diligit filium
plus quam quod potest se gloriosum et si unum
eum filium habet tunc totum illi attribuit Et quia
verbum est filius patris unicus ideo gloria eius
sic unigeniti cui totum dat Nota et quamdiu
dumnodo est unigenitus sive unus filius in
eum deus pater alium filium generare potest Sed nec
ipse filius generat aut spiritus sanctus Pater quod
alium generare non potest quia genitum est in diuinis
vel ut gratia dedit est Et de ordine diuino
ubi ait ut sit de toto sciencia et toto patris
in tellectu aliorum ipsius non est verbum perfectum
Et quod est ex toto aliquo non multiplicabile
Verbum ergo unigenitum est Sed nec filius gene-
rare potest in spiritu sancto vero autem hoc est
quia filius et spiritus sanctus sunt illa caritas et virtus
habet qua habet pater pro ipsa exemplum
patre mittere missione mutuum generationis ro-
nalem adque se per expende ergo in filio et
pu sco ex ex diebus non potest regere Deum quia datum
verbum caro Et vidimus super hoc verbum =

plenum gratie Nota sunt per tres gracie supra in ipso sunt glo-
ria Et tunc Iurme ex gratia vite veritatis Et
nota quod vere dicitur plenum gracia quia ut dicit
augustinus in enchiridion nullis meritis precedentibus
ex quo conceptus est fuit in eo diuinitas implens
omnes illum et unita sibi inseparabiliter veritate per hoc
ille homo dei filius dicetur ex quo plenum
redundat in nos gracia quia de eius gracia que
decens plenitudine nos omnes accepimus quia a capite
pite redundat ubique in membris Deinde ta-
git aliam ubi plenitudine Et veritatis ipsius est
ipse veritas et omnia figura in lege ipse veri-
tauit Sed dicit glossa ipsius est plenus veri-
tate quia sicut olim promissum est modo est exhibi-
tum ut scilicet deus sit in homine implens cum omnibus bonis
et post cum suis Plurima iam de misterio dei
et incarnationis ubi eodem verbo in formatur in terris
stilo describimus ut cum eius inmensi diuinitatis adque
caritatis non patitur fragilitas Non legitur debere
augustino quod non pateat suspirari quod sic
menti habet verbum caro factum est diuini verbi
considerantes maiestate apparuit parvulus
puer in littore maris qui cum testa hauriebat
de mari aquam et fundebat in fossam quam
manu fecerat in arena Cepit ille sanctus
scrutari quid nam faceret ageret in
arena et interrogauit quid sibi vellet Respondit
illi Cupio aquam fluminis totum hac testa in
foueam mittere Irrisit ille puerilem omnino
credens quod duplicem rei impossibilitatem aqua cum
maris dixo infinita fouea finita capacitas testa
nimis improporcionata operi metitur mortalem
ut at desideret quod completum compleret incepit
Et tunc in quid pulus Quo vis in finitum

pelagum dimitte sibi perquirere humanus ro-
nibus qui licet in intelligencia pre capacitatis et
tenuitatis ad mortem et huius deus disparuit
sed licet infinitum comprehendere non possimus iuxta consilium
plauij proficimus persequendo infinita. Cum sicut
quarta verba ewangelii sint altissime intelligen-
cie et magna efficacitatis et precipue illud
quod est ibi dicitur verbum caro factum est. unde in olevit
consuetudo laudabilis quod in fine cuiuslibet
misse legitur ewangelium fidelibus. De efficacia
cuius tria breviter narro. In quadam fuerunt
duo demoniaci ambo mendicantes. Invi-
dit autem alter alteri eo quod plus ei daretur
et clam unum sacerdotem vocavit dixit que
illi. Si feceris hoc quod dixero tibi scilicet ut ewangelium
In principio erat verbum legas in aure socii mei
me tamen non audiente et lege usque in finem
pro certo fugabitur ab ipso demonium. Intelligebat
sacerdos versuciam demonis utrumque liberare
proposuit et incipiens alter illud ewangelium legere
cum diceret verbum caro factum est statim eiu-
lantes demones exierunt et illi ambo libe-
rati sunt. Item narratur aliud huic simile quod
diabolus cuidam sancto viro dixit esse quoddam
verbum ewangelicum valde timendum
demonibus quem interrogans quod illud esset
noluit dicere. Ubi cum ille cum multas auctoritates
perduxisset in medium diabolus ad singulas respondebat
Non est hoc quod valde formido. Tandem
interrogatus tamen inquam verbum caro
factum est non audit sed cum clamore valido
et nimio disparuit. Item audivi aliud

aliud ego fratrem Talhadenum de matica refer-
entem de quodam cassino abbate regi-
onis illius. Cum die quadam in meridie
cum uno clerico suo viridarium ingressus
vidit quandam mulierem arcu moto veni-
entem ei obviam que ornata erat pre-
ciositate vestimentorum mirabili. Tunc abbas
cum vocatus comitante se clerico sociato est
unde mulier sit magnifici habitus claustralis
id viridarium conclusum fossis et muris
ingressa fuerit quo non videntes fixit abbas
gradum. Et appropinquante ad se mulierem
cum salutasset admirans illius aspectum
interrogavit unde et ad quid solitaria
loca sola ipsa intrasset. Et quidem illa ad
hoc veni ut peragatis mecum. Timuit
abbas mulieris audaciam et dixit non
licere sibi tale consortium. Ista vero statim
respondit expedit quidem et necessaria est ut omni
mora postposita venias mecum ad lo-
cum quem vos ducere cupio. Tremens
autem abbas cognovit eam demonem esse
Et cum nesciret quid melius deberet agere
agere. Illa comprehensa lacinia vestimenti
eius volebat eum ducere. Tunc abbas ni-
mio pavore perterritus elevata manu
signavit se dicens. Verbum caro factum est et
habitavit in nobis. Demon autem percus-
sit manum abbatis et disparuit cum clamore
et strepitu ita ut videretur sibi claustrum
et tota illa regio in abyssum mergi. Manus autem
abbatis quam diabolus percusserat facta
est nigra velud carbo non post multos

aut dies cum dictus abbas sue salutis
immemor non corrigeret vitam sed lasciui-
ens opi animus intenderet sua clamans
a demone vexatus et liberatus est nullus
familia potente fit auxilium qua diu in
felicem emisit spiritum inventus est super
pavimento mortuus dilaniato corpore
et vestibus. Tercio ex dictis ewangelii Johannis
dicit beatus Augustinus abbas contra. Quod
in quibusdam libris plurimorum invenit
venit eius similiter sed non tamen verbum caro factum
est et habitavit in nobis. Clam tempore
quod sacramenti habet dicta clausula nec
suspicari quod poterat quia deus abscon-
dit hoc a sapientibus et prudentibus et reve-
lavit ea parvulis. De S. Stephano

Dicebat Jhesus turbis iudeorum et principibus
sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas
et sapientes et scribas etc. Matthei 23. Prima pars
huius ewangelii habetur Luc. xi. Residuum vero
usque ad finem post. Pro eius declaratione. Cum alicui prin-
cipi fuerit rebellis aliqua gens aut
nacio sui principatus primo ad eam revocandam
dirigit barones et legatos suos quod si
ad pacem concordiam non redient vastacio
comminatur et penam. Quia vero iudeorum
nacio divino principatui semper resistit [illegible]
deus ad eam misit prophetas. Quibus in malicia
perduranti comminatus est temporalem penam
et eternam. Unum vero baronum qui ad eos
missus est fuit gloriosus prothomartir

---

ibi erat reliquie vos domus deserta. Quibus autem magis
est perversitas et nequicia illius gentis qui ut dicit Paulus
[illegible] eos occiderunt et prophetas [illegible] nunc missi
In quarta parte eorum ponit [illegible] sicut desolata erit dicens Ecce

Stephanus cuius hodie natalicium celebratur
Ipso ewangelio ubi agitur de revocacione gentis iudaice
tria declarantur. Primum est gentis iudice per-
versitas et nequicia. Secundum est obstinate mentis
adversitas et duricia in Jerusalem Jerusalem. Tertium est
pene subsequentis calamitas et miseria ibi Ecce
ego dicebat Jhesus turbis iudeorum. Congregatur
iudeorum turba dicitur quia turbulenta erat et populus
post turbati sunt et moti sunt sicut turba [illegible]
hic intelligitur laycos. Et principibus sacerdotum
per hoc tangit clericos. Clericis enim loquebatur et
laycis ut eos ad penitentiam revocaret. Ecce ego mitto ad
vos rebelles et incredulos. Non quod professum
est mittere tunc quia missi sunt apostoli Jo. [illegible]
Sicut misit me pater et ego mitto vos. Tunc
et quia Christus est sapiencia patris ad quem pertinet
mittere sapientes in mundum. Unde Luc. xi dicitur
Sapiencia dei dixit. Mittam ad illos prophetas
et apostolos. Eodem post [illegible] multiplex dignitas
prophete est. [illegible] Nisi ad nos in manum [illegible]
meorum prophetarum qui non audistis. Sed ad [illegible]
tenetur viam. Non quod in iudaico populo semper aliquis
propheta missus est a deo. Propheta autem dicitur quia de
hiis que preteriti sunt futura et fuit propheta [illegible]
eo populo [illegible] primo ut futurorum denuncia-
cio confirmaret quod a deo mitteretur prophete
et sic cum illis crediderunt. Secundo ut quia futura
pene iudeos [illegible] quod peccaverunt. Tercio ut de
[illegible] quod [illegible]. Deinde ponit aliam
dignitatem [illegible] et sapientes [illegible] sapientes
non tamen sapiencia seculi que stulticia est
apud deum quia sapiencia [illegible] dicit

[illegible] que ponitur [illegible] super [illegible] in excelsis deo [illegible] valde [illegible] est [illegible] suum.

Apostolus prima ad Cor. ii. Loquimur dei sapientiam in misterio que abscondita est. Idem ponit tercium gradum dignitatis et scribas i. in lege peritos qui legis transgressores reprehenderunt et ad legis observanciam induxerunt. ysa. Redite prevaricatores legis ad cor. Attendendum quanta fuit dei sollicitudo ad conversionem iudaice gentis. Si enim non quales cumque misit ad eos amicos sed prophetas sanctissimos consiliarios suos et sapientes et familiarissimos assessores, scribas vel [illegible] sue curie peritissimos legistas et iudices. Nota quod hec omnia fuerunt in beato prothomartire stephano. Ipse quidem missus fuit a deo ad gentem iudeorum ad convertendam. Unde dicitur act. x. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Immo quod plus est ut dicitur act. vi. omnes qui erant in concilio viderunt faciem eius tamquam faciem angeli stantis in medio inter illos. Ipse fuit propheta. Unde ut dicit Jo. in epistola ad paulinum prophete appellabantur videntes quia videbant deum quem ceteri non poterant. Et de isto precioso prothomartire Stephano dicitur Actuum vii. Cum esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celum vidit celos apertos et Ihesum stantem a dextris dei. Ipse fuit sapiens unde act. vi. non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Item ipse plenarie fuit divinus scriba et in lege peritissimus unde cap. vii. loqui de hiis que gesta sunt ab abraham usque ad mortem Christi sicut patet per totum [septimum?] capitulum in actibus et ita velud iudex et scriba reprehendit transgressores legis dicens Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis sicut et patres vestri ita et vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri [illegible] et occiderunt eos qui prenunciabant de adventu iusti cuius vos nunc proditores et homicide fuistis qui accepistis legem in disposicione angelorum et non custodistis. Quarto ponit iudeorum nequiciam quia dei nuncios non receperunt sed contumeliis affecerunt. Unde dixit Ezechiel [?] occidentes. Occiderunt ysaiam, Jeremiam, Ezechielem, [illegible] Jacobum fratrem dei, Jacobum Zebedei. Et crucifigentes morte turpissima condempnaverunt eos. Septimo [?] Sicut fuit petrus et andreas symon chananeus. Et flagellabitis in synagogis vestris i. in congregacionibus vestris. Flagellatus fuit ioseph a fratribus suis. Flagellati fuerunt prophete sicut moyses murmuracionibus vestris mycheas Jeremyas et elyas et postea [illegible] flagellaverunt et discipulos eius et nota quod synagoga grecum vocabulum est et dicitur a syn quod est con et ago gis quod est congregacio et est proprie iudeorum. Idem ostendit quid sunt facturi eis quos occidere non poterunt. Et persequimini de civitate in civitatem non sinentes eos quiescere ut flagellatos et fuga (afflictos). Talis persecucio fuit in morte sancti stephani. De qua dicitur act. viii. facta est in illa die persecucio magna in ecclesia que erat iherosolimis et omnes dispersi sunt per regiones iudee et samarie preter apostolos de quorum persecucione et fuga potest intelligi illud hebre. xi. Circuierunt in melotis et in pellibus caprinis egentes angustiati et afflicti quibus dignus non erat mundus in solitudinibus

[illegible]

erantes in montibus et speluncis et cavernis terre. Ista autem persecutio nostra fuit utilitas quoniam ut dicit Iohannes persecutis eos decima in civitatem ut ad gentium plurimum transmigret. Ex quo ponit generalem iudeorum culpam ut veniat super vos omnis sanguis iustus, id est omnis culpa effusionis iusti sanguinis vobis sanguinis in pute qui effusus est super terram. Effuderunt sanguinem innocentem. Nota quod omnis culpa effusi sanguinis iustorum iudeos imputatur maxime pro effusione sanguinis Christi. Iniquitas quid iusticie fuit magis satis in populo habundantissime reperitur. Eadem explicat istius sanguinis culpam effusi. A sanguine Abel iusti. Cuius iusticia apparet Genesis 4 ubi dicitur: Abel obtulit munera domino de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum et respexit dominus ad Abel et ad munera eius. Istius Abel iusti sanguinem effudit Cayn frater eius motus zelo invidie ut dicitur ibidem. Usque ad sanguinem Zacharie filii Barachie quem occidistis inter templum et altare. Dicit glossa quod in templo erant duo altaria unum interius quod erat incensi et alterum exterius quod erat holocaustorum. Et inter hoc altare et templum lapidatus fuit iste Zacharias a populo. Queritur quis fuerit iste Zacharias et dicunt quidam quod est unus de duodecim prophetis undecimus est. Sed

ut dicit Iohannes licet iste fuerit filius Barachie tamen ubi occisus fuerit scriptura non loquitur. Origenes dicit quod ad ipsum venit quedam tradicio quod iste Zacharias fuerit pater ipsius Iohannis Baptiste. In templo enim erat quidam locus ubi solis virginibus licebat adorare. Beata autem virgo postquam salvatorem pepererat in templum ingrediens stetit ut adoraret in loco virginum prohibentibus autem eis qui noverat eam genuisse Zacharias defendit dicens ipsam adhuc esse virginem propter quod postea ibidem inter altare occisus est. Sed ut dicit Iohannes quia hec tradicio descriptiva non habet auctoritatem eadem facilitate contempnitur qua probatur. Et ideo alii dicunt istum esse Zachariam quem iussit Iohas rex Iudee lapidari ut habetur 2o Paralipomenon 24o. Post cuius mortem ut dicit Epiphanius manifeste tunc divinis visionibus nota templi plebs exstitit maiestas dei manens in fine templo. Est attendendum quod iste Zacharias fuit filius Ioiade sacerdotis hic vero dicitur filius Barachie forte quia sit binomius est. Ioiada autem ideo quia Barachias interpretatur benedictus domino. Et Ioiada fuit benedictus qui reparavit regnum iudeorum in pristina dignitate ut habetur 4 Regum xi°. Quod autem Zacharias iste sit ille de quo dicitur adhibet fidem quia in evangelio nazareorum pro filio Barachie scriptum est filium Ioiade. Est quare isti duo inter alios iustos nominantur cum post Zachariam multi fuerunt interfecti. Primo adhuc dicitur Remigius quia Abel fuit pastor ovium et occisus in campo. Zacharias vero fuit sacerdos et interfectus in atrio templi. Per quos duos omnes sancti martyres designantur laycalis et scolaris ordinis

Secundo racione Crisostomi. Omnia enim xpm et discipulos eius per invidiam occidebat. Ideo abel commemoratur, quem propter invidiam frater eius occidit. Zacharie autem facit mencionem quia duplex presumpcio fuit in nece ipsius, quia hominem sanctum in loco sancto occiderunt. Tercio potest videri. Omnia aggravant homicidium, expressio ipsius sanguinis et beneficiis acceptis. Abel autem occidit frater eius cayn. Zachariam autem iussit lapidari Iosias rex, ut dicitur in 2 paralipomenon 24, non est recordatus misericordie quam fecerat pater eius secum, sed interfecit filium eius. Quarto ad hoc taliter dicitur quia solum in nece istorum duorum in sacra scriptura vindicta postulatur. Adeo de propter necem abel dicitur Gen 4: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et vindicata fuit quia habitavit cayn profugus super terram et tandem interfectus est ut dicitur Genesis.

De zacharia vero dicitur in 2 paral 24. Qui cum moreretur dixit: videat dominus et requirat. Consecuta est eum vindicta. Unde ibidem dicitur: post annum circulum tradidit dominus infinitam multitudinem in manu paucorum exercitus regis Syrie et occisi sunt omnes principes populi et depredati sunt regis ~~et ille dictos~~ ignominiose regi Iosias reliquerunt eum plenum languoribus, quem tandem occiderunt servi eius iacentem in lecto ut dicit scriptura in ulcionem sanguinis.

Ideo queritur ulcio quare sanguis abel venit super iudeos cum ipsi non occiderent eum sed nec ex cayn nati sunt. Et dicendum ex quo occiderunt [?] quia fuit abel pro innocencia et mansuetudine quia non resistit occidenti. Ideo sanguis abel venit super eos. Vel quod iudei occidentes hunc gloriosum prothomartirem stephanum sanguine abel et zacharie conduxerunt ad usum se. Nam in abel fuit virginitas, innocencia et paciencia. Virginitatem autem stephanus probat ~~platica~~ viduarum dei cum ipsa innocenciam quia peccata non in veniam eum verbis celo [illegible], scilicet cum dixit: Domine ihesu accipe spiritum meum. Et cum dixit: Domine ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Ideo maior fuit eius paciencia quia non expetit vindictam quam adam sanguis abel sed petijt indulgenciam. Sic ipse fuit zacharias quia in sacris constitutus ulcioni [sic] exposuit. Sanctus dominum innuit in zachariam ut reprehenderet iudeos, ita in stephanum ultimo lapidatus est quam admodum zacharias [?].

Quarto ponitur divina ulcio. Amen dico vobis venient hec omnia. Ulcio [illegible] omnibus super generacionem istam. Generacio hebrea vipera est que [illegible] se necat. Deuteronomii 32: Generacio prava atque perversa, hec ne reddis domino popule stulte et insipiens? Numquid non ipse est pater tuus qui possedit et creavit te? Nota quod secundum Crisostomum [?] potest accipi quod omnis ulcio effusi sanguinis veniat super generacionem iudaycam. Primo sicut omnia bona que in singulis generacionibus in constitucione mundi omnes

Sancti inebriabantur illis novissime data sunt que Christum receperunt. Ita omnia mala que meruerant in patribus in singulis generacionibus ad punicionem iudeorum illis novissime data sunt qui Christum et discipulos eius abiecerunt. Ergo sicut nulla opera sanctorum antiquorum tantam graciam mereri potuerunt quanta per Christum data est hominibus, sic nulla opera mala tantam mereri potuerunt penam quantam ex morte Christi consecuti sunt iudei, quia toto mundo facti sunt ludibrium et eiecti sunt de civitatibus et dereliqui in regnis sicut in presenti tempore est in regno Anglie et Francie. Secundo quia posteriores iudei non sunt correpti flagellis precedencium sed addiderunt peiora. Ideo omnis ulcio venit super eos precedencium. Tercio dici possumus quod omnis ulcio venit super eos quia Christum occidentes omnem commiserunt culpe nequiciam cum in ipso contineatur generalis iusticia omnium sanctorum precedencium et sequencium.

Distinctio secunda huius

Secundo cum dicit *Ierusalem Ierusalem* etc. tangitur obstinate mentis adversitas et duricia. Obstinati enim iudei occiderunt Christi nuncios et noluerunt congregari spiritualiter. Circa istud duo tanguntur. Primum est exprobracio necis sanctorum ubi dicit *Ierusalem Ierusalem*. Ista reiteracio ut dicit Crisostomus est miserentis valde et diligentis et forte dolentis et ad comminacionem ante loquitur dominus ad saxa, ad homines habitatores Ierusalem. *Que occidis prophetas.* Dolendo dominus exprobrat prophetarum necem, dolet de morte amicorum et de culpa occidencium. *Et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Unde

nisi ad te Ysayam et secuisti, cum Ieremiam lapidasti, Ezechielem etiam per lapides excerebrasti. Quomodo sanabis que nullum ad te medicum venire permittis. Et istud quod ista exprobracio debeat intelligi potest de morte gloriosi prothomartiris Stephani qui ad se missum lapidaverunt iudei. Et ipse enim missus fuit ad eos convertendos. Ut est quemadmodum quod dictum est Ezech. 2° c°: *Fili hominis mitto ego te ad filios Israel ad gentes apostatrices que recesserunt a me.* Et iudei beatum Stephanum Act. 6: *Ecce ego mitto me* quem lapidaverunt sicut celestem nuncium missum; iudei ut mortis penam ei infligerent quam sepe voluerunt prime Christo iniusto cum iure suum tamen compleverunt desiderium quod sepe voluerunt Christum lapidare. Tercio ponitur rebellio iudeorum quantis obstantibus occasionibus iudeorum sanctorum volunt Christus ad se eos congregare et noluerunt. Unde dicit *Quociens volui* quia non sunt a vobis congregare *filios tuos* in congregacione fidelium. *Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis.* Et notandum quod Christus assimilat se ipsum galline congreganti pullos suos sub alas. In Deuteronomio 32 assimilatur aquile que expandit alas suas et assumpsit populum iudeorum et portavit. Aquila enim obtinet principatum in volatilibus. Et quia tunc temporis deus assumpsit populum iudeorum ut eos induceret in terram fluentem lac et mel et ut principatum gencium obtineret et possideret, ideo pater assimilatur aquile. Nunc vero volens populum iudeorum congregare et infirmum assumpsit galline speciem ut ostendat sui amoris magnitudinem; nam gallina amore filiorum infirmatur et languet. Et quia amore iudeorum in

firm(itatem) tuam assumpsit vnde ps(almista) Infirmata est
in humili(tate) virtus mea Et Cant(icorum) Fulcite me
floribus stipate me malis quia langueo
amore langueo. Nota quod gallina congregat pullos
suos sub alas ut eos foveat protegat et nu-
triat cognoscat. Sic xp(istu)s voluit sub duplici
dimittere ala et sicut congregare iudeos
vel sub duplici ala utriusque testamenti ut si
fuerit laboravit clamans unde facte sunt
fauces eius. Item ut foveret iudeos protegeret
et ut ipsum cognosceret. Et hoc sepe voluit
facere prophetas eis mittens et tandem personam
venit clamans verbis signis et miraculis
Deum ponit iudeos rebelles. Et noluisti q(ui)a
noluerunt congregari spiritualiter ideo et localiter in quo-
rundi regiones dispersi sunt. Nota cum pulli
istius galline noluerint congregari sub alis eius
audierunt cum clamantem alieni pulli scilicet
gentiles congregati sunt sub alis eius. Quod
signatum est in Ruth moabitide de qua dicitur
Ruth plena mercedem recipies a domino
deo israel ad quem venisti sub cuius alas
confugisti.

Tercia distinccio huius

Tercio ponitur sub sequentibus pene adversitas
et miseria et est quam deus gentem
iudaycam ex toto deserint quod usque ad
tempora illa non fuerat factum et dicta ponitur
= pro templi ruina. Ecce quod impius relinquetur
domus vestra id est templum de quo dicitur Ier(emie) 12 Domus
mea domus orationis vobis desertaque et
presidio angelorum. Vnde dicit Josephus quod
in templo audita est vox commoniciamus

angelorum dicentium transeamus ab hiis sedibus.
Nota quod de ista templi desolacione semper ti-
muerunt iudei. Vnde ut sacerdotes dicebant
Si enim dimittimus eum sic omnes credent in eum et veni-
ent romani et tollent nostrum locum et gentem.
Sed iusto dei iudicio timor quem timebant
evenit eis et quod volebant accidit. Illa
post xp(isti) ascensionem quod admodum predictum erat de-
solatum est templum et dispersi sunt iudei
in terra aliena et ista desolacio erit usque in fine
seculi. Vt dicit Dan(iel) 9. Nota quod dicitur ecce
relinquetur domus vestra deserta. Hoc potest in-
telligi ut nomine domus ecclesia fidelium intel-
ligatur que quidem deserta non est fidelibus et plena
iudeis tamen deserta est nunc usque in fine seculi
sed ergo dicunt ut salventur reliquie israel. Quarto
ponitur xp(isti) absencia quod quidem fuit causa desola-
cionis iudayce sicut gubernatoris absencia est
causa naufragii. Vnde dicit. Dico enim vobis
cuius dictum firmum est. Non me videbitis amodo. Hoc
quod dicit amodo referetur ad tempus crucis
xp(isti). Vnde nota quod ista verba locutus est xp(istu)s
iudeis ante diem sue passionis et a tempore sue
passionis absconditus est eis a facie sua ab eis et nunquam eum vi-
derunt. Ex toto non tamen dereliquid eos. Deinde
ponit istius absconsionis tempus donec dicatis
ore et credatis corde. Rom x. Corde creditur
ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem
Benedictus xp(istu)s sit qui venit in nomine domini id est
nominatus deus sicut est enim nomen super omne est
nomen quod ipsa datum est ut in nomine

Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et in
fernorum phil. 2º. Circa illud quod hic Christus predi-
cit quia tempus erat absconsus a domo Ja-
cob et cum usque ad tempus iudicii qui ve-
niet cum gloria in principio cum advenit
in carne non cognovit iudei sed in adventu
cognoscit eum esse messiam qui venit in
salutem eorum. Sed tunc cum cognoscent et peni-
tebunt de incredulitate eorum et laudes
quas aclamasse debuissent venienti in
carne clamabunt venienti ad iudicium
dicentes Benedictus qui venit in nomine
domini. Rogemus ergo

Dixit Jhesus petro Sequere me Con-
versus petrus vidit illum discipulum
quem diligebat ihesus sequentem Jo ultimo
Cum amicicia honestum bonum sit ex qua
redundat utile bonum illi tamen maiora
consecuntur dilectionis premia qui potenti-
oribus et liberalibus sunt karitate uniti Cum
ergo beatus Johannes ewangelista non qualecumque
fuerit amicus sed Christi cui nemo fidelior neque po-
tencior et liberalior ideo multa gratiarum dona ab ipso
recepit. Ideo ut conveniret hoc nomine scilicet
Johannes fuerit appellatus Johannes id est in quo gra-
cia et ipse in hodierno ewangelio has
sibi collatas gracias intimat non quidem
ad iactanciam sed ut nos audientes hec eius
beneficia inflammemur ad dilectionem eius
qui talia contulit. In hoc ergo ewangelio tria gratiarum bene-
ficia tanguntur. Sed quod beatus Johannes
quantum ad presentem vitam tripliciter potest accipi

Primo quantum ad statum vite presentis et sic multi-
plici privilegio ipsius vita decoratur. Secundo potest
accipi quantum ad statum mortis quo vita terminatur
et sic singulari beneficio mortis dolore privatus
non fuit ergo ut videbitur. Et tertio beatus Johannes potest
considerari quantum ad statum gloriosum celi et sic ewangelista est
honoratus ibi fuit est discipulus ille et gra-
ciosus sed fuit in vita et in morte et gloriosus
Circa primum duo principaliter ponuntur. Primo
cum inducitur Christus in primum Dixit ihesus petro
Hoc precepta que in hoc ewangelio leguntur gesta
sunt post Christi resurrectionem post piscium capturam post Christi
agitionem post prandium et discipulorum refectionem
post trinam interrogationem Christi an petrus illum
diligeret post quinque sermone celi petri post de-
monstratione Christi qua morte esset petrus clari-
ficaturus deum post omnia ista dixit prenuntiavit Christus
petro Sequere me scilicet moriendo quia morte est vita
finivit. Racionabile est ut qui Christi vestigia secutus
vivens eadem sequeretur et moriens. Hoc quidem
promisit petrus luce 22 Domine tecum paratus sum in carcere
tecum et in mortem ire. Unde potest dicere primo Re 20
In quocumque loco fueris domine mi rex sive in vita
sive in morte ibi erit et servus tuus. Ioh et
corporaliter implevit illud preceptum domini dicentis
Qui vult venire post me abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me luce 9. Secundo
ponitur ewangeliste commendatio et tangitur sex conditione
dictione eius primo cum innuitur eius conversionis
honestas cum dicitur Conversus petrus Beatus
enim petrus primo corporali sensu quia dixerit
Sequere me Sed recordatus socii sui Johannis

civitate commissus est ut videret quid de illo
ageretur. Nota quod ut plurimum conjuncti [consociati] sunt in scriptura
Petrus et Johannes. Nam ut habetur Luc. 22 ipsi pre-
missi fuerunt parare pascha. Item pariter sequebantur
usque in atrium pontificis Joh. 18. Item simul cu-
currerunt ad monumentum Jo. 20. Item simul as-
cenderunt in templum ad horam orationis nonam
Act. tercio. Item simul missi sunt Samariam ut
darent credentibus spiritum sanctum Act. 8. Erat
in unitatis amicabili conversatione vere tamen
si Christus quorundam verum quem singulariter dilexerat.
Et attendendum quod ista societas nobis demon-
strat honestam conversationem beati Johannis
qui tunc erat adolescens, Petrus autem senior
et pulcherrimum est adolescentibus cum senioribus
conversari. Ut dicit beatus Ambrosius primo libro de
officiis. Sit in te conversatio electa ut ad-
iungamini probatissimis 18 in quibus maxime senioribus
nam quamquam ut equalium usus sit dulcior esset senior
dulcior senium tucior est magistro quodam
et ductu vite colorat mores adolescentium
et velud murice probitatis efficit. Secundo circa
beatum Johannem tangitur discipulatus officium cum
dicitur vidit illum discipulum. Discipulus dicitur
autem qui discit scienciam et suscipit disci-
plinam. Beatus autem Johannes didicit a Christo
scienciam eminentem omnibus quod declarat
eius euvangelium in quo sicut omnes aquila
elevatus divinum verbum intuitus est. Sus-
cepit et a Christo disciplinam ut sibi conveniat
id Proverbiorum primo Audi fili mi disciplinam

patris. Est autem disciplina ut dicit Hugo conversacio bona
et honesta cui parum non est male facere sed studet
et in hiis que bene agit inreprehensibilis appa-
rere. Fuit autem conversacio beati Johannis bona et honesta
quod ostendit carnis integritas. Fuit inrep-
rehensibilis ita ut tota eius vita fuit exemplar omnium. 3°
Tercio circa beatum Johannem tangitur dileccionis singularis
privilegium quem diligebat Ihesus pre ceteris carius
et suavius. Nota quod quinque locis beatus Johannes de-
scribit se discipulum quem diligebat Ihesus. Primo
cum in cena supra pectus Ihesu recumberet Jo. 13. Secundo cum
cruci assisteret cum virgine Jo. 19. Tercio cum
illi manifestaret Christus post resurrectionem Marie Magdalene
Jo. 20. Quarto cum congregati essent ad mare Tyberiadis
Jo. 21. Quinto [illegible] agebatur. Nota quod triplex
est ratio quare beatus Johannes pre ceteris fuit dilectus a Christo. Una
est intellectus propter spiritualitatem. Diligit enim magister dis-
cipulum docilem et rex ministrum intellige-
tem. Unde Proverbiorum 14 Acceptus est regi minister
intelligens. Altera est virginitatis. Unde virgi-
nitatis ut dicit Jeronimus hoc est testimonium quod
pre ceteris est dilectus a Christo. Qui diligit cordis munditiam
propter graciam labiorum habebit amicum regem. Tercia
est tenera etas. Pueros enim et infantes naturaliter
diligimus. Et tempore fuit adolescentior ceteris
de quo potest intelligi illud Osee 11 Quia puer
Israel ego dilexi eum. Nota quod ista requisi-
cione non fuerunt signa cum quidam [illegible] volunt
de imperio volentes [illegible] ut tantus esset
[illegible] et nichil ex eo [illegible] haberet [illegible] iste
est amor [illegible] qui non [illegible]
[illegible] caritate pre ceteris dilexit [illegible]

Nota [illegible] Johannem [illegible] dilexit [illegible]
[illegible]

Tercium signum fuit quia super pectus illius requievit. Domine quis est. Amantissimus domino habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur et inter humeros illius requiescet. Secundo iste amor fuit secretorum revelativus quia illi revellavit proditorem de quo inter apostolos sed nec Petrus apostolorum princeps interrogare presumpsit et cui sic ipse beatus Joh. dixit. Ut autem dicit beatus Ambrosius libro de officiis Nichil amicicie sincerius est sed effusius flammare et ideo iste amor fuit familiaris. Tercium dileccionis signum est quod moriens Christus de ipso specialem fecit curam dimittens loco sui cum beata virgine ut eam quasi filius procuraret et ut ipsa consolaretur ab ipso et hic dilexit eum sicut seipsum. Quartum dileccionis signum est quia fecit eum expertem a dolore mortis quamvis sibi voluerit pati et inde eum dilexit plusquam seipsum quantum ad penam mortis quam ipse voluit pati et illi indulsit. Quinto circa beatum Joh. tangitur imitacionis occasio sequere se non tamen corporis gressu sed mentis affectu. Iuxta comitacionem satis apparet quod beatus Joh. paratus erat sequi Christum eo modo per passionem sicut et Petrus sequi debebat licet Christus aliter de ipso disposuerit. Nota quod septem vicibus secutus fuit beatus Christum. Primo quando cum voluntatibus vocavit eum iuxta mare Galilee et ipse relictis retibus secutus est eum. Hinc ordinavit magister in historiis scolasticis in nocte Johannis de nupciis fuit in Chana Galilee tunc opposito modo ea ordinavit Ammonius Alexandrinus de concordia ewangelistarum. Alia prima vocacio fuit cum fuit ad mare Galilee. Secundo capiscentium multitudine. Tercio ad nupcias. Quarto secutus est Christum in cena et ad passionem Joh. 18. Quinto secutus est resurgentem a mortuis. Sexto secutus est vocantem se ad celum cum ei dixit Christus Veni dilecte mi quia tempus est ut epuleris cum fratribus tuis in regno meo. Et surgens sequebatur illum. Iuxta primam sequelam abrenunciavit operibus carnis. Secundam nudavit se iusticia appropinquante gaudio. Iuxta mori non timuit et ideo penitens vita desiderat. Iuxta illam cum Christo vivere desideravit. In sexta quod desiderabat obtinuit.

Quinto circa beatum Joh. tangitur munda virginitas que recubuit in cena super pectus eius. Exigit munda virginalis ipsius. Non enim dignum est ut super pectus Christi nisi virgo recumberet et ideo puer nos per munditiam carnis amplectimur et celestium in hunc modum. Nota quod secundum magistrum in historia scolastica non aliter credit Johannem discubuisse super pectus Christi nisi quia discumbebat inclinatus ad pedes domini. Aut forte dici potest quod forte audiens discipulus dilectus Christi de bono amore et illa de refeccione ultima cum discipulis pestiticia cordis inclinavit se super pectus Christi. Et quia in pectore Christi sunt recondita omnes thesauri sapiencie et sciencie dei ideo in isto recubitu revelata illi fuerunt secreta celi et fluenta ewangelii de ipso sacro ubere potavit. Sexto circa singularis a Christo familiaritas cum de eo dixit. Sic Johannes cum in cena recubuit super pectus domini. Quis est qui tradet te. Cum conspicerentur Christus discipulis. Amen amen dico vobis quia unus ex vobis me tradet. Videntes

Cum discipuli p(ro)bati et dolenti(um) nemo fuit ausus interrogare nisi iam in fine quando eam interroga/uerat Johannes quis h(oc) esset facturus Sed iste discipulus annuente petro de h(oc) interrogauit illi reuellauit q(uod) videt(ur) nobis magnum familiaritatem ad xpm / vnde dicit ambrosius vltimo de officiis faciamus amici verba (quia) ut appareamus secreta nostra amicis quecumque in pectore sunt et illi archana non ignoramus vndamus / illi pectus nostrum ut ille nobis ea apperiat suum.

Distinccio 2a

Secundo tamen singulare beati Johannis priuilegium quia dolore mortis priuatur. Et tamen fuit primo cum petro beati petri solicitudo. hunc ergo discipulum sic amat / et sic apostolus dilexit cum vidisset petrus dicit Ihesu hic autem quid? dicit hunc sic te intelligo quid ad te tu sequere me sed iste discipulus quod dicitur pati et quid in fine illi contingeret

Nota quod ipsi duo interrogauit xpm petrus de fine beati Johannis Ecce primo quod de qua illi commissa erat vniuersalis cura ecclesie et ideo illi incumbebat solicitudo de fine omnium suorum. Secundo de hoc interrogauit propter specialem familiaritatem (fragilitatem) amicicie que illi coniungebat beatus Johannes Legitur amore tenebatur de illo esse solicitus. Ideo de dispensacione dicit ei Ihesus sic: id est eo statu in quo nunc est absque martirio

cum volo manere Dominum aut uello esse ita et disponere ordinacione diuina sicut illi assumam adhuc donec dicit glossa volo enim per martirium consummari sed expectare placidam absolucionem carnis sue quousque ego adhuc ipsum recipiam cum eterna (beatitudine) benedictione

Nota quod beatus Johannes absque dolore mortis finiuit presentem vitam quod racionabiliter propter tria collatum est ei / primo quidem quia conseruauit ut dolore carnis non sentiret quia carnis corrupcionem non senserit bene dicit Johannes [illegible]

hic est Johannes qui sciens superuenisse diem recessus sui conuocatis discipulis suis episcopis presbiteris signum exprimencia presens xpm descendens in fossam sepulture sue oracionem facta orans posuit se ad patres suos tam extraneus a dolore mortis quam a corrupcione immunis.

Secundo hic idem illi est collatum quia propter dolorem quem sustinuit videns xpm morientem reperatur illi ne moriens doleret

Tercio quia dolor mortis fit eo cum anima separatur a corpore propter ... cuius colligacionem. Et ideo plus dolent innocentes morientes quam senes. Ceterum magis contemplacione diuina anima beati Johannis quia ipsa claustra carnis excesserat et eius conuersacio tota erat in celestibus ideo racionabile fuit ut morte dolorem non peperat (pateret) mortis

Nota quod licet quod obitus eius liber sit potest dici admirationis xpi co quod tunc fuit venia cum fratribus suis quia

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

facit opp. m. il. ubi dicitur vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Venit autem ut dicit Gregorius quando in fine vite eius dolores presentit. Secundum spirituali adventu Christus interfuit morti beati Johannis quia apparuit sibi audiente obitus sui dicens. Veni dilecte mi tempus est ut epuleris cum fratribus tuis. Quia beatus Johannes non defuit Christo morienti ideo conveniens fuit ut Christus redderet illi vicem. Nam et in vita et in veritatem perduxit. Et item in solvit questionem a petro propositam de Johanne dicens. Quid ad te. quasi dicens ne sis sollicitus de fine istius discipuli. hoc enim ad te non pertinet sed ad me qui sum alpha et o principium et finis. tu me sequere. quasi dicens satis est quod scias quia sis morte moriturus absque eo quod sollicitus sis de reliquis. Secundo ponitur discipulorum non recta opinio. Exiit ergo sermo. id est publicatus est sermo inter fratres. Fratres appellat illos sex discipulos cum quibus erat Johannes scilicet petrus thomam nathanaelem qui erat frater philipi Jacobum zebedei qui erat frater Johannis et duos alios discipulos Christi quorum nomina reticentur. hii omnes cum iohanne piscatum ierant et simul cum Christo manducaverant et erat tunc ibi cum eis illa vox dicens ad petrum de Johanne dicens. Vel quia nomine est fratres intelligitur collegium discipulorum. Deinde explicat quis fuerit iste sermo collatus inter apostolos dicens quia discipulus ille scilicet iohannes

non moritur. Et dictione huius ex hoc quod Christus dixerat. Sic eum volo manere talem et est error scolariorum. Et alii dixerunt quod adhuc vivit sub terra de fossa in quo descendit et dicunt quod illa mauna que statim de fovea ebullit. Sed non est credibile quod tanto apostolo daretur locus subterraneus. Alii autem ut dicit beatus augustinus in sermone de quodam et ceteris iohannes in sermone assumptionis dicunt eum fuisse mortuum sed iam eum resurrexisse in carne et cum eo esse beatum. Et de huius morte quod adhuc dicit magister in historia scolastica. Melius est pie dubitare quam temere diffinire. Sed tamen quod ipse mortuus fuerit videtur expresse quod salvator noster removet opinionem discipulorum dicentium quod discipulus ille non moritur. unde subiungit. Et non dixit ei scilicet petro ihesus quia non moritur sed sic eum volo manere quousque ~~non in dilectum~~ sed absque passione donec veniam ad illum assumendum quod ad te. hic non addit ut ostendat quod notitia de fine alicuius ad hominem non pertinet sed dei est. Unde sicut petro dictum est quid ad te. Ita discipuli possunt dicere quid ad nos. Distinctio tertia.

Tercio tangitur nobile beati Jo. ministerium quod circa tertium officium exhibuit et ita facit. Primo namque tangit et commendat in scribendo testimonium dicens. De quo tantum dictum est discipulus ille qui testimonium

perhibet de ipso. Jo. de divinis operibus vnde
alibi dicit: Et qui vidit testimonium perhibuit.
Nota quod licet aliquis possit scribere historiam quam non
vidit testimonium tamen perhibere non potest nisi de
auditu et visu aliquando autem ewangeliste ita conscripse-
runt facta propter quod eorum testes non potuerunt esse
cum illa non viderunt sicut marcus et lucas. Sed Jo.
et vidit et audivit facta et ideo testis esse
potuit vnde in prima Canonica capitulo primo dicit
quod fuit ab initio quod audivimus vidimus ocu-
lis nostris quod perspeximus et manus nostre contrecta-
verunt de verbo vite et vidimus et testamur et annuncia-
mus vobis. Secundo tangit ewangeliste officium: et scripsit
hec que in hoc volumine continentur ad maiorem confir-
mationem scriptura enim inventa est ut veritas in memoria
restat absentibus et futuris per vocem enim non
potest erudiri nisi presentes ut dicit apostolus Ro. 15.
Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.
Et secunda Cor. Scripta sunt autem hec ad cor-
rectionem nostram in quos fines seculorum devenerunt.
Nota quod beatus Jo. scripsit hoc ewangelium
post ceteros ewangelistas et post scripsit apocalypsim
Jo. hoc ewangelium quantum ad scripturam est vltimus liber
novi testamenti sed quantum ad materiam
quartum inter ewangelistas continet locum. Nota secundum quod le-
gitur in ecclesiastica historia beatus Jo. usque
ad 64 annum post Christi ascensionem sine scriptura
[…] ewangelium predicavit. Tandem compulsus
autem ab episcopis tocius Asie ut scriberet primo indixit
generale ieiunium et orationem ut oraret insistens

Et deus ei revelaverit et ad memoriam […]
facta reduceret quod et factum est. Illi vero
loco vbi hoc scripsit impetravit ut nullus ibi
ymbrium aut tempestatum esset accessus que usque
ad hunc sonant elementa. Nota quod et quare
assignantur a Jeronimo de scriptura huius ewangelii
Johannis. Prima causa est quia cum relegatus esset
in exilium in pathmos insula insurrexerunt
heretici Asye et maxime Cherinthus et Ebyon qui dixerunt
Christum ante Mariam non fuisse. Sed cum imperante Nerva
beatus Johannes ab exilio redisset coactus est
a fidelibus ut adversus hereticos scriberet vnde
et ad divinitatem Christi exorsus est dicens: In principio
erat verbum etc. Secunda causa est quia ceteri ewangeliste
circa humanitatem Christi insinuandam institerant. Quia
vero Christus deus est et homo ideo visum est […]
circa divinitatem illius insistere. Tertia causa est quia tres
ewangeliste multa de factis Christi obmiserant
et maxime ea que Christus fecit in principio sue predica-
cionis ante eius incarcerationem beati Johannis
baptiste et ideo ipse voluit scribendo supplere.
Quarta causa est quia ceteri ewangeliste maxime circa
dominum scripserunt facta que valuerunt ad infor-
mandos mores et ad vitam activam. Ipse vero
scripsit verba domini et facta que nos alliciunt ad
beatam vitam et in vita contemplativa commendabilia
sua possunt inveniri. Nota et ut dicit Rabanus
Quod inter omnes ewangelistarum scriptores
Jo. eminet in divinorum misteriorum expressione
vnde merito in signis quatuor animalium

Aquile volanti comparatur que volat alcius cunctis avibus et solis radios irreverberatis conspicit luminibus. Ita iste divinus per omnia sublimius contemplatus cum domino ad celum volat. Ista autem eminencia in cognicione divinitatis ei convenit propter tria. Primo propter cordis mundiciam, nichil enim ita impedit cognicionem divinorum sicut actus carnales a quibus ipse fuit immunis, unde Mathei 5 Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Secundo convenit ei propter familiarem amiciciam, ex qua meruit revelacionem secretorum, unde Johannis 14 Qui diligit me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum. Tercio hoc sibi convenit propter [illegible] quod super pectus in cena domini recubuit, [vi] celestes hausit sapiencie secretis de ipso divinitatis fonte potavit. Tercio confirmatur eius testimonii veritas argumento et sanctum quia verum testimonium eius. Racio quia de Christo scripsit testificatus est ita vera sunt quod eis nulla falsitas admisceri potest, eo quod ipse talia scripsit instigante et docente spiritu sancto qui mentiri non potest ut dicit Johannes 16. Et hoc docet beatus Augustinus in epistola quadam ad Jeronimum de scriptoribus sacre scripture quod ipse tantam reverenciam detulit sacre scripture inter alias sciencias quod nullum de scriptoribus eius credat potuisse mentiri quia spiritu sancto docente scripserunt [?].

In die innocentium super ewangelium distinctio prima

In die innocentium super ewangelium distinctio prima

Angelus domini apparuit in sompnis Joseph dicens Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in Egyptum, Mathei 2o capitulo. Talia sunt presentis vite gaudia quod nullum excogitari potest cui non sit tristicia admiscenda. Non tantum in mundanis verum eciam in spiritualibus gaudiis est tristicia sicut docet experiencia. Racio enim post convivia et cantica leticie quibus recreati sumus cum multitudine celestis exercitus quia natus erat salvator mundi, subito chorus sumpsit lamenta et dies nostri conversi sunt in luctum, quia iste qui natus est salvator mundi cogitur fugere Herodem persequentem adhuc infantulus. Et deliberato crudeli consilio totius Bethlehem occiduntur infantes, unde ecclesia cantica leticie necnon [illegible] illius cantica Gloria in excelsis deo et veste lugubri induuntur altaria. Circa hunc presentis diei in quo nobis tanta tristicia proponitur contemplandum in tres partes dividitur. Prima angelica monicio. In secunda fugitiva persecucio ibi Qui consurgens etc. In tercia tyrannica persecucio ibi Tunc Herodes videns etc. Circa primum est sciendum quod ista fuga domini facta est postquam magi fuerunt adorantes et in templo presentatus. Dominus cum divulgata verba predicante pastorum et prophetia Simeonis et Anne, hec audiens Herodes cognovit se illusum a magis et disponit occidere Christum. Et tunc admonitus est Joseph ad fugam. Circa ista autem [illegible] tangitur. Primum est angelica apparicio cum dicat Angelus domini apparuit. Hic est angelus domini Gabriel qui primo admonuerat magos ne redderent ad Herodem. [natalicie?] Racio erat iste angelus non solum circa [illegible]

... qui ut d[icit] ... Ipse ...
... p[at]re ... in manus tuas com[men]do
sp[iritu]m meu[m] Co[m]p[ati]tur ... Jo[hannes] Vidit ih[esu]s
matre[m] et discipulum stante[m] q[ue]m diligebat d[icit]
m[at]ri sue mulier ecce filius tuus dein dicit discipulo
Ecce m[ate]r tua ... clamit x[ristu]s ... agnu[m]
... Sergi[us] p[a]p[a] ... in missa
... ymolatur ... dicat agnus dei
... petim[us] ut misereatur nobis p[ro]p[ter] duplice[m]
miseriam culpe et pene Culpa duas h[abe]t mi-
serabiles penas ... ignorantiam s[cilicet] et fragilitate[m]
pena ... duas infert miserias s[cilicet] carencia[m]
boni et ... mali T[er]c[i]o ... dona no-
bis pace[m] ut v[ir]tute sacr[a]mentalis ymolacionis
det[ur] ecce illa pax ... x[ristu]s ... pax fact[us]
est mediator qui in sanguine suo sanctificauit [pacificans]
... T[er]c[i]o agnus dei d[icitu]r q[uasi] d[iceret] Agnus dei
agnusti ... in nobis Agne qui agnusti
p[at]rem in nobis Agne qui te obtulisti i[n] cruce
p[ro] nobis do[na] nob[is] pacem Ista ... agn[us] ymolat[us]
est ut nos pacificaret deo p[at]ri ... largire[tur]
... angeli decantauerunt ... Gloria
in excelsis deo Et in terra pax Et id[e]o ...
... vera sacrificii
[constituit]

Iohis bapte tinagdu cet tradit(us)
iudeis quo xp(ist)us demsit milati
potuit dei in ipso Iohis — 26 mi

pacis osculum dari. Nota q(uod) ista verba Agnus dei
qui tollis pecc(at)a etc. magne sunt efficatie ita ut
dicat(ur) q(uod) cum tempore Iohis pape q(ui) Robertus rex francorum
tante esset devocionis q(uod) in festivis diebus
semper vellet esse maligno(?) ministerio officium. Quadam vice ob-
sedit castrum barbaros in normania et propter festum sancti
Aniani dimisso exercitu venit aurelianum. Et
cum regeret chorum indutus cappa serica alta voce
inmissa tercia Agnus dei flectendo genua accepit
et statim muri eius castri q(uod) obsiderat funditus cor-
ruerunt. Et Alio quodam modo dicit xp(istu)s a virtute sanctificati-
onis q(uod) tollit .i. aufert peccata mundi .i. hominum quos
mundi nomine nuncupavit ut i(n) 1 Iohis et mundus eum non
cognovit. Hoc autem ideo addit q(uia) non venit nisi pecca-
toris hominum tollere. Peccatum .n. angeli tolli non potest q(uia) est irremis-
sibile. Sed ipse salutem facit generis humani a peccatis
eorum. Ysaie. Ego sum qui deleo iniquitates tuas.
Et Michee. deponet .n. omnes iniquitates nostras
et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Talis
.n. xp(istu)s peccati nostri qui nullius est verum sacrificium
ymolatus pro nobis. Ysaie 43. Vere langwores
nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit.
Tercio tangit eius dignitatem. Hic est de quo di-
xi vobis prius .n. quemadmodum Iohannes autem q(uod) videret
eum quando miserunt Iudei ab ierosolimis sacerdotes
et levitas ut interrogarent eum tu quis es dixit
tunc xp(istu)s Ipse est qui venturus est q(ui) ante factus
est. Nunc illius ubi Iohannes meminit id repetens
qui post me venit vir dicit xp(istu)s venire post Iohannem
q(uia) post eum natus est et post eum mundo notificatus
est. Dicit xp(istu)s vir non tantum a discretione sexus sed a
virtute qua virtus de illo concipiebat et sanabat
omnes. Qui ante me factus est. Sicut non quemadmodum xp(istu)s
secundum divinitatem substantiam quam ut dicit athanasius filius
a patre solo est non factus nec creatus sed genitus. Secundum
vero humanam substanciam competit sibi. Secundo post factus
est ei ex sonne dicit homo sed tamen sed tunc non videtur
cum q(uod) xp(istu)s fuerit factus ante Iohannem

quam conceptus fuit ante xp(istu)m Iohannes sex men-
sibus. Et dicendum q(uod) alia solutio est q(uia) omnia
sed Iohis conceptio ante xp(ist)i conceptionem fuit tam-
men xp(istu)s fuit vir factus ante Iohannem quia
in instanti sue concepcionis habuit omnem virtutem
et graciam sed non Iohannes. Quia prior me erat
hic referendum est ad eternitatem sue divinitatis
secundum quam dicitur In principio erat verbum et per ipsum omnia
facta sunt. Et ideo ante Iohannem prior erat.
Quarto ponitur xp(ist)i manifestacio et ego nesciebam
illum. Sciebat .n. Iohannes incarnatum sed non
dum per se vel per eius noticiam habebat. Sed
ut manifestaretur in israhel .i. adhuc ut noticia
eius haberetur apud israhel. Propterea ego veni ad eos
missus fuit .n. ideo missus a deo cum ipso
erat Iohis in aqua baptizans. Dupliciter
ordinabatur baptismus Iohis ad manifestacio-
nem xp(ist)i tum q(uia) disponebat homines ad
suscipiendum eum tum et q(uia) volebat in eodem
baptismate a deo primo manifestari. Distinctio 2a
Secundum eius dicitur Et testimonium perhibuit Iohannes. Tangit
sanctus magister auctoritas Del tangit prius verba cor-
pore dixit dominus Iohannis dupliciter
quia ipse est agnus dei et quod ille
erat de quo primo predixerat. Hic confirmat
ex hiis que viderat. Ideo ubi duo tanguntur
primum est celestis sancti spiritus visio. Et
testimonium perhibuit dicit q(uia) vidi et oculis
ocelis spiritum descendentem. Spiritus sanctus
cum sit deus omnino est invisibilis. De se dici-
tamen dicitur q(uia) movebat columba illam q(uia)
columba erat similis spiritui ut dicit lu 3 de celo
et manentem super eum. Vel dicitur sicut me eo q(uod) vixe-
rit me Nota q(uod) i(n) refert Iohannes tangitur tempus scilicet
illa statim cum xp(istu)s fuit baptizatus. Preterea
sed malis erat liberi ponitur quod fuerit sancti
negatur historia scilicet illa statim cum xp(istu)s fuit
baptizatus ascendit de aqua et orante eo
pro baptizandis ut acciperet spiritum sanctum et
ecce aperti sunt celi q(uia) inestabilis splendor

spiritus domini

factus est etiam cum ac si ecclo aereo et
sidereo resersans splendor celi cum pyrney ter-
ris infunderetur et spiritus sanctus in specie columbe
venit et sedit super eum. Et nota quod ista visio vis-
bilis spiritus sancti non fuit signum primi sancti-
ficationis xpi sed fuit signum presentie quia ab initio
sue conceptionis spiritus sanctus servivit in eo sed
illa preterita sanctificatio non signabatur per hanc
visionem visibilem. Et in specie columbe apparuit
quod est animal fecundum ostendens in xpo
virtutem fecunditatis quia multos regenerat aqua
et spiritu sancto. Et non fuit columba secundum speciem et
ymago eius sed corporalis que nouiter ab ele-
mentis formata fuit et peracto officio desiit esse
atque in priacente redacta est materiam. Non
tamen illa visio ad decipiendos homines quia non
intendebat deus quod homines illa videntes
in noticiam eius venirent quod esset vera colum-
ba sed quod per eius speciem apparentem in noticiam perveni-
rent. Et si sola corporali specie columbe fieri potest
fuisset optimum corporali specie vitare columbinam ...
Et nota post pronuntiationem istius visionis et repetit
baptista quod superius dixerat Et ego nesciebam
eum quod nescivisse illum ut qui ille qui misit
me dixit michi apostolus ecce super quem videris spiritum
sanctum descendentem unde sic dicit Et qui misit me bap-
tizare in aqua Tota trinitas misit Johannem
Ille michi dixit Super quem videris spiritum sanctum
descendentem et manentem super eum. Ita non
descendit spiritus sanctus super xpm quod maneret super
eum Hic est qui baptizat in spiritu sancto i.
baptizat dando spiritum sanctum. Actu primo Johannes
quidam baptizat aqua nos autem baptiza-
bimur spiritu sancto. Attende quod diligenter considerabat
Johannes super quem baptizatum spiritus sanctus descen-
deret ut cognosceret ipsum esse xpm. Distinctio 3a

Tertio autem dicitur Et ego vidi et post testimonium
Johannes dominice virtutis vel potentie conclusio
sui testimonii quia eum predonicat esse ipsum ecce xpm
super quem spiritus sanctus apparet quia apparuit super
talem hominem quod digito demonstrat Ecce
agnus dei sequitur quod iste sit filius dei unde dicit Et ego
vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei.
Dicit iohannes xpm esse filium dei pro tanto quia super
eum sicut baptizato divina vox audita est Tu es
filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Nota
quod istud fuit primum dei signum quo modo apparuit spiritus
sanctus in columbe specie et vox patris de sublimi sple-
dor quia etiam. Sicut enim in nativitate apparuit angelus et
stella hic ab angelo factum est sed et corporaliter tamen
dum ostendebat post eum dicitur eius in baptismo
declarata est quod baptismus dei filios nos efficiat. Item
virtute eius credentibus celum apparet. Attende
quod pater nominatur et filius et spiritus sanctus id est
baptismus esse cum invocatione trinitatis debet fieri ut di-
catur Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Unde
secundum ysidorum libro Ethymologiarum Capitulo xi Sicut
in trinitatis testibus constat omne verbum Ita hoc sacramentum
confirmat ternarius nominum divinorum. Fit
autem magis ut per visibilem exteriorem materiam
intelligatur interior aspersio qua sicut aqua lavat
ex parte corporis Ita virtute trinitatis in invocatione trinitatis
mundatur anima. Hac formam baptismi preterit arri-
ani dicentes Baptizatur N. in nomine patris maioris
et filii minoris etc. Sub imperante Anastasio cum
vandalorum rex omnes katholicas in affrica ecclesias
sibi faciens arriana peste inmutari invaluit
pridem episcopus apud Carthaginem Olimpius quidam Arri-
anorum episcopus sanctam trinitatem blasphemans in bal-
neis prurientes filium inmore pre thigitis
iacentis angelo invisibiliter inmittente combustus
est Barnabas quoque episcopus arrianus dum contra re-
gulam fidei quendam baptizaret dicendo baptizat
te Barnabas in nomine patris per filium minorem
in spiritu sancto statim aqua que fuerat ad baptizandum

patre missus comparuit fugiens vero ille qui bapti-
zandus erat mox orthodoxorum baptizatus est more
Rogerus.

Dominica prima post octavas Epiphanie distinctio prima

Nuptie facte sunt in Chana Galilee et erat mater Ihesu ibi etc. Johannis 2. Quia matrimonium cum sit conservatum ordinatum ad conservacionem humani generis deus solus instituit qui genus hominum produxit et conservat. Et ideo quia in mundi principio ipse ordinaverat postea factus homo presencia sua et miraculo confirmavit quod actum est in hodierno ewangelio. In quo leguntur quatuor interfuisse nupciis. Et nono ipsas miraculo decorasse iuxto quod ewangelio tangitur. Primum est materia nupciarum preparacio. Secundum est miraculi opus in creatura. Tercium est ipsius miraculi gloriosa commendacio in hoc fine nota etc. Circa primum congruus pono. Primum est nupciarum celebritas. Nupcie facte sunt. Hoc autem factum est completo anno xxx quo baptizatus est eodem die. Notandum quod nupcie quatuor modis dicuntur. Primo dicuntur nupcie ipse consessio matrimonialis qua vir coniungitur et uxor ut ibi simile est convivium paratum permagnificum pro matrimonio et nupcie. Hester 1. Secundo nupcie accipiuntur pro dotibus que dantur viro ad sustentandum matrimonii pondera. Exodi 22. Pendebit puelle nupcias et vesti-menta et precium pudicicie non negabit. Tercio dicuntur nupcie ipsa carnalis copula sequens matrimonium. Genesis 29. Tandem potitus optatis nupciis amorem sequentis priori pretulit. Quarto accipiuntur nupcie pro convivio quod in solempnitate matrimonii fieri consuevit. Genesis 29. Vocatis multis amicorum turbis ad convivium fecit nupcias. Et ita accipiuntur nupcie in hoc loco. Dicuntur autem nupcie secundum Ysidorum libro Ethimologiarum eo quod in principio nubencium capita velantur nupta non dicitur quia nube tecta et est nomen translatum a nubibus quibus tegitur celum. Aliter nupta est quasi celum sine nube sed tecta est sicut celum nubilatur. Unde exterius absque velo in conventu manent. Deinde ponitur nupciarum locus in Chana qui est viculus provincie Galilee.

Ubi attendendum quod Chana interpretatur zelus et significat zelum amoris quod inter coniuges esse debet. Ephesios 4. Unusquisque uxorem suam diligat sicut se ipsum uxor autem timeat virum suum. Iste autem zelus moderatus non debet esse sicut quod prodat coniugum quorum vita dolorosa est unde dicitur ibi Ecclesiastici 26 Zelus mulieris sui zelus autem dicitur eodem libro capitulo 26. Dolor cordis et luctus mulier zelotipica. Galilea vero votum vel devotum dicitur seu transmigracio et dat intelligere quod celebracio nupciarum solum in mundo isto est qui est votum vel transmigracio. Unde et figura inversionis. In futuro enim seculo neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei ut dicitur Matthei 22.

Queritur quo tempore faciende sunt nupcie. Dico quod sponsalia et contractus matrimonii per verba que fiunt et traduccio uxoris potest fieri. Sed nupciarum solempnitas prohibetur ab adventu domini usque ad octavas Epiphanie et a Septuagesima usque ad octavas Pasce et tribus septimanis ante festum Johannis Baptiste que incipiunt tribus diebus ante ascensionem usque ad octavas Penthecostes ut dicitur libro sinodali 3 capitulo primo ubi agitur. Omnia cum ista observata scilicet ab ecclesia ordinata est. Ideo actus nupcialis legittimus sunt illis temporibus licet peccet agens contrarium.

Item queritur quibus liceat facere nupcias. Dicendum quod quibusdam autem dicuntur a contrahendo matrimonio coniugii tales et tales hoc possit non debent quod dicitur et sunt hii casus. Primus qui uxorem suam occiderit propriam. Secundus si sacerdotem interfecerit. Tercius si quis commisit incestum cum affine aut consanguinea. Quartus si proprium filium tenuit in baptismo aut confirmacione ut insidiatur matrimonio. Quintus si sponsam alterius rapuit. Sextus si sacerdos corrumpit virginem aut contraxit cum sanctimoniali.

[illegible]

[illegible]

Nono si solempne est uotum quia si tales contraxerit absque licencia ecclesie peccant quidem tamen matrimonium tenet si tamen fuerint adolescentes vel alias de corpore dubitatur incontinencia potest ecclesia dispensare. Quod si ista quatuor impediunt matrimonium contrahendum sed non dirimunt contractum. Sunt autem xii casus qui ad contrahendum impediunt et dirimunt contractum si precedunt matrimonium et non sequuntur. Quorum primus est error persone sed non qualitatis et dicitur hic quia simulata est de consentire in talem personam consensit mater error est et non tenetur nisi nouus consensus superveniat tacitus vel expressus. Sed si quis credidit talem esse nobilem aut diuitem vel sapientem cum tamen non sit iste error qualitatis et non impedit. Secundus casus est condicio peioris gratia et dicitur quia sunt aliqui sunt peioris condicionis ut quia seruus vel aliqui meliores condicionis scilicet liber non dirimunt matrimonium ut si liber vel seruus consensit in liberam credens ancillam. Si non condicio peioris gratia fuerit tollit matrimonium nisi postquam cognouerit consenciat. Tercius casus est uotum continencie sollempne hic addo quia uotum priuatum licet impediat contrahendum contractum tamen non dirimit. Quartus casus est cognacio que est triplex prima est carnalis et hec impedit usque ad quartum gradum exclusiue. Altera est spiritualis que contrahitur quando in baptizmo aut in confirmacione aliquis tenet alterius filium aut dat ista sacramenta vel audit alterius confessionem. Tercia est legalis que est proximitas ex adopcione proueniens cuius due sunt species simplex et adopcio et abrogacio. Quintus casus est crimen quia non possunt aliquis facere vel habere coniugem quam polluit per adulterium in tribus casibus. Primo si alter vel vterque machinatus fuerit in mortem coniugis cum effectu ut adulterium recipit.

Secundo si prestitit fidem adultere ut ducat post mortem viri aut uxoris quod intelligendum est si vterque presciunt impedimentum alias non non dirimunt matrimonium. Tercio si viuente uxore de facto contraxit cum ea vltra ita tamen si fuerit vir conscius cum habere uxorem alias autem crimen non impedit. Sextus casus est disparitas cultus quia fidelis cum infideli contrahere non possunt. Septimus est violencia aut metus violencia fortis tollit matrimonium cum aliquis capitur et trahitur ad ligandum sed leuis coaccio non impedit. Metus aut tollit sed qui mosta tercioris cadere potest qui est quadruplex scilicet metus mortis cruciatus corporis seruitus et stupri et nichil refert an timeat ista de se vel uiro vel uxore vel filia aut sorore. Octauus ordo sacer quia in minoribus constitutus contrahere potest. Nonus casus est ligamen duplex scilicet sponsalia et id ligamen impedit contrahendum sed non dirimit contractum. Alterum ligamen est per consensum matrimonii et id eciam contractum dirimit quamdiu durat. Decimus casus est publice honestatis iusticia ut si aliquis desponsauit puellam ante annos que esse rata sunt sponsalia nullius dessponsacione vi poterit eam poterit habere uxorem dato quod vir eam non cognouisset nec ipse aliquis eius consanguineorum et hic usque ad quartum gradum. Hic idem tenet de eo qui cum aliqua contraxit et morte interueniente ante ingressum religionis sed non cognouerit eam. Undecimus casus est impotencia coeundi cuius species sunt tres scilicet naturalis ut frigiditas vel defectus etatis qui est in femina ante xii annos. Impubertas etatis ante et qui quod natura est defeminine bris generacionis deputat quia impediat coitum. Secunda species est accidentalis ut castracio. Tercia est maleficium sicut sunt sortes vel facture. Insinuando quod uero iste predicta dixi quod impedit matrimonium nisi precedit consensum quod quando uero sequitur primum non tollit nisi sola fornicatio que est corporalis ante et spiritualis que est per alienacionem a fide et tamen isti non tollunt matrimonium simpliciter sed solum actum viri et fornicacionem cum fornicacione nec ut coniugium potest contrahere matrimonium alter vivente. Duodecimo tangitur vicium excepcionum impar[...]

[illegible]

Et erat mater ihesu ibi. Cuius presencia decorabat nupcias. Ecclesiastici 24. Ego mater pulchre dileccionis. Vocatus est autem et ihesus et discipuli eius ad nupcias. In quibus verbis tangitur quante fuerit ille nupcie honestatis: dum mater virgo adest, dominus christus sanctitas, discipulus continencie humilitas. Notandum quod christus voluit nupciis interesse ut sua presencia matrimonium confirmaret et commendaret. Matrimonium sanctum est, cuius sanctitatem non demonstrat solum christi presencia sed sua institucio primaria, quia deus ipse instituit in paradiso manentibus adhuc statu innocencie. Et hoc apparet quia christus ex desponsata virgine nasci voluit. Et eius sanctitatem adhuc probat eius bonum, quod secundum augustinum tria sunt: sacramentum, fides et proles. Quia matrimonium est sacramentum, est continens gratiam et sanctitatem cui quam accedit dispositio. Quia matrimonium exigit fidem sine fide vel iusticiam ut alter alteri fuerit fidelis, ideo actus eius est meritorius. Quia matrimonio accedit in bonum prolis educandum ad dei cultum, ideo dilatatur multum in se impermixtum. Licet autem tanta sit sanctitas eius, castitas tamen excellencius bonum est. Unde dicit sapiens: Omnis ponderacio non est digna continentis anime. Et primo quidem quia matrimonium animum ad mundana trahit. Prima Cor. octavo: Qui sine uxore est cogitat que sunt domini, quomodo placeat deo; qui autem cum uxore est cogitat que sunt mundi, quomodo placeat uxori. Et secundo matrimonium potestati alterius committit coniugum sui corporis potestatem. Prima Cor. septimo: Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir. Et tercio matrimonium tollit carnis integritatem. Notandum est quod matrimonium plures causas habet. Sue institucionis prima et principalis est generis multiplicacio. Gen. 2: Crescite et multiplicamini et replete terram. Secunda causa est dispensatoria et accessit ista causa post peccatum ad vitandam fornicacionem. Prima Cor. 7: Propter fornicacionem unusquisque uxorem suam habeat et una queque virum suum habeat. Tres autem alie cause sunt accidentales, scilicet propter conservacionem amoris et [illegible] et vite solacium. Gen. 2. Tercia causa est propter salutem alterius coniugis quia [illegible] alterius [illegible]

[illegible]

[illegible]

frequenter sanctificatur. Prima Cor. 7: Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem et mulier infidelis per virum fidelem. Et tercio ponitur virginis deprecacio, oracione defectus vini. Et deficiente vino in nupciis, quod valde verecundum erat et magis paupertatis, unde necessarium erat auxilium, dicit mater ihesu ad eum: Miseratur virgo indigencie et ideo dicit filio: Vinum non habent. Et brevis oracio; non multa dixit sed solam necessitatem opponit. Considera virginis fidem: adhuc nulla viderat miracula eum facientem et tamen confidenter petit, de potestate illius non dubitans. Attende et quod ipsa primo induxit christum ad opera miraculorum. Notandum quod in omnibus nupciis spiritualibus vinum deficit, [illegible] defectum suppleat. Vinum enim mordet, calefacit et letificat. [illegible] morsum timoris divini [illegible] Thob. 6: Accipiens virginem cum timore domini et amore filiorum magis quam libidine ductus. Et vinum letificat, et in nupciis spiritualibus non debet deficere gaudium quod non deficit [illegible] mundi gaudiis [illegible]. Et vinum calefacit, et in nupciis fervor amoris inter coniuges esse debet, non sicut aliqui preferunt concubinarum amorem dileccioni coniugum. Et quarto ponitur christi responsio, et dicit ei ihesus: Quid michi et tibi est mulier, id est [illegible] que ad nos pertinet si vinum non habent. Vel aliter: Quid michi et tibi est mulier, id est quid est michi et tibi commune? Secundum hoc christi responsio videtur austera fuisse. Et licet austera verbis fuerit, non tamen mente, quia [illegible] christi potentiam manifestat. Quod dixit [illegible] mater petit ut miraculum faciam, sed quia [illegible] est quod in eo operatur, nichil quod in opera miracula non est humanitatis sed divinitatis. Nondum venit hora mea faciendi miracula. Et quarto ponitur virginis admonicio. Dicit mater eius ministris: [illegible] virginem in verbis filii [illegible] non fuisse quia dixit ministris: Quodcumque

[illegible]

[illegible marginal gloss]

dixerit vobis facite. Hortatur nos ut faciat quecumque ... eis preceperit. Et vide quod consona sunt nunc ista verba verbis dei patris. Deus pater de nube clamans: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hic vero mater nos omnes hortatur ut que ab illo audiuimus operemur.

Distinctio secunda huius evangelii

Secundo cum dicitur Erant ibi et cetera. Miraculi expressa opus et facit ... cum tangitur numerus et capacitas vasorum in quibus miraculum factum est. Unde dicitur Erant ibi lapidee ydrie sex. Est autem ydria vas aquatile et dicitur ab ydor quod est aqua grece. Dicuntur autem adhuc erant posite secundum purificationem iudeorum, id est ad eorum purificationem. Nam ut dicitur Marci vii Iudei observabant ablutiones calicum et baptizmata calicum et vasorum. Deinde ponit eorum capacitatem Capientes singule metretas binas vel ternas. Metrum grece latine dicitur mensura. Et secundum ysidorum libro xvi Ethymologiarum Est ipse mensura aliquorum. Papias autem dicit quod metreta continet decem sextaria et ideo vasa illa magne capacitatis erant. Secundo ponitur ipsum imperium. Dicit eis Ihesus Implete ydrias aqua. Ecce aqua id est materia miraculi. Unde quare non fecit vinum ex nichilo. Videtur quod ne fuisset ita evidens. Deinde ponitur execucio imperii miraculi. Et impleverunt eas usque ad summum ut superundans fieret maius vinum. Tertio ponitur imperium de placacione miraculi. Dicit eis Ihesus. Non ponit eum vidisse quod Christus adoptaverit sed quod aliquis dixit ut aqua converteretur in vinum quia sua voluntate ipsius absque verbo obediunt creature. Haurite nunc et ferte architriclino. Qui tribus

[illegible marginal gloss]

[illegible marginal gloss]

dicitur de bonitate vini. Triclinium ut quidam dicunt erat domus camerata habens tres testudines sub quibus discumbebant. Vel forte in erant tres ordines mensarum ut in refectorijs fieri solet. Architriclinus erat princeps et primus inter discumbentes. Deinde ponitur obediencia. Et tulerunt architriclino. Quarto ponitur approbacio rei facte. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam id est gustavit aquam que facta est vinum adeo potenti virtute et non sciebat unde esset. Mirabatur quis tam nobile vinum et unde attulisset. Ministri autem sciebant qui hauserant aquam. Isti ministri fuerunt testes miraculi quia ipsi hauserant aquam et statim dixit eis Ihesus Haurite nunc et ferte architriclino. Et ipsi soli sciebant ita quod nulla fallacie maneret suspicio. Vocat architriclinus sponsum. Hunc quidam dicunt fuisse Iohannem evangelistam et ideo vocata fuit beata virgo quia matertera eius erat quia consobrinus eius erat filius duarum sororum. Consobrini sunt sicut filij fratrum fratres patrueles. Et dicitur quoddam eius de impensis donum cum vocaverat. Et id non est certum, id est non asserendum pertinaciter, nec negandum. Et dicit architriclinus ei, scilicet sponso, Omnis homo primum vinum bonum ponit [illegible] quia forte consuetudo inter iudeos erat ut in conviviis semper quod maior preferretur aut esset aut discumbentibus sicut potest perficiat quantum discumbenti ... Et ideo iste architriclinus reprehendit sponsum quod melius vinum ultimo apposuit. Meliora enim post primitanda sunt ut caveat quod inebriantur nota ... et omnia largitas eius et quia facimus est repleri bonis alimentis si primitatur quod pocioribus et cum inebriati fuerint facit tunc id quod deterius est. Tu autem bonum vinum servasti usque adhuc quod ad finem nupciarum. Vel aliud bonum hominem videt et in magna copia. Cum enim dei opera perfecta sunt videtur. Unde creata quod sciebat et erant valde bona. Preterea aliud vini colore et sapore perfectum optimum fuisse

[illegible marginal gloss]

i Iohannis

Distinctio tercia huius evangelii

Tercio dicit hoc fecit initium signorum. Tangit
gloriosa miraculi que datur quadrupliter
commendat. Primo ab origine principii hoc fecit initium
signorum Ihesus. Illa opera que sunt principia que dabi-
lia sunt. Ex quo opponitur libro ille apocriphus de infancia
salvatoris qui fingitur esse beati Iohannis. Longe autem
est quia multa signa leguntur ibi facta a Christo tempore de
eo tacta quia ista conversio aque in vinum fuit initium
signorum eius. Secundo commendatur ille alio loco in Chana Galilee
ubi erat penuria vini. Tercio quia primum fuit mi-
raculum in Chana Galilee. In matrimonio in principio
mundi quod deus expressa in littera formavit principium
et miraculum nove legis prius credebat contra
se tamquam in hominem sanctum et si aliquam horum
fidem habebat quia esset deus alia habuerunt
testimonio Iohannis dicentis: Ego vidi spiritum
descendentem sicut columbam et manentem super
ipsum testimonium perhibui quia hic est filius dei
vivi ut dicit. Et crediderunt in eum discipuli eius
ex hiis que ipsi viderant primo Iohannis. Quod audi-
vimus et vidimus testificamur. Nove autem leg-
is miraculum factum est. Tercio quia dat illud noticia di-
vinitatis et manifestavit gloriam suam divinitatis
in operacione miraculi. Iohannes primo vidimus
gloriam quasi unigeniti a patre. Rogemus

Dominica secunda distinctio prima

Cum descendisset Ihesus de monte secute sunt
eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens
adorabat eum dicens et cetera. Cunctis aliis scriptura
sacra sacra extolli quia mea non doces sola quadam
modo in humanis scilicet sed et res ipse significant
ut dicit Hugo libro primo de sacramentis in prologo. Unde
et mundana sciencia in quantum prudens non verba sola sig-
nificant principium carnis lucidissima causa sed sacra scriptura ut
...enim dicit quia sol significat hominem sapientem
sicut homo sapiens in sapiencia manet sicut
sol. Et alia multa exempla adduci possunt
et ideo hodiernum evangelium exponitur dupliciter
secundum quod pertinet ad litteralem significacionem
et secundum misterium ipsius rei conpertitum.
Duo itaque miracula narrantur facta a domino
scilicet leprosi mundacio et paralitici curacio. De leprosi
mundacione concordat Marcus et Matheus et Lucas.
De isto non paralitico ut dicit auctor sed Iohannes et
Lucas et Christus evangelii incipit. Cum autem
intrasset et cetera. Circa primum ubi tangitur. Primum
est Christi descensus. Cum descendisset
Ihesus de monte. Iste mons secundum Ieronimum
fuit mons Thabor quia Christus ascenderat cum
discipulis ut nove legis precepta illis
traderet. Data autem lege descendit de
monte ut miraculorum opera legem datam
confirmaret. Deinde ponitur turbe sequela
secute sunt eum turbe multe. Venerat
turbe multe ad Ihesum et descensum
eius prestolabantur sed secute sunt eum
descendentem. Quidam ut dicit Crisostomus
propter caritatem plerique propter doctrinam multi propter ad
inspectionem et curacionem de hiis expectabant
Christi descensum erat et leprosus. Et ecce
leprosus veniens non procul erat sed
ut dicit Lucas erat vir plenus lepra.
Tercio quia lepra est incurabilis infirmitas
secundum naturam et ideo venit iste leprosus
ad talem medicum qui medicinam naturalem cura-
ret eum. Sed queritur unde habeat iste leprosus
fidem quia eum deus curare posset et dicendum
quod ut patet per magistrum in hystoria quia mundacio
leprosi est primum miraculum quod deus operatus
est ex quo aperte predicare cepit et ideo
valde commendanda est fides istius leprosi
qui nullo facto adhuc miraculo sed sola fama
eius doctrine audita credidit et tantam
sapienciam absque omnipotencia esse non posset.
Deinde ponitur leprosi peticio adorabat eum dicens.

Secundum Crisostomum / Non simplex petebat curacionem sicut a bartifici medico sed adorabat quia dominus. Non quia oracio sit desiderium verbis expressio ad deum / istud tamen desiderium aliquando et corporalibus signis demonstratur sicut genu flexionibus prostracionibus et aliis multis modis. Iste autem leprosus expressit humilem humilitate quia ut dicit Marcus Adorauit eum genu flexo. Item expressit timiditatem deprecandi eum quia procidit in faciem ut dicit Lucas. Deinde ponit ipsius oracionem Domine vere dominus quia et languoribus et sanitati vite atque morti dominatur. Si vis a voluntate diuina pertinens dicitur cuncta sunt posita. Hester 13. Potes me mundare illa potencia cui omnia obtemperant et nichil resistit.

Attendendum quomodo iste leprosus fiducialiter peciuit sed cum non fuit immote cum domino non videtur tamen ingerisse quia ibi dominus admonuerit Petite et accipietis / oracio nisi qui petit accipit. Matheus. Item et illam dominus maiorem seruasse quam in eodem monte protulit Orantes autem nolite multum loqui. Quibus breuiter se expediuit. Domine si vis potes me mundare. Nota quod hec miracula in carne mortali fecit operatus et cum habet patre et spiritu sancto operari non potuit quia quod vnius est sunt et vnus cordis vna est operacio ut dicit Augustinus quia iste leprosus iste prudentissime expressit oracionem per hoc vbi tamen cum dicit Domine Ipse est in manu sermone scriptum est rex regum et dominus dominancium Apocalipsis. Item benignam voluntatem sponsi sancti cum dicit Si vis Spiritus enim vbi vult spirat Iohannis 3. Prius autem omnipotenciam cum dicit potes per potenciam tuam deus nostri altissima que fecisti magnalia. Secundo ponitur miraculi opus Et extendens manum Ihesus

Nam illa que fabricauerunt celos extendens laicis misericordie et potentie tetigit eum. Tetigit eum ut tactu sue carnis immundissime lepre abstergeret maculam. Nam ut dicit Theophilus ipsius sancta caro est per quam et vita tribuens sicut expressio vbi dei caro. Sed cum quia dominus contra legem fecit nam leprosus immundus est ut dicit Leuitici 13. quod non erat licitum tangere. Respondetur quia lex prohibebat tactum leprosi ne tangens contraheret inmundiciam aut maculam ex lepra. Et quia Christus nullam inmundiciam aut maculam contrahere potest ideo non egit contra legem. Tetigit autem eum secundo tactu ut ostenderet antiquas leges iam cessasse eo quia nouam legem iam dederat. Tercio ut ostenderet se dominum legis qui ei non erat subiectus. Quarto ut tactu sanaret leprosum qui in prius verbum domini leprosus non mundabat dicens Volo. Dominus et dominus medicinam reuidit Volo. Item leprosus dixerat potes et impatiens mundare. Et ecce effectus ponitur tactu et verbo curatus est. Deinde ponitur leprosi mundacio et confestim mundata est lepra eius. Quia autem dicit Origenes non dubitauit credere non tardat sanare quia non distulit confessio non differt mundacio. Et non secundum Crisostomum quia ista dicto confestim tarditas proferre quod fecit velocitas mundacionis eciam cum sanitati sint quod dici possit. Quinto ponitur tempus mandatum sanacioni impositum / Non mandauit Christus ut afferret pecuniam sibi aut aliquibus deo pro sua mundacione aut quia ipsum coram hominibus glorificaret sed primum sibi mandatum dedit ut miraculum occultaret dicens Et ait illi Ihesus Vide nemini dixeris Non quia vult excusare precipit hoc Christus / Sed secundum Crisostomum et Ambrosium ut daret nobis exemplum ut non queramus ostentacione et gloriam de nostris operibus Secundo ut dicit Crisostomus quia non dum erat tempus Christi opera predicare sed predicanda erat committenda apostolis. Tercio secundum Ambrosium / Quia meliores sunt

[marginal note, top:] Et [illegible] ad [illegible]

[marginal note, bottom:] [illegible]

qui fide spontanea credunt quod sperant beneficiis
¶ Secundo ut planum ut hic salus non quod dicto oblata
queritur sed mente cogente devote postulatur
¶ Unde Jeronimus et aurilium congruus erat vero opus predi-
care quod evidencia operis demonstrabat fortasse
autem ¶ Tertia causa est quia prius expectacione indicat
iudicium sacerdotum qui iudicaret eum esse emun-
datum et postea deo erat quis illum sanaverat
quia si eo factum fuisset potuisset sacerdotes ex
invidencia calumpniari miraculum sed precepit
ei sibi vade et ostende te sacerdotibus quorum arbitrio erat
commissum lepre iudicium Non quod aliter ex parte eum
mittit ad sacerdotes ¶ Primo quia licet ipse esset
mundatus non tamen reputabatur mundatus nisi
cum alijs posset conversare nisi sacerdotum iudicio
¶ Tertium causa est pro humilitate ut sacerdotibus vide-
(*co[n]stat*) at deferre ¶ Quarto secundum origenem et alios ut quamvis non
esset consuetudine sed dei gracia sit sanatus ¶ Quinta
secundum Crisostomum ut obturaret malilocorum iudeorum
legem cum dum legem venerabantur ¶ Tertium precepit
ei et offer munus quod precepit Moyses vel leviticus Non
(*offerebat*) mundatus a lepra prout augustinus indeberet tamen duos
passeres vivos cum ligno cedrino tincto et ysopo
et ymolabatur unus passer de cuius sanguine
tingebatur alter passer et lignum cedrinum tinctum atque
ysopum et aspergebatur illo sanguine mundatus
septem vicibus et postea dimittebatur passer vivus
ut avolaret in agros loto autem corpore
atque vestimentis et rasis omnibus pilis in toto corporis
tamen ita tamen adhuc non ingrediebatur domum usque ad
dies dic autem octavo iterum autem omnes pilos corporis
radebat et lavabat corpus eius atque vestimentum
Et die octavo si erat dives tollebat duos
agnos inmaculatos et ovem unius anni et tres
decimas simile oleo conspersae et sextarium olei et sta-

tuebat omnia hec ad hostium tabernaculi
et postea per sacerdotem fiebat ymolacio Si
vero pauper fuisset homo ille non offerebat
nisi agnum unum et decimam unam simile oleo
conspersae et sextarium olei et duos turtures
sive duos pullos columbe hic autem
mundus offerre hinc mundato lepros ut
deo laudes pro sua mundatione ¶ In
testimonium illis in accusacione et attestacione
illis scilicet sacerdotibus Quantum ut dicit Crisostomus
que autem si munda erant omnia fecisti
et tamen ipsi non crediderunt Illa glosa
sit testimonium incredulitatis eorum quia dum carne
ceperit sanato leproso approbat illum
tamen credere noluerunt Distinccio secunda

Secundo cum dicitur cum autem introisset et cetera
Tangitur paralitici curatio ubi sa-
primo cum precatur centurionis accessit
Cum autem introisset ihesus capharnaum
nobilior civitas galilee unde et interpretatur
Capharnaum villa pinguedinis vel ager
consolacionis Accessit ad eum centurio
Centurio dicitur qui preest centum militibus
Et erat centurio iste gentilis positus
a romanis Capharnaum ad custodiam
provincie Non quod iste centurio personaliter non
accessit ad ihesum sed ut dicit luce Au-
diens dicitur tanta mirabilia eum fecisse
primo beatissimum proximum morti misit
seniores ad deum iudeorum qui rogaret pro salute
servi Non enim accessit personaliter quia non puta-
bat se dignum puerum ¶ Cum autem ihesus
cum senioribus veniret ad domum eius
Ille autem hoc audiens misit ad eum
ut non declinaret in suum hospicium
quia non erat dignus eum recipere sed tamen

Ubi imperare et sanare puerum meum ...
Quod Matheus dicit centurio quod accessit
ad Christum. Cum tamen Lucas dicat eum mi-
sisse seniores. Et ideo alii non dixerunt non
centurionem de quo loquitur Matheus et Lucas secundum
Crisostomum non esse hunc. Idem dicit de quo vult
loqui. Diversitas autem alia que apparet inter evan-
gelistas potest tolli. Primo quia sicut Crisostomus
dicit iste centurio ... volebat accedere ad do-
minum sed iudei quasi blandientes illi dixe-
runt quod non expediebat ut ipse labora-
ret in hoc. quia ipsi irent et Christum adducerent
et ideo Matheus considerata voluntate centurio-
nis dixit quod accessit eadem. Secundo ut
dicit Augustinus quia ea que aliquis per alios facit
ipse facere dicitur. Ex quo seniores iudeorum
nomine centurionis accesserunt ad dominum
et ipse centurio dicitur accessisse. Tertio ut (invenit)
dicit Augustinus Matheus voluit commendare
fidem centurionis quia cum fide accedit ad
dominum magis centurio accessit ad Christum
quia magis credidit quam seniores qui missi
fuerant. Sequitur rogans eum et dicens
i. mittendo et rogando et dicendo Domine
qui omnium dominus. Puer meus iacet (?)
... in domo non quasi
hospitalis (vel ...) quemadmodum faciunt
mali domini qui servos eiciunt cum ceperint
infirmari. Paraliticus iacet ...
firmitas. Est autem paralisis tremor et
dissolucio membrorum et male torquetur
Ecce doloris asperitas. Attende autem
et bonitatem centurionis qui tam instanter
rogat ... si esset unicus filius
eius et ut dicit Rabanus omnia ista ad
dolorem commemorat. Scilicet iacentem paraliticum

et male torquentem. ideo ut sue animi angustias
declararet et dominum commoveret. Sic debet dominus
condolere servis et curam eorum habere. Attende
et quod solam infirmitatem exponit. Sciebat enim
ut dicit Crisostomus quod ipse potens est ad sanandum
sapiens ad intelligendum et misericors ad expe-
diendum. ideo infirmitatem tantum exponit reme-
dium autem sanitatis in potestate sue misericordie dimisit.
Et postea graciosa ... et ait illi ihesus. illi
centurioni qui loquebatur cum tamen esset absens
loquebantur ... eadem ipsius efficacia quod audiebat
sermo predictum. Ego veniam et curabo eum. Non mittam
Petrum vel Andream vel quemquam alium apostolorum sed
... Nota secundum Crisostomum quod dominus
numquam consuevit facere (voluit facere) hic enim maius homi-
nibus secundum voluntatem postulancium. Hic autem
... et non solum curare promittit sed et ire
ad domum et hoc quidem propter duo. Primo quia dominus non de-
specta videtur habere condicionem humilem. ... cum
ipse esset dominus servus factus est. Secundo ut fidem humili-
tatem et prudenciam centurionis que latebat
ut in domum ipsius ... Ex quo ponitur
denotatur centurionis versio quam fuit humilis et
fidelis et prudens. Quod primo tangit humilitatem
Et respondens centurio ait. non vidit centurio presentem
ipsum sed quia ut dicit Lucas ... non reputabat
se dignum sicut ibidem dicit Andreas (?) ipse quod ...
ad domum ipsius accederet misit ad eum amicos
dicentes verba sequencia. Domine ... reve-
rencia exhibenda. Non sum dignus ut intres sub
tectum meum. Ecce quanta reverencia. Ecce qualis
humilitas. Non ... se reputabat presenciam
Christi propter conscienciam humilitatis vel quia in domo
habebat vel ... ydola ... considerans
maiestatem domini Christi nulla estimavit ...

[illegible]

tuam dignam suscipe ipsum It sed dicit quod sola suf
ficeat visio sed tantum dic verbo verbo illo quo michi de
cuncta produxit messis et sanabitur puer meus Ecce
quanta fides habebat in centurio ut dicit Cris[ostomus] quod
angeli invisibiliter Christo assistunt et ad imperium
eius virtutes et miracula operantur et iste est ordo
angelorum qui appellantur virtutes ut dicit Ber[nardus] libro de
consideratione Si autem angeli cessaret tamen ut dicit
Crisostomus ~~frementes~~ infirmitates eius per precepta vincabis
expellunt Nota quod istud verbum centurionis domine
non sum dignus et tante fuit fuit ~~fidelis~~ humilitatis et fidei
atque efficacie quod secundum Aug[ustinum] dum dixit se indignum dignum
se prestitit ut non ~~tantum~~ tamen in ipsius hospicium rex Christus sed ut in cor
de eius Christus intraret It quod ad recipiendum corpus
in sacramento eukaristie nullus est dignus ideo secundum Aug[ustinum]
fideles cum accedunt ad mensam domini verbis cen
turionis edocti dicunt Domine non sum dignus et per hoc
istorum verborum digni efficiantur It addit quod fuit
centurionis prudens visio fidei sue quod expressit tantum
tum dic verbo et prudenti argumentacione confirmat dicens
Nam et ego homo sum sub potestate alterius constitutus
constitutus et tamen habeo sub me milites Ita quod alii
superior et alii inferiores tamen in eo dico huic surge
to in Vade et vadit et alio Veni et venit et ser
vo meo Fac hoc et facit Deinde supplendum est secundum glossam
Ita tu domine potes absque corporali presencia dicere
infirmitati ut recedat et recedat et dicere
sanitati ut veniat et veniet vel et similiter
tibi angelis potes dicere ut faciant miracula
et faciet Nota quod ista argumentacio duobus modis
[illegible] Uno modo secundum Aug[ustinum] ut arguatur a minori ad maius
si enim ego sub potestate constitutus michi subiectis habeo
potestatem iubendi quanto magis tu potes cui serviunt omnes
potestates Secundo ut dicit Cris[ostomus] argumentacio a simili quasi
diceret Et si ego sum sub potestate alterius habeo tamen

potestatem ~~inhibendi~~ iubendi aliis qui sub me sunt
sic et tu cum sis sub potestate patris secundum quod homo
habes tamen potestatem iubendi angelis
Commendatur ponit fidei centurionis commenda
tur quod Christus commendat fidem quadrupliciter
primo ex admiracione unde sequitur Audiens
autem Ihesus tantam fidem centurionis miratus
est Attendendum est quod origo admiracionis sit
aut quasi quod deus [illegible] ad
miratur [illegible] dicit rex principalis
mus eius sunt tamen verba [illegible]
[illegible] dei mirabile est aut preciosum sed tamen
fidem honorificat miratur et acceptat
Sed queritur quomodo Christus admirari potuit
Consurgit in admiracione ex apprehensione
novi effectus cuius causa ignoratur sed constat
quod cognicio istius fidei non erat no
va nec absconditur hoc [illegible] It nec
causa istius fidei latebat Christum quia ut dicit
Augustinus contra manicheos libro [illegible]
Ipse Christus qui fidem centurionis admirabatur
causa fecerat in illo Et dicendum quod pro tanto dicitur
admiratus quia fidem ipsam admirandam
dicit unde admiracio ut admirarentur sic habuit
ut nos instrueret quod adhuc fidem admi
remur It secundo fidem eius commendat opponen
do aliis Unde sequitur dicit Et sequentibus se ad hoc
dixit Amen dico vobis non inveni tan
tam fidem in Israhel Ecce quanta laus
fidei que sic omnibus anteferatur Sed queritur
utrum fides istius maior fuerit fide patri
archarum et prophetarum aut fide apostolorum
aut postmodum fide virginis Et dicendum quod

[illegible]

quia illi fuerant initium fidei principium. Cen-
turio vero dicitur Non inveni tantam fidem in
Israel. Expone per Israel intelligitur primo secundum Ieroni-
mum ut referatur de presentibus non de veteribus patri-
archis et prophetis nec tamen de omnibus presentibus
sed exceptis illis quibus loquebatur scilicet
apostolis. Vel secundum Crisostomum hoc est intel-
ligendum quantum ad originem credendi quia
alii pluribus signis visis crediderunt iste
vero nullo viso sed audito tantum. Vel 3o
secundum eundem Crisostomum Cum rusticum ali-
quem sapientem aut aliquid proferentem vel
pueros magis admiramur et laudamus quam
si philosophus hoc diceret et quia non erat christianus
iudeum crederet et gentilem et in modica
gentilis magis
fides laudatur quam fides iudeorum. Dicit quia
fides tanta erat in hoc centurione Christus
exposuit futuram gentilium fidem predicat Dico autem
vobis quia multi non omnes quia non omnes credunt
eorum venient ab oriente et occidente id est ex omni
parte mundi venient scilicet ad fidem et unitatem
ecclesie. Deinde tangit fidei premium et recumbent
id est requiescent Et epulabuntur cum Abra-
ham ysaac et iacob quorum imitati sunt fide
in regno celorum ubi lumen et exultatio
gloria et longevitas vite eterne.
Nota quod premium fidelium triplex secundum quod innuitur.
Primo spiritualium epulacione quia dicit re-
cumbent. Epule autem ille non carna-
les sed spirituales sunt quas oculus non vi-
dit nec in cor hominis ascendit. Secundo innui-
tur associacionis dignitas quia cum Abraham ysaac
et iacob. Tercio innuitur visione dei quia
in regno celorum. Celorum enim regnum
dei est visio. Deinde ponit in contrario
infidelium triplicem penam. Prima est

carencia divine visionis unde dicit filii autem regni
id est secundum Ieronimum iudei in quibus deus ante regnabat
eicientur in tenebras exteriores. Erat quia fideles
gaudebunt lumine visionis divine sed iudei
eicientur in tenebras. Nota quod tenebre quedam
sunt interiores et hec est ignorancia fidei. Quedam
non exteriores scilicet pene infernales. Illa enim est
terra tenebrosa et operta mortis caligine terra
miserie et tenebrarum ubi umbra mortis etc. Iam
autem iudei interiores tenebras eiecti sunt
quia non repulerunt ... istas tenebras interiores.
Secunda est pena ibi erit fletus etc. secundum quod dicit Homo
lacrimabuntur oculi ex nimietate ardoris et
fumo ignis infernalis. Tercia pena est remorsus
consciencie et stridor dencium. Cum enim consciencia propria
quasi verbis stimulat et pungit dampnatos et indig-
nacione concremantur et dentibus stridet. Pre
furore videbitur et in dentibus simul et tabe et deside-
rium peribit. Consequenter ponit peticionis exaudi-
cio Et dixit ihesus centurioni Vade et sicut credidisti de-
monstrat in virtute et sicut credidisti solo verbo
absque corporali presencia quod possem sanare puerum
tuum fiat tibi id est fiat tibi gracia et sanatus est
puer tuus in illa hora qua Christus protulit sicut
credidisti fiat tibi. Considera quantum valeat unicuique
fides propria que tantum valuit huic puero fides
aliena. Ad misticam intelligenciam isti duo
quos deus de monte descendens sanavit duos
populos gentilem et iudaycum significant utrumque enim
populus viciis egrotabat sed salvator de monte
alto divinitatis descendit in vallem nostre miserie
et utrosque curavit. Populum gentilem prius at statim
ad carnem venienti qui leprosus erat iuday-
cus non propius exspectat adhuc et iacet in domo

no[n] [pro]p[ter] cu[m] ...
[illegible]

synagoge paraliticus et male torquetur. Ibi in fine temporum cum inciperet plenitudo temporis generat ... Moraliter autem verba ista peccatorem significat. Peccatum non habet maculam et penam. Macula est sicut lepre, pena sicut paralitici. Macula lepre est abhominabilis, sic peccatum, quia abhominatur deus et beati angeli. Propter hoc corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis. Exemplum de heremita sepeliente quendam mortuum, comitante angelo assistente. Heremita autem ille fortiter obturabat nares propter fetorem cadaveris, sed non angelus. Et ecce iuvenis quidam pulcherrimus et ... dus vestibus ornatus in equo transiit. Et tunc angelus fortiter obturavit nares donec iuvenis ille longius recessisset. Interrogavit autem angelum heremita cur non obturavit nares a fetore cadaveris et obturasset ab illo iuvene transeunte. Quia ego sum angelus, fetorem cadaveris non sentio, sed anima illius iuvenis sic abhominabilis est et fetida quod fetorem eius sustinere non potui. Item macula lepre contagiosa est et ... sic peccatum est. Item peccatores contagiosi sunt et periculosum est cum eis conversari ne forte alios inducant ad peccatum. Propter hoc dicitur Proverbiorum primo: Fili mi ne ambules cum peccatoribus, prohibe pedem tuum a semitis eorum, pedes enim illorum ad malum currunt. Pena autem peccati per similitudinem ... describitur. Dicitur enim de illo puero quod erat ... et iacebat quod erat paraliticus et male torquebatur. Iste pene ad malum propter sunt que in ... significantur. Qui enim facit peccatum servus est peccati. Peccatum cum ... facit eum ... ad peccandum ut exemplo peccatum adulterium ... dicit Gregorius. Peccatum autem ...

deducit servitutem, scilicet dyaboli. Johannes: Omnis qui facit peccatum servus est peccati, id est demonibus. Secunda pena est impotentia ad bonum operandum, quod significatur per iacentem. Iacentes enim nichil operari possunt. Iam autem peccator quia nullum potest operari bonum meritorium. Videas largiciatores. Alii iacent in lecto avaricie, alii in stratu luxurie, aliqui in spinis malicie. Et ecce clamat Deus: [fallat peccatores] Surgendum est quia hora est iam nos de sompno surgere, Romanos 13. Tercia pena est timor quem paralisim significat in dissolutione et tremore corporis. Et ecce magno timore est peccator. Videns sibi dicatur ut elemosinam largiatur aut male ablata restituat, timet ne sibi deficiat. Si dicitur quod ieiunet et vigilet, timet ne infirmetur. Si dicitur sibi quod ad penitentiam veniat, timet de verecundia et satisfactione. Et ecce quomodo iste paraliticus tremuit. Psalmus: Trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quarta pena est afflictio spiritus. Omnis enim peccator in se ipso male torquetur et anxiatur, cum pro honores seculi, divicias mundi, delectamenta corporis acquirat. Et ecce ex altera parte conscientia pungit: fallaciam mundi, mortem, vanitatem, iudicia divina et penas infernales formidat. Quod inter ista nisi peccator homo male torquetur, flagellatur intus et affligitur. Unde dicit beatus Augustinus primo confessionum capitulo 12: Iussisti domine et sic est ut omnis inordinatus animus sibi ipsi sit pena. Rogemus autem dominum ...

lepre / sepulta / gula / ... feda / tumet / ... / ... fuit / ... ...

Dominica tercia distinccio p[rima]
resurrectionis intelligat. Cum dicit illis
sermone blando et consolatorio: Nolite expa-
uescere q. d. secundum Gregorium: Paueant custodes qui
non amant aduentum supernorum ciuium. Vos
autem nolite timere ad mea presentia quia
vestrum ciuem uidetis. Secundo mulieres magis
confidant ostendit se scire quid ipse querant: Iesum
queritis. Est ergo inquisitio saluatoris. Dicit
enim Iesus salus humani generis erat completa. Psalmus:
Deus autem rex noster ante secula operatus est salu-
tem in medio terre. Nazarenum qui interpretatur
floridus uel sanctificatus. Est igitur inquisitio
deuota. Psalmus: Super ipsum efflorebit sanctificatio
mea. Crucifixum. Unde inquisitio est gloriosa.
Gal. vi: Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini
nostri Iesu Christi. Unde secundum Theophilum angelus crucem
non erubescit. In ipsa enim est salus hominum et
bonorum spirituum. Tertio Christi resurrectionem annunciat.
Surrexit q. d. Nolite querere crucifixum et mor-
tuum set querite resurgentem a mortuis quia
ut dicit Ieronimus: Radix amara crucis euanuit,
flos vite cum fructibus erupit, et qui iacuit
in morte surrexit in gloria. Non est hic, scilicet in mo-
numento, eo cum hic non queratis. Set sursum
querite ubi Christus est in dextera dei sedens. Gregorius:
Non est hic presentia carnis qui nusquam
deest presentia maiestatis. Et quod placet se ...
dicit quod surrexit tibi non sit subtrusit. Ecce
locus ubi posuerunt eum. Sicut si meis sermonibus
non creditis, uacuo creditis sepulcro. Et sit
queritur ... primo de integritate corporis Christi
resurgentis. Et dicendum quod corpus Christi resur-
rexit, quia anima ipsius reunita fuit corpori
quod in morte reliquerat. Nec illud corpus
ulla habuit diminucione set cum omnibus membris
et totius corporis liniamentis surrexit. Unum
etiam ipsa reuera sanguinem effusum in cruce recepit
et summa que sunt de veritate humane na-

[illegible]

vitati aut nec sup addite. Quarta dos que
nam pficiunt et non transmutat forma e incor-
ruptibilitas qua xpc resurgens a mortuis
iam non moritur mors illi ultra non dnabitur
Ro vi. Unde nullam passionem sustinere pt nec
caloris nec frigoris nec famis aut sitis
nec alia quacumq alterante corpus eius.
Scda dos e corporis claritas Jo 17 sicut cla-
rificatus filius hominis et deus clarificatus
e in illo etc. Hoc corpus eius nullo vestimento
indiget. Tercia dos e agilitas qua corpus
eius nulla gravitate tardatur quin libere possit
ee ubi vult. Quarta e subtilitas qua
nichil ei resistere pt homina corpa que tra-
ctus grossa sine divisione penetrat. Questio
queritur de tempore resurrectionis xpi et dicitur qd dns
tercia die resurrexit a mortuis sed oportet dies
aliquos et noctes per synodochen accipere
et hoc duobus modis. Primo ut dicit Be-
da ut extrema pte parasceven accipiamus
pro uno die cum nocte sequente. Secunda vero dies fuit
sabbatum cum nocte sequenti qua vero in ipsa no-
cte mutatus e ordo dierum et noctium. Cum
enim a principio mundi dies precedit noctem in ipsa
nocte resurrectionis cepit nox diem precedere. Nox ergo
illationis fuit sabbato et deinde ut ergo ipsa sequebatur
sabbatum [illegible] cum ipso sabbato die. Tercium vero
qui precessit dominicam [illegible] diei. Tercio accipitur
tercia diem per qualibet pte ipsius diei in qua
dns resurrexit. Secundo modo aliter ordi-
nat Augustinus [illegible] qd iste ordo dierum et noctium
cepit in nocte precedente parasceven. Sed hec
ergo nox precedens parasceven cum ipso die sequente
fuit dies una naturalis. Nox aut precedens
sabbatum cum ipso fuit secunda dies. Nox vero precedens
dominicam cum prima pte ipsius dominice fuit tercia
dies. Quo aut accipiatur iste ordo hic patet qd
xpc fuit mortuus xl horis ut dicit Augustinus.
De hora vero resurrectionis varie loquuntur. Eusebius enim
in libro xii [illegible] dicit qd surrexit ad ve-
speram sabbati. Ambrosius vero sup Lucam dicit qd
surrexit in profunda nocte. Augustinus vero dicit
qd surrexit in diluculo qd magis tenet
ecclesia qua in memoria resurrectionis dominice cantat
matutinales laudes. Cui consentit hic ps
Exurge gloria mea exurgam diluculo.

In ipsa aut hora cum xpus resurrexit multa
corpa sanctorum surrexerunt cum eo ut essent testes
resurrectionis xpi. Sed quia angelus dixit surrexit
non e hic. Quo dicitur ubi erat post resurrectionem xpus antequam
celum ascenderet. Sed contra [illegible] Et dicit
pt qd corpori glorificato non debet determinatus
locus hic in fine. Unde ipse erat ubi volebat
et forte cum sanctis qui cum eo resurrexerunt erat
maxime in aeribus id est sup amplissimos fines
orbis aut forte habitabat in paradiso deliciarum.
Tercio angelus imponit mulieribus ut xpi
resurrectionem annuncient. Ergo ite festinanter et
dicite discipulis eius quia et Petro specialiter.
Petrus aut specialiter nominavit quia propter verecun-
diam negationis xpi ita erat confusus qd nisi
fuisset specialiter nominatus non presumpsisset
venire inter ceteros apostolos ut dicit Gregorius vel
hoc ideo quia petrus specialiter xpi mortem
abhorruit ut de resurrectione maxime gaudet.
Quia precedet vos in galilea et ideo sequimini
eum ibidem. Ibi eum videbitis non quidem
crucifixum et mortuum sed iam resurrexisse vivum.
Sicut dixit vobis. Hoc xpc predixerat discipulis
Mt 26. Postquam resurrexero precedam vos in ga-
lileam. Precessit dux vite mortis triumphator
glorie [illegible] cum discipulis in monte
thabor ut dicit Mt 28. Ubi eis apparens
future resurrectionis gloriam apostolis demonstra-
vit. Eamus et nos in galileam id est transmi-
gremus a vitiis ad virtutes ut resurrectionis gloriam
videre possimus. Col 3. Si consurrexistis
cum xpo que sursum sunt querite ubi xpus est
in dextra dei sedens. Que sursum sunt sapite
non que sup terram.

Feria 2a in festo pasce

Duo ex discipulis ihu ibant ipsa die in
castellum qd erat in spacio stadiorum
lx ab ierusalem nomine emaus Luc 24. Hec
idem [illegible] Mt 26. Augustinus [illegible]
Sic mos [illegible] diligunt amicitie absentes de-
siderantur cum molestia et suscipiuntur venientes
cum leticia. Et ipsa molestia absencie
alienat a memoria corporis et sermonibus
[illegible] non mille motibus conversationis
gratissime sic delectat eum qui sit di

midiu felicitatis huane. Eod vero circa
ves crucifixi resurgentis duo isti disci qpbat
qua ut dicit magr lenibant iste absen
cia xpi in corda ipius et mutuo colloquio
puia no ipius licet ad hora suscepint
et delectabiliter. Primus cron' materia huic
duobus istis ... gemet ... ignorauit
doceat arceat ... instant ut maneat
veniat discubit se manifestat in hoc
cron' ea tanguntur. Primu e quo xps appa
ruerit discipulis de se loquentibus. Scdm est
quo illis septiam apparuit in se no credentibus
ibi Et ipse dixit ad illos. Tercium
e quo palam se illis manifestauit in cena
recumbentibus ibi Et aperti sunt oculi eorum.
Prima p's. v. gemet paucilas. Prima
em primo ite discipulorum xpi duos ex discipulis illius
... qui erant sine duo tangit ad hoc
tu illius ... impune ... ambula
tes hoc em precepit dns ... ad solacium
mutuum sit alter alteri seruiet et ut
ipe vite erant testes ... melius est
duos esse simul quam unum. ... em eius
... societatis eius si unus ceciderit
ab altero fulcietur. Primus istorum duorum discipulorum
nom ponitur infra quia vocatur Cleophas
alterius no nomen cron'ca subticuit et dicit
ut dicat Theophilus qui fuit Lucas cron'
qui ... humilitate se no nominauit. Hoc
em videtur eidem sentire Gg. ipi'
morum amb'o dicat tu sup Luca qui ille dis-
cipulus no fuit Lucas sed quidam alius
nomine Amaon qui verius credit quia Lucas
potius fuit discipulus aplorum quam ex discipulis
xpi sicut p3 ... pbat in plogo eiusdem
cron' ... primo ... de ... cron'
... p glosa ... 24 ... iiij or
anni archa testamenti dicat em glo
quod marcus et lucas fuit in dextro latere
arche. Prima post xpi ascensionem eadem
... sunt sancti discipuli ... ciuitatem ville
appellari. Et erat in spacio stadiorum lx ab
Jerusalem. Stadium e octaua p's miliarii et
dicitur a stadium a stando eo quod Hercules

vno anhelitu tm currebat et dein stans spirabat
deinde sit ante stadium c. 125. passus. Unde
lx stadia sunt semp septem milia passuum.
... ex hoc castellum distabat ab Jrlm vij
miliaria et dimidio nomine Emaus. Beda
... e Nicopolis ciuitas palestine que post
expugnationem ... sub marco aurelio et
anthonio ... restaurata e ... statum mu
tauit et nomen ... prius dicebatur Emaus nunc
no appellatur Nicopolis. Secundum ostendit quo ambula
bant isti duo dua dis'li Et ipsi loquebantur ad
inuicem no quasi credentes ut dicat Theophi-
lus sicut stupentes tribus ... de his omnibus
que acciderant s. de tradicione saluatoris et
de passionibus et de emissione spus et de sepultura
et de appricione angelorum facta mulieribus. Co
sidera quanto amore ista que acciderant medi
tabantur et quanto dolore ea loquebantur et quanta
pace ea ad inuicem referebant. Job. x. quare
... ego no parcam ori meo. loquar in tribulatione
spus mei et fabulabar cum amaritudine
anime mee. Et dicit pom xpi accessus
Et factum e dum fabularentur fabula dicatur
esse composita ex mutuis modis ... Prima vero
isti inciabantur de his que acciderant ... caple
ne credebant maxime illud de uno ... fa
bulari ... Et secum quererent conquerebat toto
conatu ad inuicem de saluatore ... pas
x vj. ... in tota uolutate sua quesiuit dnm et
inuenit cum ... quod multa fortasse erant
de quibus querebant ad inuicem s. ... potuit
esse tanta malicia unde ut crederet xpm
Item quanta dilectionis ... xpus in suo recessu
discipulis ostendit. Item quo omnia futura ipse p
uidit. Item quare capientibus se no restiterit
Item quanta fuit pusillanimitas discipulorum qui eum
no defenderunt sed relicto eo omnes fugerunt
Item tamquam malefactor ligatus fuit. Item quare
facies illa que speciosior e cunctis filiis ho
minum sic fuit cum sputis conspuita quanta collaudatio
in illusionibus quanta constancia in iniuriis
quanta innocencia in flagellis ultimo quanta
obedientia usque ad mortem mortem autem crucis
Item quod orauit pro crucifixoribus et inter sceleratos

Theoph

Job x

pasc

deputatus fuit q intem discipulo comenda
uit et exclamando spm emisit. Et quia vero
flos sub lapide clausus fuit. Et querebant
ad q debebant recurrere ex quo ille mortuus
erat in quem sua spem posuerant quid deberent agere
quia erant sine gubernatore et quasi vidui
effecti quia erant sine patre pupilli. Ultimo
querebant an possibile esset q resurgeret
aut q corpus eius esset ablatum et an esset
verum q mulieres dixerant angelorum visionem
vidisse admonimentum. De hys omnibus querebat
ad inuicem et querentes in mentibus ardebat
amore et tamen dolore ea considerabant atque
cum singultu et merrore mutuo ea colloque
bantur. Et ipse ihesus de quo loquebantur appropin
quans ibat cum illis. Est enim vulgare proverbi
um quia lupus est in fabula dum ipse de quo
locutus superuenit dicit Theophilus q spirituale
corpus quod habebat xpus nulla impediebat
loci distancia qui statim aderat ubi et cum
quibus volebat. Attende benignam curia
litatem saluatoris quia dilectis suis de se
loquentibus et desiderantibus sua non denegat
presenciam et comites vie efficitur. Sic enim pro
misit Mt xviij. Ubi duo uel tres congregati
fuerint in nomine meo in medio eorum sum. Et q
querebant ad inuicem ut concordes facerent
solite apparuit illis ut verus doctor disci
pulos instruat. De cecitate discipulorum de se et ig
norancia. Oculi autem eorum tenebantur ne eum
agnoscerent. Habebant enim pacientem maculis
et quasi amaurosis dicitur latine uel euidencia
est in dicto uel quando rem presente non videmus
uel quando visam non cognoscimus quando fuerimus
ut presentem quemcumque aut est quia manu tene
re querimus. Quare xpus sic voluit apparere
discipulis q tamen cum non cognoscerent. Et dicit
Theophilus q tres cause sunt de hoc. Prima
quia ideo noluit cognosci ut discipuli non
timerent absconsi. Sed totam suam mentem ... s[ecunda]
ut postquam cum cognoscerent intelligerent q
communis ipsum corpus quod passum est resurrexit
non tamen erat visibile omnibus sed solum illis

a quibus uellet videri. Tercia ut intelligat
q post resurrectionem conuersacio eius non erat digna
mortalibus sed cum angelis magis. Et ita erat
congruum quia talem se illis demonstrauit exterius
in oculis corporis qualis apud illos erat interius
in oculis cordis. Ipsi enim xpm amabant et
tamen de illo dubitabant. Quia igitur ipsum ama
bant et ab hoc de illo loquebantur ideo suam
presenciam illis exhibuit. Quia uero de ipso dubi
tabant ideo cognicionis sue speciem ab eis ab
scondit. Et queritur quomodo fieri potuit ut isti
discipuli presentem xpm non cognoscerent. Et dicendum
quia Lucas causam assignat dicens q oculi
eorum tenebantur id est impediebantur ne eum ag
noscerent. Marcus uero assignat causam ex
parte corporis xpi dicens q xpus ostendit se illis in
alia effigie. Unde est utrumque sed oculi discipulorum
impediebantur ne xpm agnoscerent exterius
uel quia enim erant repleti tristicia et dolore
cordis ut eum presentem quem desiderabant non co
gnoscerent aut quia vehemens ymaginacio
mortis tollebat credulitatem vite. Aut est ut
dicit Augustinus temporis oculis eorum opponebat sathanas
caliginem quedam erat fluxum aliorum humoris
circa pupillam impedire volebat dyabolus ne xpm
agnoscerent. Et est etiam huius accipi ex parte
corporis xpi. Quia dicit Marcus q ostensus est eis in
alia effigie. Non ut dicit Severinus licet
post resurrectionem corporis speciem et talem effigiem
non mutauit immutauit tamen gloriam quia
ex mortali factus est immortalis. Unde fieri po
tuit q propter nouam glorificacionem corporis subito
visus est non cognoscebatur sicut quem cognouimus
in infancia non statim cognoscimus senem.
Quid vero post xpi allocucio. Et ait
ad illos. Sic enim intendebant de xpo ser
monibus q non aduertebant cum esset illis
presentem nec ei loquebantur et ideo ipse primitus
eis locutus est ut prouocaret eos ad colloquium.
Qui sunt hii sermones quos confertis ad
inuicem et tristes immo loquimini am
bulantes et estis tristes. Sicut enim quasi tristiciam predixerat
illis xpus Jo xvj. Amen amen dico uobis
quia plorabitis et flebitis uos mundus

erit gaudebit vos non contristabimini sed tristicia
vestra vertetur in gaudium. Quarto tangitur hic tota
visio. Et respondens unus cui nomen Cleophas
dixit ei quasi obiurgando Tu solus pe-
regrinus es in Iherusalem quia cum vultum eius non
cognoscebant eum peregrinum eum putabat qui
forte ad diem festum pasche advenerat de remotis
regionibus. Et recte prout dicit Beda pere-
grinus ille erat. Primo quia patria sua gloria tam
longe distabat a fragilitate nostre corporis. Secundo
quia fidei eorum erat extraneus. Tertio quia sicut
modo de peregrinus erat extraneo quia sua conversatio
non erat cum mortalibus. Psalmus Extraneus factus
sum fratribus meis et peregrinus filiis matris mee.
Et non cognovisti ea que facta sunt in illa pe-
[illegible] his diebus. Et recenter mira-
batur Cleophas quod tante rei magnitudo cum
solum lateret sed ea que facta fuerant erant publica
quia tota civitas fuerat commota et portenta
signa in morte Christi apparuerant. Unde peregrini
consueverunt de inquirendis novitatibus esse
solliciti. Videbatur Cleophas pro inconvenienti
quod ista laterent hunc peregrinum quod hic erat tan-
tus dolor cordibus quod tamen huius doloris causa pa-
tebat omnibus esse nota. Quinto ponitur
visio Christi de hiis que facta erant omnibus ille
dixit quod extraneus illis loquebatur. Quem dixerunt
sunt ista facta in Iherusalem his diebus. Ipse
optime noverat que facta fuerant et tamen volebat ea
ab eis audire ea que facta fuerant licet ea
sciret. Sicut delectatur magister audire loquentem
et filium et magistri disputantem discipulum licet
noverit que dicit. Deinde adducitur visio
discipulorum in qua commendatur laudissime eum
commendant personam Christi secundum parentem ex-
primunt. Tertio de virtute quasi membra
comparando locutus. Commendat igitur
personam Christi ex parte vel dei vel sui vel proximi. Et
dixerunt ei. Tales fuerunt quia tam sue
iustitie manifestaverunt coram [illegible]
Christus cum licet peregrinus videbatur tamen eis
affabilis fuit et conversationis honeste.
Commendant autem Christi nomen dicendo
Ecce igitur quia salvator qui dicant tam
totam iure [illegible]. De Iesu Nazareno. Ecce

commendant patriam Nazareth. floridus vel
sanctus dicitur. Et Christus est ipse qui dicit Cant. ii.
Ego flos campi et lilium convallium. Sic commen-
dant virtutem. Qui fuit vir propheta. Vir virtuosus Luc.
vi. virtus de illo exibat et sanabat omnes.
Sic commendant officium propheta Io. vi. Hic est
vere propheta qui venturus est in mundum. Et tacete
de ut dicit glossa quia prophetam eum dicunt
tacent autem filium dei vel quia non dum perfecte
crediderunt vel quia et si crediderunt timent con-
fiteri nescientes cum quo loquebantur ne fo-
rte traderentur in manus iudeorum. Sic con-
mendat opus potens in opere scilicet sanandis
languoribus eiciendis demonibus sus-
citandis mortuis ceteris que operibus mira-
bilibus que divinam potentiam demonstrabant.
Psalmus potentiam tuam deus usque altissima que
fecisti magnalia deus quis similis
erit tibi. Sic commendant doctrinam. Et ser-
mone potentissimus erat sermo illius
tamen quia sermone omnia que volebat fecit
tamen quia sermoni illius nullus re-
sistere poterat Luce. Stupebant in doc-
trina eius quia in potestate erat sermo illius.
Deinde commendant eum coram deo acce-
ptus scilicet deo in omnibus placens Mt. 3. Hic
est filius meus dilectus in quo michi bene com-
placui. Electus meus complacuit michi
in illo anima mea. Ultimo commendat
eum coram proximo. Et omni populo. i. in pedibus omnibus
acceptus fuit universo populo Luc. 23. Omnis
populus gaudebat in omnibus que gloriose
fiebant ab eo. Attende quia satis apparet
quod isti duo discipuli amabant Christum cum
ita diligenter [illegible] eum commendant
ita ut audientes incitarent ad amorem
Christi sicut ipse erat Christus. Deinde panem
Christi explicant quod illius erat causa et
quis erat per invidiam hec est fera pessima
que devoravit Ioseph Gen. 37. Tradi-
derunt eum gentibus et Pylato. Et sacerdo-
tes qui illum venerari debuerant in quo
designantur sacerdotes et clericos fuisse in
culpa. Et principes nostri temporales dum

Luc. 6
Io. vi
Luc. 4
Mt. 3
Luc.

exprimunt condampnacionem mortis qui erat vite auctor Et genus mortis insinuant Et crucifixerunt eum Sequitur autem tercia [illegible] Nos autem sperabamus eo vivente quasi diceret amodo desperamus ex quo mortuus est Et ipse redempturus esset israel Theophilus sperabant namque christum debere redimere iudeos a servitute romanorum et a malis temporalibus christum quoque credebant sicut terrenum regem hodie et iudei non expectant a messyah redemptorem corporalem et tamen principaliter quedam sit liberari a servitute peccati Et nunc super hec omnia tercia dies est hodie quod hec facta sunt hoc dicunt in merendo quod cum latere non debuerat tamen recens fuit vel secundum theophilum forte recolunt quia tercia die se predixerat resurrecturum Deinde secundo de ipsa visione qui hec stando ad dicunt Et mulieres quedam ex nostris id est de nostro consorcio que christo erant familiares sicut et nos iste fuerunt maria magdalena maria iacobi et salome marci xvi. terruerunt nos vel pro corpore quod crediderunt ablatum vel secundum theophilum de incertitudine rei turbacionis et stuporis causam sumebant. Que ante lucem hora scilicet diluculo fuerunt ad monumentum Io. 20. Una sabbati venit ad monumentum cum adhuc tenebre essent Et non invento corpore Luc. 24. Ingresse non invenerunt corpus domini ihesu venerunt ad discipulos Mt. 28. Exierunt cito de monumento cum timore et gaudio Dicentes se et visionem angelorum vidisse Luc. 24. Et querentes ecce duo viri astiterunt secus eas in veste fulgenti Qui dicunt eis vivit Luc. 24. Quid queritis viventem cum mortuis non est hic surrexit sed Et abierunt quidam ex nostris Io. 20. Exiit petrus et discipulus ille quem diligebat ihesus et venit ad monumentum Et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt scilicet monumentum apertum et vacuum et posita linthea-mina ut dicitur Io. 20. Ipsum vero non invenerunt unde estimaverunt corpus eius ablatum Dixit enim eis maria quod tulerunt dominum de monumento et nescimus ubi eum posuerunt Io. 20. Distinccio

Secundo cum dicitur Et ipse dixit ad eos Hic tangitur qualiter christus dubitantes discipulos instruxit et circa hoc facit tria primo reprehensio incredulitatis eorum Et ipse dixit ad eos O stulti propter cecitatem intellectus et ignoranciam Et potissime stulti erant sperantes temporalem redempcionem cum tamen potius spiritualem debuissent sperare Et erant stulti credentes quod christus non posset salvare ex quo erat crucifixus Unde secundum Theophilum quidam dicebant similia astantibus cruci alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere Et tardi corde per ignoranciam et duriciam mentis ad credendum in omnibus quia non sufficit tamen credere unum sermonem patris nisi eciam sit fides [illegible] omnium Et que locuti sunt prophete Omnia enim que erant de christo prophete predixerunt Osee 12. Ego dicit dominus visionem multiplicavi et in manu prophetarum assimilatus sum Vel multiplicavit prophetas visiones et a principio mundi usque ad christum non desistit deus omnes que erant futura et multiplicate sunt visiones super numerum ita ut tota scriptura sit plena in nominibus et in moribus. Prophetarum assimilatus fuit christus sicut in ymmolacione ysaac ubi patet passio et resurreccio In vendicione et principatu Joseph ubi eadem denunciantur In fuga moysy et domino atque in ceteris figuris veteris legis in quibus christi passio et resurreccio erat assimilata Actuum 3. Deus prenunciavit per os omnium prophetarum pati christum suum et sic implevit Secundo addi- mysterio salutifera Nonne oportuit pati christum q. d. Non putetis quod propter hoc non sit christus quia passus est quia sic oportuit fieri Oportuit autem primo quia sic deo placuit et sic erat diffinitum in consilio trinitatis ab eterno Ysa. 53. Oblatus est quia ipse voluit Et oportuit propter salutem humani generis Io. xi. Expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat Et oportuit quia licet alius modus fuisset possibilis deo venit nullus tamen fuit congruencior nostre miserie ut dicit Augustinus Sed si oportebat christum pati videtur quod non peccavit qui eum occidit Ad hoc dicit ysydorus d.

Quantum pertinet de parte eius erat ex parte in
estimabili caritate ad genus humanum
Qua proprio filio suo non pepercit sed pro nobis
omnibus tradidit eum. Ex parte autem tamen humana ex
parte impia fuit et crudelis quia non ex caritate
sed ex invidia et odio iudei occiderunt Christum
unde non excusantur a culpa. Deus non licet
malignitate usus fuit ad beneficium huma-
ni generis. sicut medicus viperis carnibus
utitur ad antidoti salutiferi confectionem. Et si
dicatur oportebat eum occidi ergo non peccaverunt
occisores domini quod non valet. Licet enim
necesse sit evenire scandala. Ve tamen homi-
ni illi per quem scandala veniunt. Et ita per passionem
et mortem suam intravit in gloriam suam. Ad
attendendum quod gloria Christi triplex est. Una
est verbi dei que est premium essentiale consistens in
aperta visione divinitatis et in fruitione
eiusdem. Et hanc gloriam Christus non meruit per
passionem et mortem quia ab instanti concep-
tionis sue gloriosus fuit et anima eius
vidit divinam essentiam sed tamen hanc gloriam
non merito sue passionis acquisivit. Secunda
gloria est verbi corporis que consistit in dotibus
anime et corporis. Dotes autem anime sunt
ut anima non possit separari a deo pati malo
in tempore et futuro. et tamen hoc ut claritate
divina illuminetur caritate inflammetur
et securitate firmetur. Cuius at dotes istas
per excellentiam habuit merito sue passionis quia
anima eius separabatur sed perfecta fuit in eterno
gaudio. Item timebat Christus sed post mor-
tem habuit securitatem. Unde per mortem anima eius
meruit impassibilitatem gloriam et corporis
meruit que est impassibilitas claritas agili-
tas et subtilitas. Tertia gloria est verbi hominis
quia per passionem suam meruit glorificari
ab omni homine. Unde apostolus ad Philippenses ii. Christus
factus est pro nobis obediens usque ad mortem
et in gloria dei patris. Deinde scripturas ex-
plicat. Et incipiens a Moyse a quo scriptura
incepit et omnibus prophetis subsequentibus in-
terpretabat id est exponebat in omnibus scrip-
turis que de ipso erant. Psalmista dominus narra-
bit in scripturis populorum. Prima Moyses dixit
Deut. 18. prophetam de gente tua et de fratribus
tuis suscitabit nobis dominus ipsum sicut
me audietis. Item ps. 21. dicit foderunt ma-
nus meas et pedes. Item Ysa. 53. Sicut ovis ad
occisionem ducetur. Item Jere. xi. Ego quasi
agnus mansuetus qui portatur ad victimam.
Item in trenis x. Et prius omnibus vero dominus occisus
est in peccatis nostris. Item Eze. 23. Ecce principes
pos israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad
effundendum sanguinem. Danie. ix. post
ebdomadas lxii. occidetur Christus et non erit
eius populus qui eum negaturus est. Item Zacha.
ix. Tu quoque in sanguine testamenti tui edu-
xisti vinctos de lacu in quo non erat aqua.
Tales omnes scripturas exponebat Christus
discurrens per singulos prophetas. Et ista locutio
Christi erat delectabilis discipulis non tamen
adhuc cognoscebant Christum in verbis aud-
ientes eum cum sic loquente statim debuisset
dicere hic est Christus. Sed sicut tenebantur oculi corpo-
ra ita et auris impediebantur ne eum ag-
noscerent. Tertio commendatur familiaritas
Christi ad discipulos in quarto modo. Et appropinqua-
verunt castello quo ibant. Ipso fuit eis
tedium in via de tanta dulcedine ser-
monis Christi ideo forte visum eis est nimis
cito venisse. Et ipse finxit se longius
ire. at si debet ire ad locum magis di-
stantem. Sed cum fictio videatur esse quedam
duplicitas in verbo aut in facto quod non est
sine mendacio dubium est quomodo Christus qui summa
veritas est ad finxit facto quod tamen sit non erat.
Et dicendum secundum Aug. quod non omnis fictio est
mendacium sed tunc est mendacium quando illud
quod fingimus nichil significat. Cum non fictio
in aliquam rem refertur non est mendacium
sed figura veritatis. sicut sunt verba veritatis
sapientum et sanctorum dicunt tamen in figuris in
quibus non est veritas in eo quod sonat sed in eo
cuius gratia assumitur. Solebat igitur Christus longius
ire sed finxit se. ut secundum Greg. significaret
quod longe erat et peregrinus a fide eorum. Et co-
egerunt eum pariter et qui tenuerunt dicentes
Mane nobiscum domine quoniam advesperascit id est
incipit fieri nox et inclinata est iam dies
ad occasum. Ex quo colligit ut dicit Greg. co

Et ipse finxit se etc. [illegible] non omne quod fingimus mendacium est sed quando id fingimus quod nichil significat tunc est mendacium [illegible] ad aliquam significationem non est mendacium [illegible] Aug. [illegible] sed figura veritatis aliquid [illegible] [illegible] in tribus dictis

colligitur quod peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt sed cogendi. Rogemus et nos et salvatorem nostrum ut in istis festis paschalibus atque aliis permaneat nobiscum. Et factum est dum recumberet cum illis. Considerandum quod cum reputarent peregrinum et pauperem, non seorsum sed secum posuit cum ad mensam. Matthei 26: Pauperes semper habetis vobiscum. Accepit panem. Hoc ipsius erat Christi recumbentis accipere panem et dispensare, qualis socius qua non fuit inexorabilis. Fregit et dispensavit discipulis. Et benedixit, aliqua verba benedictionis protulit ac fregit. Dicitur frequenter licet absque cultello, quod ita frangebat Christus panem sola manu, hac si cultello incidisset. Et porrigebat illis tamquam dispensator et maior in mensa.

Distinctio 3

Tertio cum dicitur Et aperti sunt oculi eorum, tangitur quomodo Christus cognitus fuit a recumbentibus discipulis. Ubi circa hoc primo enim tangitur manifesta dei cognitio: Et aperti sunt oculi eorum. Sed numquid, ut dicit Augustinus, clausis oculis ambulaverant? Sed in eis erat eis aliquod impedimentum ne eum agnoscerent, quod usque in hanc horam permissum est vel sathanas eorum non sensibiles oculi sed oculi mentis aperti sunt et cognoverunt eum. Non cognovit aspectu nec auditu, sed cognoverunt eum in fractione panis. Fortasse propter hoc quia mos erat Christi discumbentibus quod illi videntes eum tunc fecisse rememorati memorati sunt moris eius et scintilla ardens excitavit cor eorum, quam intuentes vultum eius cognoverunt eum esse Christum ubi duo consideranda sunt. Primo secundum Augustinum: hic commendatur nunc opera et opere hospitalitatis officium, quia in hoc dicens qui per preceptis non potuit Christum cognoscere, per opera iam ipsum suscepit et cognoscit. Exemplum de beato Gregorio qui in forma naufragii Christum suscepit hospitio, de quo cantatur: Felix que Christo patuit et quina de celis venit. Secundo secundum Theophilum: magnam et ineffabilem virtutem habere cibus Christi quia sumentibus corpus Christi ipsius aperiuntur oculi mentis ut eum agnoscant. Et ipse evanuit, id est disparuit ex oculis eorum statim ut eum cognoverunt eis disparuit. Secundo

quoniam quando domino cognitus statim se occultavit. Debuisset enim consolari per sua presentia amicos suos qui eum amabant et desiderabant. Et dominus quod disparuit eis propter tres causas. Primo secundum Theophilum ut enim magis accenderet in amore. Secundo ideo dicit ne sua presentia esset illis causa erroris putantibus quod tale corpus haberet quale prius. Tertio per glosam: subtrahitur carnalibus oculis species infinitatis ut mentibus aperire incipiat gloria resurrectionis. Secundo ponitur mutua discipulorum lamentatio. Obstupuerunt enim et quasi attoniti remanserunt Christo disparente. Et dixerunt ad invicem lamentando, quia tam diu eum desideraverunt et tamen cum eum cognoverunt disparuit: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. Et ipsos reprehendebant et tamen lamentando dicebant: Sic aspectum eius non cognovimus, tamen verba ipsius non advertimus, que cum non apprehendimus et retinuimus quod desideravimus cum totum cor nostrum ardet in eius amore et videbatur nobis quod ipse esset dum loquebatur in via sic amicabiliter, sic affabiliter, sic dulciter, sic subtiliter. Et aperiret nobis scripturas. Erat exponendo. Duabus autem ex causis ardebant corde Christo loquente. Primo ratione ipsius divini sermonis de quo Gregorius dicit: Ex auditu sermone Christi inardescit animus, corporis frigus recedit, sic mens in superno desiderio anxia audire libet precepta celestia et quasi mandatis instruitur quasi tot facibus inflammatur. Secundo ad verba Christi ardebant ut dicit Theophilus, quia eo disserente scripturas percellebantur intrinsecus cor eorum quod ille qui disserebat dominus esset. Verba enim Christi intrabant per aures usque ad cor eorum. Et inveniebant quod ipse qui loquebatur Christus esset et ardebant desiderio nec tamen audebant interrogare et tangere eum. Tertio ponitur predicatio resurrectionis Christi. Et surgentes eadem hora non fuit illis cura manducandi nec hora tarda eos retinuit nec via longa nec et causa propter quam venerant in castellum sed statim regressi sunt in Ierusalem suspirando vel gaudebant loquentes de Christo. Et invenerunt fratres ad invicem dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret scripturas. Et inde

[illegible]

nerunt congregatos xi apostolos et illos forte cum
illis erant ergo mirum dominum dicentes cum
gaudio et leticia Quia surrexit dominus vere.
28 Data est michi omnis potestas in celo et in terra.
Hic non false ut dicunt iudei nec fantastice
ut fingunt manichei sed vere vivificatum cum anima
corpus id est que separata fuerat in morte et a
genere sparsa mente reassumpta. Et apparuit
Symoni quem magis diligebat. p. Dominus intelligit
apparuisse petro et hoc propter duo ut dicit Crisostomus.
Primo quia ipse petrus confessus est eum cum
xpm id est primo vidit eum resurgentem. Secundo
quia petrus eum negaverat ideo prius sibi ap
paruit consolans eum de tercia apparicione facta
petro ... dicit quando fuit et dixit
quod sibi dominus apparuerit quando audivit a mulieribus
xpm resurrexisse et cucurrit ad monumentum
ut dicit Luce. Postquam autem xpi resurreccionem predica
tibus cum gaudio et ipsi discipuli qui venerant
de emaus narrabant per ordinem que gesta erant
in via. Luce. Et ipsis loquentibus de hiis omnibus
que acciderant xpc appropinquavit interrogans
causam tristicie eorum et quia dure illis referentibus
stulticiam et tarditatem eorum cordis reprehendit
atque scripturas exposuit et quod appropinquantibus
castello ipse se finxerat longius ire et ipsi
eum coegerunt secum manere et quomodo panem ac
cepit fregit et illis porrexit et quomodo cognoverunt
eum in fraccione panis. Ex qua relacione factum
est apostolis gaudium magnum facto testimonio
concordi partibus ... gaudium et

Stetit ihesus in medio **Feria tercia dist. p.**
discipulorum suorum et dixit eis pax vobis. Luc.
24. Hoc idem Lc. Jo. 20. Referentibus istis
duobus discipulis qui venerant de emaus
quomodo xpm cognovissent in fraccione panis
aliis et dicentibus quia surrexit dominus vere et
apparuit symoni ut apparet in isto quod ibi predica
batur. Ecce quia eis loquentibus ipse ihesus stetit
in medio eorum et fecit ea de quibus agitur in presenti
clausa in quo tamen tangitur xpo. Primo enim
gloriosi corporis sui presenciam exhibuit discipulis
de se loquentibus. Secundo novo refeccionis testimonium
adhibuit eis dubitantibus ibi et dixit eis quid
turbati estis et ... Tercio sacre scripture in
telligenciam aperuit eisdem ignorantibus
ibi tunc aperuit illis etc. Circa primum tamen facit
premittit primo eundem salvatoris presenciam
Stetit ihesus in medio discipulorum suorum. Visibiliter
cito magis affectu discipulorum ad visionem xpi venit
desideratus cunctis gentibus et convenientibus corporibus
constantibus revelavit. Mt. 18. Ubi duo vel tres
congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio
eorum. Notandum quod stat in medio discipulorum convenit xpo propter
eminenciam suam que est super omnes. ps. x. Stetit
saul in medio populi et altior fuit universo populo
ab humero et sursum. Sunt autem plurima illa propter
que stat in medio xpus. Primo namque stetit
in medio discipulorum sicut vivificator. Cor namque quo
cor est in medio corporis quia a xpo vita procedit.
Gen. ij. Produxit deus de humo id est de terra virgine
lignum vite id est xpm in medio paradisi. Secundo stetit
in medio sicut illuminator sicut solem in medio
celorum ut superiora illuminet et inferiora. Jo
sue x. Stetit sol in medio celi ut illuminet
omnem hominem venientem in hunc mundum. Tercio
stetit in medio velud gubernator et rector
imperii sicut rex circumstante exercitu. Eccl. x.
In medio fratrum illorum rector in honore. Item
stetit in medio velud iudicator sicut iudex
medius inter utrasque partes discernit. ps. Deus
stetit in synagoga deorum in medio autem deos
diiudicat. Quinto stetit in medio velud mediator
pacem ad usque deum et homines ut concordiam
faceret. prima Tim. ij. Mediator unus est dei et
hominum homo xpus ihesus qui dedit redemp
cionem semetipsum pro omnibus. Sexto stetit in
medio velud salvator a demonibus inimicis
humano generi. ps. l. Venerat dominus in medio
nostri et salvet nos de manu inimicorum
nostrorum. ps. Deus autem rex noster ante secula op
eratus est salutem in medio terre. Septimo stetit in
medio velud sanctificator quia solus sanc
tificat nos virtutibus. Eze. 37. Ego dominus sanc
tificator israel cum fuerit sanctificacio mea in medio
eorum in perpetuum. Octavo stetit in medio eorum velud
letificator et consolator merencium. Ys. 12. Ex
ulta et lauda habitacio syon quia magnus
in medio tui. Nono stetit in medio velud glorifica
tor ipse enim est gloria et beatitudo nostra. Zacha
ij. Ego ero ait dominus in gloria eorum. Decimo

[illegible]

tangitur qua amicabiliter xpistus fuit discipulos allocutus primo namque salutauit eos et quia erant exposita tribulacionibus et persecucionibus mundi atque iudeorum ideo salutando optauit eis pacem et commendando dixit eis Pax vobis pacem vobis annuncio et pacem vobis opto sicut erat proprium pax dei ad homines Et ideo ipse resurgens et cum triumpho de bello regrediens pacem annunciauit Ephes. ij. Evangelizauit pacem hiis qui longe et pacem hiis qui iuxta ipse vero simul venit cum lancea et oliua Lancea propter triumphum Oliua propter pacem ys. 52. Quam pulchri sunt super montes pedes annunciantis et predicantis pacem &c. Nota quod quadruplex est pax scilicet hominis ad deum hanc pacem peccatores non habent ysa. 48. Non est pax impiis dicit dominus Et ut dicit ps. pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum Altera pax est mundi scilicet hominis ad hominem de qua dicit apostolus Ro. 12. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus pacem habentes hanc pacem omnes desiderant quia ex ipsa multiplicantur bona temporalia et tranquillitas habetur vite Et tamen quidam ista pace mundi bene utuntur illi scilicet qui utuntur et vacant studiis et exercicio virtutum atque bonis moribus Quidam non ista pace temporali abutuntur vacantes comessacionibus vanis et impudicitatibus isti sunt digni pacem habere de quibus dicit ps. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns quia non est respectus morti eorum et firmamentum in plaga eorum In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur Ideo tenuit eos superbia operti sunt iniquitate et impietate sua Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum cordis Cogitauerunt et locuti sunt nequiciam iniquitatem in excelso locuti sunt Posuerunt in celum os suum et lingua eorum transiuit in terra Et ecce ergo in istis malis inueniuntur peccatores velud porci propter temporalem pacem qua abutuntur Unde merito propter peccata mundi ista pax ex quo ex toto declarata ablata est undique dissensionibus et bellis insurgentibus Apoc. vi. Cum aperuisset sigillum secundum exiuit equus rufus et qui sedebat super eum datum est ei ut sumeret pacem de terra et ut inuicem se interficiant homines et datus est illi gladius magnus Tercia est pax hominis ad seipsum et ista non potest haberi in presenti vita perfecte quia continua pugna est inter carnem et spiritum Non tamen est pax si sed viri subiciant carnem spiritui quia caro semper recalcitrat et spiritum infestat Sicut in peccatoribus est qui spiritum carni subiciunt non est pax quia spiritus dominatur et conatur carnem subicere Unde Ie. 12. Non est pax uniuerse carni Et ista pax fiet in fine quando caro sine ulla contradictione spiritui subiacebit Quarta pax est hominis ad dyabolum quia aliqui ita subiecti sunt dyabolo quod absque ulla contradictione obtemperant eius uoluntati Luc. xi. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que possidet Igitur saluator annuncians et optans pacem discipulis non mandauit eis pacem dyaboli quia continua pugna fuit apostolis contra ipsius conatibus liberare mundum ab infidelitate et dyabolo repugnante Dan. Cornu illud habebat oculos vij. et os loquens grandia quod erat maius ceteris et faciebat bellum aduersus sanctos Set mandauit xpistus ut quantum possimus pacifici simus et nobis ipsis complacentes in infestacionibus contra spiritum ps. Loquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad cor Set non annunciauit xpistus apostolis pacem mundi ideo predixit eis quod multas pressuras deberent sustinere a mundo Jo. 16. Multas pressuras in mundo habebitis sed confidite quia ego vici mundum Optauit et xpistus discipulis ut in ipso xpisto pacem haberent Jo. 14. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis non quo mundus dat ego do vobis Et Jo. 16. Hec locutus sum vobis ut in me solo pacem habeatis Ideo est secunda et vera pax de qua dicit apostolus Phil. 4. Pax dei que exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligencias vestras Salutacione atque salutacione premissa dicit sic xpistus Ego sum q. d. Pax vobis sit aduentu meo quia ego sum pax vestra Eph. ij. Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum

No° q hoc nomē ego sum q^{it} xpc singla-
rit· primo ratione diuinitatis cui proprium est esse
Job ix· ipse enim solus est Exo· 3· Ego sum qui
sum dices sic filiis Israel qui est misit me ad
uos Secundo sibi ratione eternitatis ps Tu autem
idem ipse es et anni tui non deficient Tertio ratione
perpetuitatis· quia ipse est principium et finis totius
creature Apoc· 21· Ego sum alpha et o principium et finis
Quarto ratione excellentis dominii ys· 42· Ego dominus
hoc est nomen meum· quia ipse singularis Deus
fuit Apoc· 22· Ego sum radix et genus David stel-
la splendida et matutina Quinto ratione salu-
tacionis quia ipse solus saluator ysa· 43·
Ego sum dominus et non est absque me saluator Sexto
ratione uere uirtutis ps Ego dormiui et soporatus
cepi et exsurrexi Jo· xi· Ego sum resurrectio et uita
Septimo ratione eiusdem trinitatis dixit Ego sum
· q· d· sic putetis q sim alius qui nunc re-
surrexi ab eo qui pependit in cruce sed ego
idem sum ys· 42· Ego dominus et ab initio ego
ipse Et mal· 3· Ego sum dominus et non mutor
Decimum ut amicum xpi expellit timorem quia
timor non est in caritate sed perfecta caritas foras
mittit timorem prima Jo· 4· Unde sibi dicit Nolite
timere ad presentiam meam ps Non timebo mala
quoniam tu mecum es. Nota q discipuli mortuo xpo
in magno timore erant propter iudeos quos
metuebant Et dominus confortauit eos in suo ad-
uentu ut exteri non timerent eos Deutero-
nomio· non timebitis eos quia dominus deus tuus
in medio tui est Primo enim confortauit eos ut
non timerent eorum multitudinem ps Non
timebo milia populi circumdantis me Secundo ut
non timerent eorum sapientiam quia ut dicitur
prima Cor· prima· Sapientia huius mundi stulticia est
apud deum Luc· 21· Ego dabo uobis os et
sapientiam cui non poterunt resistere omnes aduer-
sarii uestri Tertio ut non timerent eorum potentiam ta-
lis enim potentia est fragilis quia carnis
est ps Non timebo quid faciat mihi homo
Ezechiel 2· Vultus eorum ne formides quia
domus exasperans est Quarto ut non timerent eorum
fortitudinem quia ut dicitur prima Cor· prima· In-
firma mundi elegit deus ut confundat fortia
Hebr· xi· fortes facti sunt in bello Quinto ut non

timerent eorum furorem et turbacionem ps Deus noster
refugium et uirtus adiutor in tribulacionibus
que inuenerunt nos nimis propterea non time-
bimus dum turbabitur terra Sexto ut non timerent
eorum edicta unde cum preceptum esset apostolis ne am-
plius loquerentur in nomine xpi contempserunt pre-
cepta talia Act· 5· Obedire oportet deo magis
quam hominibus Septimo ut non timerent eorum diui-
cias et gloriam ps Ne timueris cum diues factus
fuerit homo et cum multiplicata fuerit gloria do-
mus eius Octauo ut non timerent uerba Job· 4·
non timebimus calumniam cum uenerit Nono ut
non timerent quascumque persecutiones Luc· 21·
Cum uideritis prelia et sediciones nolite ter-
reri Decimo ut tandem ipsam mortem non
timerent Mt· x· Nolite timere eos qui occidunt
corpus animam autem non possunt occidere Et ne
aut timidus sit adiungit sed potius ipsum
timete qui potest animam et corpus perdere
in gehennam Ecc· xii· Et unus non timebit te
o rex gentium Tercio ponitur eiusdem discipulorum
conturbati uero et conterriti estimabant se
spiritum uidere Ex hac apparicione passi sunt defectum
s· incompassibilem turbacionem Secundo defectum intra-
sabilem s· errorem uel terrorem Tertio defectum ir-
racionabilem s· falsam estimacionem sicut ut dicit
Beda licet discipuli scirent xpm fuisse uerum
carnem ante passionem tamen ex quo mortuus
erat non putabant ueram carnem posse re-
surgere de sepulcro tercia die Unde credebant
se uidere illum spiritum quem xpus in patibulo emiserat
Et queritur quomodo uerum sit quod discipuli turbati fu-
erunt et conterriti cum Jo· dicit quod gauisi
sunt discipuli uiso domino Et dicendum quod primo turbati
fuerunt et territi ex improuisa et subita apparicione
ut dicit Luc· Et postquam ostendit eis manus
et latus et manifestauit se esse xpm tunc
gauisi sunt discipuli ut dicit Jo· Et queritur unde
potuerint estimare discipuli se uidere spiritum
sicut tunc ipsi loquebantur ad inuicem quod xpus
uere resurrexerat et apparuerat Symoni atque
duobus discipulis euntibus in Emaus Et
dicendum secundum Ambrosium quod non omnes discipuli istam esti-
macionem habuerunt sed credibile est quod petrus
et Jo· atque discipuli qui uenerant de Emaus

hoc crediderunt sed quia corpus multo plus vel hic estimauit ideo si non maioris partis paucorum opinionem includit. In dicto sermone ambos quod potuit esse ut licet petrus et alii discipuli scirent xpm resurrexisse quia tamen clauso cenaculo ingressus est ad eos subito ex hoc non crediderunt esse corpus xpi sed apparere spm. eius

Distinctio secunda

Dist° 2a

Secunda. cum dicitur. Et dixit eis etc. ostenditur quomodo xpus suo testimonio veram sui corporis veritatem probauit. et primo declarat reprehendendo estimacionem eorum. Et dixit eis quid turbati estis et cogitaciones [marked: ad primam meam cogitaciones] falsas et erroneas ascendunt in corda vestra quia creditis me esse spm nam secundum bedam

Beda

Cogitaciones bone descendunt ad eos in corda nostra sicut bonum semen desuper iactum mentis Jac. p°. omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum cogitaciones vero false non iaciuntur desuper nec descendunt in eos. sed a corde ascendunt veluti male herbe Mat. 14. De corde procedunt cogitaciones male que coinquinant hominem. Et quia cogitacio discipulorum non erat a deo desuper sed ascendit de affectu terreno ideo ista cogitacio dicitur ascendere in corda eorum vel secundum Cirillum quod cuiusmodi reprehensione habemus quod iste qui reprehendebat ipse erat quem videbant in ligno mortuum et positum in sepulcro quod non latebat aliquid eorum que erant in homine. Ps. Dominus scit cogitaciones hominum quoniam vane sunt.

cyrillus

po

ca p'i sr'°

Deinde ea signa sue veritatis adiungit quibus cognosci potest scilicet visus tactus et auditus. Videte manus meas et pedes clauis confixos in cruce Ps. foderunt manus meas et pedes meos. Zacha. 12. Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum. Et dicet. hiis plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. i. qui me debuissent diligere. Quia ego ipse sum qui pependi in cruce et iam in sepulcro et non alius in mundo. Et hoc demonstrat sibi tactus palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Et ideo nolite estimare quod hic sit spiritus meus sine corpore vel tamen porcio

2a Dist°

Beda

3a Dist°

ista verba que loquebatur xpus et per ea que secuntur manifestauit se auditu eorum et in voce et sermonibus quod intelligerent eum esse xpm Job. 33. Audi hec mortalem audi quod dicitur auscultate voce eloquii mei talibus enim verbis assuescebat aures virorum et erudiens eos instruebat disciplina sua aures verba probabat ut ibidem dicitur. Deinde sequitur. Et cum hec dixisset ostendit eis manus et pedes ut viderent et palparent quoniam tenuis visi visibus cicatricibus vulnerum cognoscerent quia ipse est qui pependit in cruce et palpando carnem et ossa paterent quia non erat spiritus sed verum corpus habebat. Circa. si corpus xpi habebat dotem claritatis. quare non in eadem claritate ipsum non viderunt. Et dicendum secundum aug. 22. de ciuitate dei. est in potestate gloriosi corporis est videri in claritate uel non videri. Et quia non discipuli false estimabant xpm esse spm voluit xpus tollere omnem occasionem erroris apparens inqualiter qui posset considerari quod ipse esset et non alius. Unde in carne mortali claritatem virtutis ostendit cum transfiguratus est ut ostenderet quod ad illam claritatem deberet resurgendo pertingere. Ex resurgendo amoreuis ipsam claritatem non demonstrauit ne putaretur esse alius ab eo qui mortuus fuerat. Et quare quare xpus cum resurrexit non sanauit vulnera sed voluit ea remanere in carne sua. Et dicendum secundum Bedam quod hoc non fuit ex impotencia xpi potuit enim sanare vulnera quia maiora fecit sed tamen ipse victor mortis per mortem signa mortis delere noluit propter .v. causas primo ut per eam fidem resurrectionis discipulos instrueret. Secundo ut eum supplicans pro humano genere semper ipsa vulnera ostendat deo patri. Tercio ut ostendat hiis qui saluantur quam misericorditer eos per ipsa vulnera redemerit. Quarto ut ostendat quod iuste impii dampnentur. Et quare quomodo corpus xpi potuit esse palpabile cum sic esset subtile ut clauso cenaculo ingressum fuit ad discipulos. Et dicendum secundum Greg. 20. mor. quod in corpore glorioso simul sunt corpulencia que sunt ad veritatem humane nature

et subtilitatis perfectam potentiae spiritualis quae
ut dicit Ambrosius pertinet ad corpoream qua-
litatem resurrectionis. Nec ista duo scilicet corpulen-
tia et subtilitatis repugnant quia non sunt
eiusdem generis sed una pertinet ad naturam alia
ad gloriam. Propter primum corpus Christi fuit pal-
pabile, propter secundum potuit sine divisione clausa
penetrare. Item quaeritur quomodo Christus potuit loqui
in assumpto corpore formando verba in aere. Dicitur
enim locutio non est per instrumenta vitae. Sed
Christus formavit vocem et verba per naturalia instrumenta
quae sunt guttur lingua palatus dentes
et labia. Et quod dicitur nihil loquitur naturaliter
nisi respirans, Christi autem locutio vera fuit
quia habebat naturalia instrumenta quae non habent an-
geli, sed Christus non respirabat quia aer re-
spiratus ad duo deservit. Primo ad refrigera-
tionem caloris naturalis [illegible] aliter enim ani-
mal suffocaretur. Secundo deservit ad formationem
vocis cum per arteriam pulsationis et
percussa ipsa vox dividitur et articulatur diversis de-
pressa naturalia instrumenta. Christus autem spiravit
aerem non ratione primi ut scilicet temperaret calorem
intrinsecum cordis sed attraxit aerem ratione
secundi ut naturaliter scilicet loqueretur discipulis. De-
inde tangitur 4. signum suae resurrectionis manifesta-
vit se per sensum gustus quia comedit coram
discipulis. Adhuc autem illis non credentibus
et mirantibus non credebant propter (?) sed mirabantur
prae gaudio Io. 16. Adhuc videbo vos et gau-
debit cor vestrum. Dixit: Habetis hic aliquid
pro nobis ingreditur ihesus secundum ordinem melchi-
sedech. pontifex factus de regali vero dicitur
Malach. p°. Rex magnus ego sum dicit dominus
exercituum et nomen meum horribile in gentibus
Preter autem has potestates est in ipso tercia potestas
distributionis quia sacerdocium et regnum cui vult
potest distribuere ascendens in celum utramque potestatem
reliquit ecclesie unde   xxij. d. Ca. omnis
dicitur quasi solus xpus fundavit ecclesiam Sed quia
qui beato petro eterne vite clavigero terreni
simul et celestis regni contulit potestatem. Sed quia
nemo militans deo implicat se negociis
secularibus ideo ex dispensatione factum est ut
solius potestatis spiritualis auctoritatem habeat sed ex-
ecutionem temporalis potestatis regibus et imp-
eratoribus committat secundum quod dicit Hu. li. 2.
Est igitur in ipso sacerdotalis et regalis potestas
et tercia incerta et excellens est in ipso. Primo quod
quia potestas xpi est primarie institutionis
constituit enim quos vult sacerdotes et dignitates
ordinat apocalipsis p°. Fecit nos regnum et sacer-
dotes deo patri. Ephe. 4. Ipse dedit quosdam
apostolos quosdam autem prophetas alios vero evangelistas
alios autem pastores et doctores. Ipse distribuit
regna. Dan. ij. Ipse transfert regna atque
constituit. conditores iuris decretum. Primo principes in

Data est mihi omnis potestas [illegible] potestas et [illegible] at [illegible]
[illegible] potestas [illegible] potestas [illegible] potestas [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] /

2 imperant et potestates decernunt iustitiam. Secundo ex
cellit dominatione potestas enim xpi eterna et regalis
est quidem Dan. 7. potestas eius potestas eterna que
non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur
Et est sacerdotalis Zach. 6. Iesus eo quod manet
in eternum semper habet sacerdotium. Tertio ex
3 cellit auctoritate ipse enim est principalis rex et sacer
dos alii tamquam ministri Sap. 6. audite
reges quoniam data est a domino potestas vobis et
virtus ab altissimo et ministri estis regni eius
De sacerdotibus non dicitur 1. Cor. 4. Sic nos ex
istimet homo ut ministros xpi et dispensato
res misteriorum dei. Quarto excellit effi
4 cacitatem licet reges possint occidere non
possunt tamen vivificare Sed de xpo dicitur Sap. 16.
tu es domine qui vite et mortis habes potestatem.
deducis ad portas mortis et reducis. Similiter
sacerdotes licet sacramenta adhibeant ad vivifica
tionem anime solus tamen xpus gratiam infundit
que est vita anime et liberat a morte peccati
Mt. 9. Sciatis quia filius hominis habet potesta
tem in terra dimittendi peccata. Quinto excellit
5 iudicio quia finale iudicium omnium potestatum
tam regum quam sacerdotum ad eum devolvetur a quo
nulla est appellatio Io. 5. potestatem dedit ei
iudicium facere quia filius hominis est. Sexto
6 excellit retributione pene premia enim regum
et sacerdotum temporalia sunt sed ipse premiis vnius
cuiusque secundum potestatem aut penam aut gloriam
eternam dare de potestate eterne vite atque pene
ut habetur Luc. 12. timete autem eum qui post
quam occiderit habet potestatem mittere in gehennam
ignis De potestate vero vite eterne habetur Io. 17.
Dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod
dedisti ei det eis vitam eternam. Secundo autem
sibi tradite potestatis sibi apostolos mittit
tamquam vicarios Euntes ergo tamquam
ministri regis regum docete omnes gentes
doctrina premittitur sacramento quia eterne sa
cramenta non dantur incredulis sed quia tamen
cathecismus precedit baptismum nam ut dicit
Ieronimus fieri non potest ut corpus baptismi re
cipiat sacramentum nisi ante anima fidei sus
ceperit veritatem Unum sacramentum subsequitur baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti
Cum septem sint eterne sacramenta ceteris ob
missis solum precipit baptismum est enim ianua
sacramentorum ut dicit Dyonisius in ecclesiastica ierarchia

[illegible] eos quod est quam neglectus qui non sciunt
docere quod est quam ignorantes quod docere nesciunt et
officium assumunt ob fastus quod est quam pro acceptis
qui tamen ad aliquos vadunt

et hoc propter tria Primum quia solum per baptismum ab dia
bolo vincimur Secundum quia est protestator fidei per quem est
accessus primus ad deum. Tertium est quia per solum
baptismum absque aliis potest esse salus Et attende
quod baptizare idem est quod lavare Et quia proprius
usus lavandi est in aqua ideo sola aqua est
materia istius sacramenti Et cum ad precipitur
alicui ille qui precipit suum preceptum significat
in secunda quarta libri sententiarum d. 3. Et ideo licet xpc dixit baptiza
tes eos qui tamen baptizant debent dicere Ego
baptizo te non tamen contra dicitur Baptizetur
servus xpi Stephanus in nomine et non in nominibus quia
quorum est una divinitas eorum debet esse unum in
vocatio patris et filii et spiritus sancti Sed quid ut dicit
Dydimus unum de predictis nominibus dimit
teret quamvis cetera xpo legislatori aliquis perfec
tione baptizaret. Item licet corpus lava
ret exterius animam tamen interius non lavaret
et non mundaret Sed tamen non esset sacramentum.
Tertio addit mandatum de observancia in
iunctorum nove legis Cum enim in xpo est
potestas sacerdotalis ideo mandavit sacramentum bap
tismi. Sed quia non habet regalem potestatem ideo regum
eterna mandat in regno suo suam legem ob
servari Docentes eos servare non tamen de tantum
aut verbo sed etiam opere quia ut dicit Rabanus (Rabanus)
Sicut corpus sine spiritu mortuum est
ita fides sine operibus mortua est Omnia
Mt. Iota unum aut unus apex non
preteribit a lege donec omnia fiant Omnia que
mandavi vobis et hec fuerunt precepta
divina quorum si in summa contemptum
in dilectione dei et proximi distinctio tertia

Tertio ut dicitur Et ecce ego vobiscum sum. Per
mittit discipulis presentiam xpi Secunda (Nota 3)
enim officium magnum impositum erat apostolis
ut omnes contemptibiles per totum mundum
discurrerent novam fidem crucifixi annunci
arent sacramenta conferre instituta manda
ta nove legis docere Quia omnia ista im
plere difficultatem erat et difficile maxime
quia sciebant xpm ascensurum celos
Quia enim officium magnum impositum erat
apostolis quia dixerat Io. 14. Sine me nichil
potestis facere eo igitur absente impossibile
erat officium perficere iniunctum ideo ipse permittit
eis quod licet sit celos ascensurus

q tamen semper cum eis erit. Vnde dicit Et ecce ego
uobiscum sum. quidem secundum rationem humanitatis ut dicit
Beda qua ingressus homo assumptus est in celum
et sedet ad dexteram dei. sed inquantum deus licet sic
quod ita homo maneat cum fidelibus sub sa
cramentis esse sui corporis et sanguinis Vobiscum
sum Non solum cum apostolis sed cum omnibus qui per
eos credunt in me. omnibus diebus sic ut nec
vno die aut momento temporis vel inquiat ecclesia
fidelium Vsque ad consummacionem seculi Beda fini
tum inquit pro infinito posuit quam qui in presenti
seculo manet cum electis eos protegendo ipse post
finem seculi sine fine cum eis manebit eos re
munerando Nota quod christus est status ecclesie scilicet
incipiencium proficiencium perfectorum et cum omnibus
istis xpus usque ad consummacionem seculi est
Et primo quidem cum incipientibus ut profi
ciant cum proficientibus ut perficiant sed cum
perfectis ut eterna uite recipiant et hos
status ita tangit apostolus ij. thy. 4. Bonum
certamen certaui cursum consumaui fidem seruaui
de reliquo reposita est mihi corona iusticie
quam reddet mihi dominus in illa die iustus
iudex Ad incipientes pertinet penitere timere
contemplari et tribulari in omnibus istis
xpus cum eis est ut eos confortet Eze. 3. Abij
amarus in indignacione spiritus mei. hec est
amaritudo penitencie et indignacione ad se
ipsum. et subdit manus domini erat mecum
confortans me. Item temptantur incipien
tes concupiscenciis preteritis cum quibus tamen
xpus est ut eas mitiget Ysa. 43. Cum transi
eris per aquas tecum ero et flumina non ope
rient te cum transieris in igne non combu
reris et flamma non ardebit te. Item
tribulantur inter adversitatibus et terroribus
cum quibus tamen xpus est ut eos eripiat
Ps. Cum ipso sum in tribulacione eripiam eum
Ad proficientes pertinet laborare pugnare
instanter et perseverare in omnibus istis
xpus cum eis est. Et primo est cum laborantibus
in solacium Sap. 9. Mitte illam de celis
sanctis tuis ut mecum sit et mecum laboret
Item adest pugnantibus in adiutorium.
Deut. 20 Si exieris ad bellum contra ho
stes non timebis eos quia dominus tecum
Iere. 20. Dominus est mecum tanquam bellator
fortis ideo qui persequuntur me cadent

Ysa. 43

Item adest bene operantibus in consorcium. Re. [illegible]
Omne quod est in corde tuo vade et fac quia dominus
tecum est. Item adest predicantibus in ministerium Ys.
xli. Ne timeas quia ego tecum sum ne decli
nes quia ego deus tuus. Ad perfectos pertinet
ut peregrinos se reputent in hoc mundo et quantum
deum orantes et meditantes. Item xpus non solum est cum
peregrinantibus ut in patriam celestem eos perdu
cat Genes. 26. Peregrinare in terra ista et ego ero
tecum et benedicam tibi. Item ipse est cum orantibus
cum ut eos suscipiat Ps. Dominus virtutum
nobiscum est susceptor noster deus iacob. Item
cum orantibus ut eos exaudiat Ps. Prope est
dominus omnibus invocantibus eum. Item est cum
meditantibus et contemplantibus ut erudiat
Prov. 8. Ego sapiencia habito in consilio et eruditis
intersum cogitacionibus. Sic igitur xpus in presenti
seculo cum fidelibus quos tandem secum re
ducit ad celestem patriam. **Sabbato dist. 1ma**

Una sabbati maria magdalene venit
mane cum adhuc tenebre essent ad
monumentum Io. 20. Hoc idem a[?] ordine legitur
Luc. 24. Nemo unquam homines nasci in ista
[illegible] mortalem quia sic consuetum est resurgere
nec aliquis a mortuis iam est miraculum et in
credibilis quia in usitatum est quia tamen
contra [illegible] [illegible] dubitatum fuit a qui
busdam credentibus nullo modo corpus mortuum posse
resurgere sicut thomas dubitabat non estima
tibus corpus illud esse fantasticum ut dicitur
in luca aliis credentibus corpus ipsum furto
esse sublatum de qua estimacione agitur in presenti ewangelio
quod in tres partes dividitur premittitur namque primo re
[illegible] Secunda corporis invencio [illegible]
addicitur [illegible] loci et monumenti ibi
Exiuit ergo petrus et cetera Tercio subiungit
estimacionem obuiam domino resurgenti ibi Tunc
ergo introiuit et cetera In prima parte tria facit Primo
enim premittitur mulieris matutinus adventus
Vna sabbati i. prima die sabbati et hic est dies
dominicus qui apud iudeos prima sabbati dicitur
Totam enim septimanam sabbatum appellant.
prima sabbati et hic est dies dominicus secundum non
diem appellant secunda sabbati et sic deinceps usque
ad septimum diem que simpliciter sabbatum vocatur
aut sabbatum sabbatorum Prima igitur sabbati hoc
est die dominico maria magdalena secundum

q dicat Luc. no solu maria magdalena
sz et alie mulieres que secute fuerant dnm a
galilea cu ea venit ad monumtu eam tn
sola notat Jo. ewa qua cetis erat dile
ctione feruencior ita q alie si no venissent
ipa tn sola venisset ad monumtu venit
vngere et tangere atq osculari corpus mo
rtuu eius cuius viuente toto corde
dilexerat mane Luc. dicit valde dilucu
lo et eandem hora signt qua valde tep
estiue venit cu adhuc tenebre esent mr
dicat orto ia sole sz no repugnat ut dt
aug9 qr ia orto sole intelligit cu ab o
rientis ptibus aliq lucis vestigiu ori
entis solis incipit apparere in celo qua
nichilomi9 adhuc in terra tenebre sunt ad
monumtu monumtu e sepulcra mortuoz
et dicit monumtu eo q moneat mentes tns
euntiu cogitare de morte et memoria mor
tuoz hic de monumtu hec mente huiq m
ulieris manebat que desiderio accensa
videndi dnm mortuu sic valde di
luculo venit ad monumentu cu adhuc
tenebre esent no timens in nocte vide
mortuu no osiderans qua indecens
e mlr ad loca solitaria noctibus am
bulare no pauens milites et custodie
tes sepulcra no abhorrens fetore cada
uerum quibus oibus contemptis no exspectauit
diem pamoris magnitudine sz adhuc nocte
venit ad monumtu vn mito huic mltr di
missa sunt pecca multa qua dilexit multu
= vidit porro lapidis reuolucio na ut dicat
mr venient maria magd. loqbat.
cotie intra se q. uis reuoluet nobis lapi
dem ab hostio monumti erat enim magnus
valde Et vidit lapidem reuolutu a mo
numto monumtu appellat domunculam illa
in qua erat locus dnici corporis ad cuius ho
stiu lapis fuerat positus ne cuiq pateret ac
cedere sepulcro dm sed locus interior do
minici corporis no lo fuisse clausus no
no reuoluit lapidem ut resurgenti dno
pberet exitu qua xpus sepulcro clauso
et signaculis intactis resurrexerat
sz eo lapide reuoluat ut vacuu sepul
cru ondet i signu r'ne xpi tercio po
rei inveniente renunciacio sz ad intendu q

beatus Jo. obmittit discipulis renunciacionem.
consideravit enim beatus Jo. istius mulieris
affcom quomodo ut vidit reuolutu lapidem
statim credidit corpus esse sublatu et ni
mio dolore cordis sauciata statim no
luit tunc ad discipulos nisi visio et allocucio
angelica pcedisset et tam vehemens fuit
ymaginacio ablati corporis q verbu ange
loz no attendit et eis fidem no adhib
uit eo visio et ymaginacio et allocucio eoz
magis dedit fiu ei suspicionem forte et no
credidit ee angelum vn dicat Currit ergo
mentis anxietas faciebat eam ad discipulos
tunc ut cito subueniret et cito currens Et
venit ad symonem petrum notandum enim
angelus singulariter petrum d. Dicite
discipulis eius et petro qsi tn hec soli na
rrauit quia soli ad monumtu currerent
quando ut dicat gg. precteris amarant
sed tamen duo inter alios secuti sunt dnm
cu esset eductus usq in atriu pncipis sac
dotu reliquis fugientibus Dicit porro
quid dixit aplis Et dixit eis Tulerunt
dnm aliqui codices hnt hic Tulerunt
dnm meu q vr deinde maioris caris
affcu et obsequium seruitutis vel ut dicat aug9
yncodicibus latinis no inueni meum
vn vr superfluum et inserciuj qua plati
lo dat intelligere qua erat cu aliis
mulieribus Ubi posuerunt eum hoc aut
eis retulit ut dicat glosa ut accele
rarent venire ad monumtu et eu secu
querent aut secu dolerent vn qua vn
ipa mlr credat credit corpus dm esse
ablatu cu angelus ei dixisset eu re
surrexisse facile q supioribus visio pr
et una suspicio vehemens pulata coris
preuenit rca visione et allocucione an
gelicam vn ex vehementi ... no ad
uertat angeloz verba Dut dica pt q
vis amoris ea totu esse se rapuerat
a grandi pcula fiat time qui fit
iuxta illud ouidij. o n e go timui

Secundo cu distinccio secunda *dist 2*

Dicitur Exijt ergo petrus et porro
quito feruore discipuli pcurauit locum
dnici corporis et tn fuit. primo porro
eoz solicitudo Exijt ergo petrus do...
et venit ad mon... Et ille alius discipulus

puterat spectabus senioris timentis adquiren
dum dominum Luc. solum petrum nominat venisse racione
magnitudinis fervoris Et venit ad monumentum
non inperuit se illis discipulis alii timen
tes custodes istos non magis amantes non
retexit amor sed frustra timebat custo
dum militum presentiam ut dicit mag. Quidam mili
tum timore perterriti fugientes venerunt in
civitatem narrantes resurrexisse dominum et
se vidisse angelum lapidem monumenti revo
luente vel dicatur an cognito affectu veniebant
petrus et Joh. quod sequitur Currebant autem
duo simul licet neo virorum cum eis currit
mariam magdal. relictis ceteris fuerat
post eos currit quod sollicitudinem et videndi si
gnificat desiderium et licet tenebris cum
curebat ad dominum y. ps. 22. Tu lucerna mea
domine illuminabis tenebras meas mea cum
accitus post istos apostolos omnes gentes
cucurrerunt ad xpm cuius prius noticia non habue
rat ysa. 44. Gentes que te non noverunt ad
te current propter dominum deum tuum et sanctum israel quia
glorificavit te post eos concurrant et ceteri
Jero. Paula et eustochium ut vide sepulcrum
domini gloriosum ys. Erit sepulcrum eius
gloriosum Sed prior cucurrit alius discipulus ex
pedicior ipsius non tamen expedicior affectus quia
licet pervenit monumentum tamen non est ingressus
an petrus Et ille alius discipulus scilicet Jo.
precucurrit citius petro forte innuit per viam
compendii aut quia iuvenis citius cucurrit
petrus senior cucurrit prior ad monumentum
non tamen prius intravit sed expectavit petrum et
cum se inclinasset erat enim Joh. cognoscere ex.
domuncula in qua erat loculus dominici
corporis cuius hostium sic erat submissum ut
oportet intus aspiciente inclinari vidit
posita lyntheamina quibus involutum
fuerat corpus dominicum non intravit forte
timebat solus ingredi monumentum et tenebras
Venit ergo posterior per adventus venit ergo
symon petrus sequens eum et tamquam
fervidus non desistit citius sed intravit et
vinrsa aspexit et intravit in monumentum id est
ad domum in qua erat sepultus dominus deum
posterior qualiter erant ordinata lyntheamina
quibus involutum fuerat corpus domini Et
vidit lyntheamina posita surgens

xpc a mortuis excussit lintheamina quibus
involutum erat corpus domini ut ostendet quod carnis
mortalitatem resurgendo deposuerat Et su
darium quod fuerat super caput eius sed sudario
laborantes utuntur gratia sudoris vel inter fragi
litatem et debilitatem carnis signat Cristus autem
resurgens a mortuis non amplius laborat
sicut contingit sibi antiqua patebat quando fatiga
tus ex itinere sedit super fontem. Et ideo sudarium
deposito signat quod accidentia carnis infirmitatem depo
suerat qualitatem autem positum erat subiungit et non
cum lintheaminibus positum sed separatum involutum
in unum locum Ideo quod non simul cum beatis Joh.
ita seriatim scripsit ordinem istorum lintheaminum et
sudarium hec omnia rei sunt signa
ut nemo possit dicere corpus domini est ablatum
ut quod credebat discipuli scilicet corpus esse furto
ablatum hoc iudei mendaciter apostolis imposu
erat quia ut dicit mag. Custodes monumenti
visis angelis cucurrerunt ad principes sacerdotum
narrantes cuncta que acciderant Illi non
consilio habito copiosam pecuniam militibus
tradiderunt ut dicerent quod eis dormientibus
discipuli furati sunt corpus eius Et ita
factum est ut sicut primo emerunt mortem
xpi mediante pecunia ita mendacium furti
ad celanda virtutem eius pecunia comparavit
sed hoc furtum aput quosdam iudeos vel
quosdam probabile fuit quoniam usque hodie iam se
credunt contigisse Set tamen in veritatibus nullo
modo est persuasibile Et ultimis vero virtutibus
signa apparent persuasibile enim non est propter tria
Primo ex quia discipuli erant homines pa
uperes et ydyote non audentes opere verum cum
adhuc vivente xpo sic timuerunt ut
omnes abeo fugerent multo amplius timu
issent accedere monumentum propter militum multitu
dinem. IIo lapis magnus erat ad hostium
monumenti qui removeri non potuisset quin
suo motu dormientes excitasset Item
si voluissent furari corpus hoc fecissent
prima nocte sepulture quando nullus adhuc
erat custos IIIo ut ostendit Remigius fatale
passe quando esse falsos testes Si enim dor
miebat custodes quomodo viderunt qui venit

fures si autem non viderunt testes esse non potuerunt ¶ 2° ergo que dicitur nupcieri eius ostendunt corpus non esse sublatum furto = primo quidem expo liatores sepulcrorum consueuerunt furari vestimenta et linthiamina obmisso cadauere ¶ Sicut non modicus fuerat esse relictus vestimentis cadauera asportare ¶ Item si alius noluisset asportare corpus non appareret tamen quare linthiamina reliquisset ¶ Item nimis est si tantam habuissent commoditatem furandi ut expoliarent corpus cui fortiter inherebant linthiamina conglutinata vngentis mirre et aloe ¶ Item nemo fuisset tam insensatus ut circa rem superfluam tantam adhibeat diligenciam qualis erat linthiamina complicare et inuoluere sudarium in colloquire ex quibus omnibus apparet mendacium furti nichilus esse coloris et manifesta xpi viri predicatur = Sed queritur si xpus reliquit linthiamina in sepulcro quibus vestimentis utebatur exterius ad tegendum corpus ¶ Ista questio superflua est. quia xpus vestimentis corporalibus non indiguit Quorum enim vestimentis tribus de causis. ¶ Contra aeris temperiem frigoris et estus quorum et ad tegenda nuditatem ne erubescamus ¶ Et quorum eis adornatur ¶ Non autem indiguit corpus xpi indumentis racione primi cum impassibile nec racione secundi quia erubescencia peruenit ex peccato quod primi parentes antequam peccauerunt erant ambo nudi nec erubescebant sicut nunc infantes non erubescunt de nuditate ¶ Cum peccauerunt statim erubuerunt et consuerunt folia ficus ad tegumentum ¶ Cristus igitur qui fuit tamquam agnus innocens nichil habuit unde erubesceret unde propter hoc vestimentis non indiguit ¶ Nec racione tercij quia magis ornauit corpus xpi claritas gloriosa quam quicumque habitus. ¶ Vestimenta igitur xpi et omnium electorum resurgencium sunt inmortalitas agilitas et subtilitas et claritas perpetuo ¶ Annotatas habuit sicut vestimento Credendum tamen est quod xpus apparens discipulis adhuc mortalibus in forma et habitu consueto eis visus fuit ut eum cognoscerent

Distinctio tercia

3a

Tercio cum dicitur Luce 24 tangitur estimacio obuians veritati resurrectionis ¶ Judei namque audientes a custodibus suspicati sunt resurrexisse xpum sed tamen obstinata malicia noluerunt in eum credere et furti mendacio conati sunt resurrectionem palliare ¶ Discipuli vero non inuenientes corpus crediderunt illud quod iudei crediderunt corpus scilicet domini furtiue esse sublatum unde subditur quod post petrum introiuit et ille discipulus qui venerat prius ad monumentum et vidit corpus domini non esse et quamuis erant posita linthiamina et sudarium et credidit mulieri dicenti corpus domini esse ablatum ¶ Et licet posita linthiaminum et sudarij satis ostenderent neminem corpus sustulisse non tamen hoc considerabat euangelista sed tamen admirabatur quare fur ea reliquisset Sed et ex hijs signis ascendebat mens eius xpum non resurrexisse quia non erant sufficiencia signa nisi fideli et scripturas intelligenti unde subditur ¶ Nondum enim sciebat scripturas Sed postea xpus aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas Luce 24. quod plenissime factum est in die penthecostes in missione spiritus sancti qui docuit eos omnem veritatem ¶ Et tanta intelligencia data fuit huic discipulo ut non solum resurrectionem sed verbum aperte previum intelligeret quia oportebat eum a mortuis resurgere licet enim ut dicit Augustinus xpus apertissime sua passionem et resurrectionem pluries predixerit consuetudine tamen audiendi ab illo parabolas cum non intelligebant = Secundo quod dicit quod oportuit xpum resurgere secundum scripturas = primo propter dignitatem sue sanctificacionis Neque enim dignum erat ut sanctus sanctorum mortuus maneret Actus 2. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo dicit enim Dauid. Non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corrupcionem ¶ Item oportuit propter obicem potencie Neque enim conueniens erat illum ut mortuus maneret quia sua morte inimicum Philippenses 2. propter quod deus exaltauit illum gloriose exaltauit et resurrectione ¶ Item oportuit propter eius vniuersalem dominacionem Romanos 14. In hoc xpus resurrexit ut viuorum et mortuorum dominetur ¶ Item oportuit propter eius predicacionem ¶ Si enim non resurrexisset nullus presumpsisset predicare de eo qui crucifixus fuerat Luce 24. Oportebat pati xpum et resurgere a mortuis die tercia.

carnis

et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem pec-
catorum in omnes gentes ¶ Est oportuit propter nostram
iustificationem. Ro. iiij. Mortuus est propter de-
licta nostra et resurrexit propter iustificationem
nostram ¶ Est oportuit propter fidei confirmationem. Si enim
non resurrexisset fides fuisset adnichilata.
Nemo enim credidisset eum esse filium dei set filium
virginis aut quendam hominis redemptorem.
Unde cum inde dubitaverunt discipuli euntes in
emaus. Nos sperabamus quia ipse esset redemp-
turus israel et dicitur primo Cor. 15. Si xpistus non
resurrexit vana est fides nostra ¶ Est oportuit
propter spem elevationem. Si enim ipse qui est
caput nostrum non resurrexisset nemo spera-
ret se resurrecturum. primo Pe. primo. Regeneravit
nos in spem vivam per resurrectionem. Si enim non resur-
rexisset gloriam quidem ut visionis po-
tuissent habere fideles in eterno patris eius
set gloriam corporis resurgentis nunquam
habuissent quare resurgere xpi oportebat esse tam
in terminis et propter hoc dicit Ap. primo Cor.
15. Xpistus resurrexit a mortuis ut sit
primicie dormiencium quoniam quidem per hominem
mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in
anima omnes moriuntur ita et in xpo omnes
vivificabuntur. Ad quam vitam ille qui resur-
rexit nos perducat immortalis deus qui
est benedictus in secula seculorum. Amen.

Dominica in octava pasche

Cum sero factum esset die illo una sabbatorum
et fores essent clause ubi erant discipuli
congregati et cetera. Jo. 20. Prima pars huius ewangelii habe-
tur Luc. 24. Mirum enim est in quo tamen conveniunt
homines sicut in natura [illegible] nec est tamen ad-
de quo unus alteri invidat sicut dessi-
milis quisque enim ut dicit Ap. nisus superhu-
mandat [illegible] quia gloriosus ap.
thomas tamen adhesit xpo sequi ut de xpi re-
surrectione dubitavit et discipulis refe-
rentibus noluit credere nisi metipse xpi
membra palpaparet, cuius voluntati xpus
condescendit et se palpandum prebuit, ut eos
ab illo dubietate removeret. De hoc agitur
in presenti ewangelio quod in tres partes dividitur. In quarum
prima agitur de una xpi apparicione ad proban-
dum resurrectionis veritatem. In secunda ibi subiun-
gitur altera apparicio ad tollendam discipuli
dubietatem ibi Et post dies octo et cetera. In tercia
autem describitur multitudo signorum xpi ad eorum
firmacionem, dans fidei firmitatem ibi Multa
quidem et cetera. In prima parte circa primam xpi ap-
paricionem vi tanguntur. Quorum primum est quam
mira fuit ista apparicio quia ianuis cla-
usis ad discipulos est ingressus unde dicit Cum esset
sero. In mulieribus quidem mane apparuit, discipulis
vero de sero illa hora in qua omnes simul erant
ut esset manifestum quod omnibus videbat-
ur eos confortaret in ea hora qua magis
timebant. Die illo i. resurrectionis una sabbatorum
i. prima sabbati i. que fuit dies dominica. Noluit
xpistus quod dies ipsa sue resurrectionis transiret quin
apostolis se demonstraret propter hoc scilicet quia iam
in ipsa die fuit cum apostolis colloquium unde
ipsam diem preterire non permisit quin eis appareret.
Et fores essent clause. Clause erant fores
propter duo tamen quia iam erat hora tarda. Tum etiam
quia timebant iudeos ne apostolis foribus
eos caperent. Ubi erant discipuli congregati cum
unde sed non minus xpistus desiderabat se illis
ondere. Et erant discipuli congregati in monte syon
in cenaculo illo ubi xpus ante passionem cenam
fecerat cum discipulis suis. Tres autem sunt cause
quare congregabantur. Prima quia propter memoriam
xpi adhuc conveniebant ad locum ubi cum ipso
in ultima cena manducaverant. Altera
quia discipuli vivente xpo semper erant sibi
consociati unde amore societatis antique ad-
huc congregabantur in unum. Tercia quia me-
tuebant iudeos et ideo propter securitatem congregabantur.
Prov. 18. Frater qui iuvatur a fratre quasi civitas firma.
Propter metum iudeorum. Duo sunt propter que timebant
iudeos. Unum quia fuerant discipuli eius quem
persecuti fuerant. Jo. 15. Si me persecuti sunt
et vos persequentur. Tum etiam quia imponebatur eis
quod essent furati corpus xpi de sepulcro. Venit
ihesus et tamen erant fores clause ut ondat per
theophilum quod eodem modo resurrexit adia-
cente lapide super monumentum. Et attende ut
dicit Luc. Et tunc venit ihesus ad discipulos
quando illi duo discipuli quibus xpus ap-
paruerat euntibus in emaus regressi in
ierusalem annunciabant apostolis congregatis quod

quo viderant dominum et cum fractione panis co-
gnoverunt. Cum vero ex altera parte alii dicerent quod
surrexit dominus vere et apparuit Symoni. Et unum
undecim unum quod quia decem. venit Ihesus et stetit
in medio discipulorum suorum. In medio quidem
stetit quia ipse est medium in quo divina et huma-
na natura unite sunt duo scilicet extrema maxime
distancia per quod ipse est mediator dei et hominum homo
Christus Ihesus. Et non ut dicit Salustius quia
in mediis locus est dignior et debetur honorabili-
oribus [illegible] quod Christus stetit in medio discipulorum sicut
sol inter sydera ut eos illuminaret sicut flos inter
folia ut eos decoraret sicut princeps inter
duces ut eos roboraret sicut pater inter
filios ut eos gaudere faceret sicut cor inter mem-
bra ut eos vivificaret sicut [illegible] [illegible]
ut omnibus se equaret unum cum plures sumus
aliquos diligentes se supervenientes cum statuimus
in medio ut singuli eius possimus frui presencia.

Sequitur hic glosa: quo per virtutem corpus domi-
nicum verum corpus fuit quod clausis ianuis ad
apostolos intravit. Si enim verum erat corpus, dimensiones
habebat et corpulenciam. Hoc autem tale aliud
corpus penetrare non potest nisi illud dividendo. Quare
videtur quod aut corpus Christi non erat verum corpus
aut si erat quod ianuis clausis ingredi non
potuit. Item palpatio omnis hoc idem proba-
tur. Enim palpatur nisi palpanti resistat.
Unde quia aer non resistit ideo impalpabilis
est. Cum vero inter duo est resistencia unum
non subintrat alterum nisi divisione ipsius.
Cum igitur corpus Christi esset palpabile videtur
quod ianuis clausis ingredi non potuit. Et
secundum quod [illegible] primum argumentum aliqui heretici
dixerunt quod corpus Christi post resurrectionem verum corpus
non fuit sed fantasticum. unde ad discipulos ianuis
clausis ingredi potuit. Sed ex eo quod Christus cla-
usis ianuis subito apparuit non est putandum
quod fantasticum corpus fuerit cum enim de corpore
suo facere potuit quod voluit. Ante enim passi-
onem suam tamen illud clarificavit in transfi-
guratione ut splendorem solis excederet
et post resurrectionem ad quantum voluit potuit subtili-
tatem redigere. Sicut igitur clarificatum
fuit illud corpus superveniente quidem

gloria et manente natura ita subtilitatem
assumpsit in suo corpore ut ianuis clausis
intraret veritate permanente. Non igitur Christus de-
deposuit quantam corpulenciam et magnitudinem
atque dimensiones corporis ut clausis ianuis
transiret sed omnibus istis permanentibus virtute
subtilitatis gloriose que non repugnat
nec ianuis clausis intravit. Sed diceres unum
in quid videtur quod virtute assumpte subtilitatis
gloriose intrare potuit ianuis clausis.
Sed cum mane dicatur vitalis nec corporalis
videtur quod illa impedire debuit subtilitatis
actum. Ad hoc videtur Augustinus in sermone pass-
ionis dicens: Christus ambulavit super mare
et tamen corpus eius ponderosum erat sed hoc ideo
quia virtute divinitatis impediebatur actus
ponderositatis ne descensum haberet. Ita proposito
virtus subtilitatis corporis Christi non de-
struxit quidem naturam corporis eius sed quando vo-
luit subtraxit actum resistendi. Propter
secundum argumentum primo [illegible] dixit Euticius
ut recitat Gregorius 20 moralium quod corpus Christi
gloriosum verum quidem fuit sed impalpabile
et ventis aereque subtilius. Contra quod est quod
Christus resurgens palpabilem se exhibuit
discipulis dicens: Palpate et videte quia spiritus
carnem et ossa non habet. Secundum Gregorium quod corpus ipsum
subtile quidem fuit per effectum spiritualis potentie
palpabile autem per veritatem nature. In ipso igitur
corpore Christi duo erant scilicet palpabilitas cor-
pulencie et subtilitas glorie. Et quando voluit
usus est una sine altera. Nam ingrediens
ianuis clausis usus est subtilitate sine
actu palpabilitatis ipsa tamen palpabilitate
manente. Cum vero palpandum se exhibuit
usus est actu palpabilitatis et corpulencie
sine actu subtilitatis ipsa tamen subtilitate
existente. Sed diceres quomodo potest hoc fieri. Audi
quod dicit Augustinus in sermone paschali:
In comprehendendis igitur modum [illegible] non est in [illegible]
ubi deficit ratio ibi est fidei edificatio. Et
eodem modo dicit Gregorius: Divinum igitur operacionem
si ratione comprehenditur non est admirabilis
nec fides habet meritum cui humana ratio.

pbet expimetu tñsiuit iõ corpus xpi dum
ad discipulos ianuis clausis / quadm radius
solis tñsit vitrum clausum / et quadm corporis
ymago tñsit absque eius diuisione / item
quadm spa tñsit absque eius diuisione
q etiam corpus sine diuisione / ita corpus
xpi gloriosum / non quidem spuale pro sub
tractone nē sz spuale p assumpcom glo-
matiale corpus absque diuisione pot-
tuit ptñsire / quia omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra ¶ Secdo tangitur quod ista
apparicio dni fuit grata quia pacem annuncia-
uit que est summum bonum ¶ Et dixit eis pax vobis
glo. quem in pace dedit vno vbo omnia annu-
ciauit et cophendit / vn cat aplis ictiva
pax quia cant expositi periculis iudeoꝝ
¶ Nota quod loquendo de pace vn virtuosa et honesta
ipa e excellentissimum bonum qd pz ex iiij or
¶ Primo quidem quia pax e bonum cum quo
omnia bona adueniunt homini siue sint
bona anime ut virtus et sciam inquies-
cendo enim anima fit prudens et sciens siue
sint exteriora bona ut honores · amici
et diuicie / Iob 22 · Habeto pacem et p hanc
habebis fructum optimum non solum hec cata
possidentur in pace sz et ampl' · ¶ deus
rector huius qui pacem tenet / ii cor. 13 pacem
habete et deus erit nobiscum ¶ Et hoc hortatus
psalmista dicens Quis est homo qui vult vitam
diligit dies videre bonos et post tanta sub-
dit inquire pacem et psequere eam ¶ Secundo ipa
pax continet omnia bona et tm bonum e
quod et homo incidat in aliquam fortunam
medio4 · ducit vitam delectabilem itaqui
hñt p tate pacem magis est si pauper sit
contentus est de hiis quod hñt p sicationes
infirmitates et etiam extra et comino ipam
mortem equanimiter tollat ¶ Ysai 3 · Esti-
mata e afflicto exitus illoꝝ illi autem
sunt in pace vn ys 28 · Ecce in pace a-
maritudo mea amarissima ¶ Tercio
pax e bonum quod nunc e bonum / Sine pace n'
omnia bona hominis sunt in periculo per-
dicionis quod tm si ad tempus maneant
non sunt homini bona ¶ Itas enim diui-
ciis homo fit plenus quia magnis sb-

leuatis honoribus quod multis vallatus dictis
sine pace nc pficiunt · Treñ 3 · Repulsa est a
pace anima mea et oblitus sum bonorum ¶ Q
pax e bonum pomina diffusum · omnia sustinens
itam ut dicit quidam doctor · grauis deitas ·
ipa et na dei in vnitate pacis subsistit exinde
uo tñsmitti angelos et diuinas ptates ut
ad dm et ad se in vnitatem pacis habeant et supremis
aut spiritibus diffunditur pax in totam naturam
infiocin et tota pulcritudo vniuersi in pace
consistit ipa denique pax e in nobis scdm aiam
et corpus Secdm animam quidem p inuestiga-
cionem virtutum et conuine delectabili ad alios
¶ Scdm aut corpus in conmesuratione membrorum
ut e pulcritudo et conmesuratione elementorum
ubi sanitas consistit ¶ Quarto pax e bonum
omnibus optatum Hest. 13 · Optaui cunctis
mortalibus pace fruantur ¶ Et quidem bonum
tm e desiderabile ut et finis gñni s. bellum
et pugna gloriosa pacem intendat / non enim
pugnat homines ut semper in pugna sint /
sz ut deuictis inimicis tranquilla et gloriosa
pace fruantur vn Aug' ad bonifacium / bellum
mq' dz esse necitatis / ut liberet deus a necte
a necessitate et pseruet in pace / non enim pax
queritur ut bellum exerceatur sz bellum geritur ut pax
acquiratur ¶ Esto ergo pugnando pacificus
ut eos quos expugnas ad pacis vtilitatem
vincendo pducas ¶ Ex quo pz quod bellare
alii licitum est et iustum quando vz · illi debellantur
qui pacis bonum impediunt et pturbant / multo
enim melius e talibus vinci · quam in sua
puitate manere vn aug' in sermone de
puero centurionis ¶ Qui licencia iniquitatis
eripitur vtiliter vincitur · qm nihil e infelicius
felicitate peccancium ¶ Et nota quod hoc pacis
bonum deus non tribuit quibuscumque quia non
dat illud malis hominibus / ysa · 48 non est
pax impiis dicit dominus ¶ Et si alii vide-
antur frui pace mundana illa non est pax
vera / Ie · viij · Dicentes pax pax cum non
esset pax confusi sunt ¶ Qui e si alii supe-
minentibus aduersitatibus vel dam pacem
querunt non tm inueniunt · quia non exarde-

quit Ezechie .a. angustia superueniente re
quiret pacem et non erit et dicetur tales querunt ue-
ram pacem et non inuenient eternam set dampnacionem p[er]
Ter. 4. Cum dixerint pax et securitas repentinus
eis superueniet interitus sicut dolor in utero
habentis et non effugient. hoc bonum permittitur
non consequuntur mali sed boni tamen unde dicit Christus
Pax vobis. non quibuscumque set vobis. Luc.
2. Et in terra pax hominibus bone voluntatis
Tercio ostenditur quo ista apparicio fuit certa. Et
cum hoc dixisset ostendit eis manus et latus
in quibus erant vestigia vulnerum clauorum
et lancee. Queritur quare Christus resurgens
a mortuis vulnera sua penitus reseruauit
dicendum quod quinque? raciones sunt tacte. Prima ad probandam
suam virtutem ... quod vulnera sua ostende
bat manifestabat quod idem resurrexerat
qui in cruce pependerat. Luc. 24. videte
manus meas et pedes meos quia ego
ipse sum. Secunda causa est ad commendandam eius di
leccionem. Sicut quis cum domicellus esset vulnera
tus amore sue dilecte si uellet sanari
ut cycatrix aliqua vulneris appareret in signum
amoris ~~Apoc. p°~~ dilexit nos et lauit nos
a peccatis nostris in sanguine suo. Tercia causa est
ad ostendendam nostram redempcionem quia illa
vulnera fuerunt nostre redempcionis precium. Ysa.
53. vulneratus est propter iniquitates nostras attritus
est propter scelera nostra. Quarta causa est propter nostram
edificacionem. Si in corpore Christi est glorioso
manebant vulnera penitus et nos eadem vul-
nera continue in mente portemus. Phy. 4.
hoc enim sentite in vobis quod in Christo Ihesu. Et Gal.
vi. michi absit gloriari nisi in cruce domi-
ni nostri Ihesu Christi. Unde cantatur in ympno passionis
... in memoria penas et obprobria Christi
coronam spineam crucem clauos et lanceam et plagas
sacratissimas omni laude dignissimas a
... mortis amaritudinem.
Sexta causa est quinta est propter nostri recordacionem. Sicut
quando enim Christus non obliuiscatur pro quibus fuit
sic crucifixus plagatus unde tamquam signum memo
ratiuum easdem plagas in suo corpore ser-
uauit ut eas intuendo nostri recordaretur.

Ysa. 49. Ego tui non obliuiscar et subdit causam
Ecce in manibus meis descripsi te .i. in manibus
meis est descripcio tua que descripcio sunt pla
ge crucifixi. Sexta causa est propter dei patris reconci
liacionem. Sicut deus pater irascatur homi-
ni sic filius ostendit vulnera sua que suscepit pro ei
... ipsum hominem genus per quos sic est placa
tus et patrem nobis reconciliat. Heb. a.
Saluare per semetipsum potest accedens ad deum
ad interpellandum pro nobis. Et .p. Ioh. Aduo
catum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum
et ipse est propiciacio pro peccatis nostris. Unde dicit Ber-
nardus. Securum habes o homo accessum ad deum ubi
mater ostendit filio ubera et pectus filius patri
demonstrat latus et vulnera. nichil igitur dubium est
ubi sunt tot dileccionis signa. Septima
causa est ad impiorum confusionem. Ita ut dicit
Aug. In iudicio ipsa vulnera peccatoribus dicent.
Ecce homo quem crucifixistis videtis vulnera que
infixistis agnoscatis latus quod pupungi
stis quoniam per vos et propter vos apertum est nec intrare
voluistis. Octaua causa est propter electorum exulta
cionem. Sicut ut dicit Beda magnum gaudium
erit sanctis videre vulnera in carne Christi fulgida
per que victor triumphauit de morte et salua
uit electos. Et attende ut dicit Aug. quod
in corpore martirum apparebunt cycatrices vulne-
rum que pro Christi nomine sunt passi. Si tamen eis
aliqua membra ablata fuerint non erunt si-
ne illis membris set cycatrices in membris reddi
tis apparebunt. Nec ista vulnera erunt aliquid
deformitatis uel indecencie set erunt dignitatis et
pulcritudinis sicut stella in celo sicut
lapis preciosus in anulo sicut flos in stipite
et sicut rubeus color in rosa. Quarto ponitur
quo ista apparicio fuit leta. Gauisi sunt ergo
.i. repleti gaudio discipuli viso domino. Jo. 16.
Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum et
gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et
non quod visio Christi replet animam gaudio. Primo qui
dem quia est vere pulcritudinis. pulcre Ps. spe
ciosus forma pre filiis hominum. Secundo quia est
vere care et amicabilis. Sicut enim gaudemus

vide amicu p9 longa pegrinacom magis
tu cu gaudenter. videmus liberatu qui la-
guore vm no e mir9 si eo viso gavisi sut
discipuli qr visio xpi vel est gloriose et
utilis. Libri. eni videmus eu qui nob est glo-
sus tutalis Hester. iiij. Valde admirabilis dne
facies tua plena grar9 . Et dubiu e quo
discipuli gavisi fuerit viso dno cu lucas
dicat eos qturbatos fuisse et exteritos estian-
tes se spm vide . ff q discipuli ul nolle q'
fuit alia appco ab illa qua recitat luc.
sz sustinendo q eadem fuit. Dom est dis
cipulos fuisse exteritos Dom illo lo q te
xpo et alius ondente gavisi sut . Tercio
pom q xpus mandavit discipulis et
mandato pacis dom p mitti Dixit g
eis iterum Pax vobis glosa iteratio pacis
e...tis y firmacio Dant eni deus pace s
pacem quia pior pax e hic et in futuro.
ys. 26. Servabit pace pacem servabis
quia inter sperauimus. Festa q die rime
apparens xpus discipulis bis eis amiciali
pacem in ingressu s. ad eos et tanquam con
eis manducaret ita post sedam pacis de
nunciacom ipe manducavit cora eis
favum mellis et partem piscis assi ut dicit
Luc. Et hinc e q pontifex qui gerit vice
xpi in sollempnitate missarum in principio
salutat plim . d . Pax vob . Et simili. an
assumpcom eukaristie Dom pace anu-
ciata inpomt eis offm Sicut misit
me pater . i . ad ea que misit me pater
et ego mitto vos ut illa p me impleat
Et no q pr misit filiu ut via salutis
evangelizaret ysa . 60 . Evangelizare pa
uperibus misit me . qt misit eu ut pro
redempcone nra morte subiret . Quia
no iam xpus suu officiu apie imposui
impleuat et mortuus resurrexat no
erat quiescens ut ultius cu mortalibus
vitu ageret s ascensurus erat ideo et io
aptos misit sicut missus fuerat . Misit
quide eos evangelizare mt . 10 . Euntes
pdicate . e . Et cetera . Item misit

eos ut p veritate sustinenda morti se expo-
neret mt . x . Ecce ego mitto vos sicut oves
inter lupos . Tradent eni vos in conciliis et
in synagogis suis flagellabunt vos et . Quarto pt
hoc impleri offm sine gra spus sci ideo se
collato dum amoris qui spus scus e hec cu
dixisset insufflavit et dixit eis Accipite spm
scm Secundu q dicit Aug9 xij . de trinitate iste
flatus corporeus xpi fuit spa sci spus
sz congruu sue missionis signu qr ad tale
ut idem dicat quia in hoc ensu fuit spus
scm no tm apie sz e asilio p cedere Secundo
quia ista donaco spus sci ordinabatur ad dilec
tione pximi fundat et hoc q primo hoi infuit
deus inspiravit spiraculu vite . Tercio quia
flatus no e nisi viventis insufflando eni
ondit xpus esse vivere et ipa spus sci vivifice
cuiq virtus omnia vivificat Eze . 37 . Veni
spus et insufla sup mortuos istos et revivis cat
Quarto q scdm ss ex spus scus bis datus fuit
aptis primo in terra hic videlicet primus de qo
nunc agitur et de celo in die pent . Duo eni sut
caritatis pcepta dei sz dileco pximi In terra
igr dat spus scus ut diligatur pximus . In
celo aut dat ut diligatur deus . Vel p3 dici q
minstri ecce ad duo ordinantur . Quorum unu e
ut plebem pficiant scdm intellectum tollendo
ignoranciam salutarem doctrina anunciando
Aliud e ut eos pficiant scdm affectum purgan-
do eos a culpa et grie plenitudinem inf
undo Neutru aut istorum facere pnt n sco spu
coopante . Unu in die penth . datus fuit eis
spus scus in linguis igneis ut eorum doctrina
vim illuminativa haberet . In die ro rsurrecionis dat9
fuit in flatu ut eorum ministeriu expelleret
culpam et vitam grie tribuet Unu q ista donaco
spus sci ordinatur ad culpa sequi Quorum re
miseritis pctā remittuntur pcta plati p sa
cramenta q sut baptism9 contra originale
pnia contra mortale et extrema unccio contra
veniale remittuntur eis . Ideo Illud igr q fa
ciunt minstri ecce in terra ista ecce ratum e
in terra ce . scdm illud Ioh ultimo ratu inst u
indicatu senescalli sui Et quorum retinueritis

[illegible]

retenta sunt retinentur peccata quia absolutionis beneficium non impendit. Nota quod secundum Gregorium quia gradus est honor ministrorum ecclesie sed gene[ralis] pondus et ytius honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iudex fiat vite aliene. Et dicitur igitur ut dicit Crisostomus periculi magnitudinem intra se habent sacerdotibus devotorum. Omnia si aliquis sacerdos malus fuit non impedit semper hoc sacramentorum effectum ut dicit Crisostomus. Licet sacerdos neque angelus potest aliquid operari in hiis que data sunt a deo sed pater et filius et spiritus sanctus omnia dispensat. Sacerdotes autem suam linguam et manum prebuit. Nec enim iustum esset ut aliena malitia in aliquo lederet sacramenta dei recipientes. Et sexto ponitur quo ista apparitione absenti discipulo fuit nunciatum. Thomas autem qui interpretatur Didimus abyssus. Abyssus fuit ut dicit Alchuinus quia altitudinem divinitatis certa fide penetravit tunc dixit: Dominus meus et deus meus. Unus ex xii. Sed non erant nisi xi. sed tamen dicitur fuisse unus ex xii. vel quia tot deus esse disposuerit. vel quia xii. fuerant ante proditionem. inde. vel quia futurum erat in electione Mathie. Qui Dydimus dicitur. Didimus grece latine dicitur geminus. quod cognomine competit Thome propter dubium cordis incedendo. Non erat cum eis id est discipulis quando venit Ihesus. Multum nocet abesse congregationi et societati bonorum vita cum mala eveniat pericula. Et quid hic secundum Bedam Constat enim quod dominus tunc apparuit discipulis quando duo discipuli reversi sunt de Emaus et invenerunt congregatos xi. dicentes quia surrexit dominus vere et apparuit Symoni. Et ubi narrabat quo cognoverunt eum in fractione panis. Et cum hec dicerent venit Ihesus et stetit in medio eorum ut dicitur Luc. 24. Ergo videtur quod Thomas ibi fuit. Et dicendum aliquid fuisse in vita illa annunciatione discipulorum de apparitione de quo mentio ... Thomas non credens verbis discipulorum egressus est cenaculum. quo egresso ceteris reliquis apparuit. Deinde ponitur discipulorum nunciatio. Dixerunt ergo alii discipuli tunc in[ter] eos affuit quod gaudentes de visione et dolentes de absentia Thome vi-

[illegible]

dimus dominum. Sicut audivimus a pietate a discipulis tamulibus ita et vidimus deum post auditum Thome. Ille autem dixit eis. Nisi video in manibus eius fixuram clavorum sicut vos dicitis vidisse. Sed non sufficeret in certificavi per visum nisi et tangam. Unde subdit. Et mittam digitum meum in locum clavorum ita ut digito perquiram eius vulnera. Et mittam manum meam in latus eius. Magnum enim fuit vulnus illud sacratissimi lateris in quo non digitum sed manum cupiebat apostolus mittere. Unde Io. non dicit quod dominum latus percussum fuit lancea sed quod unus militum lancea latus eius aperuit ut ostenderet plage magnitudinem. Nota eciam et attende quod dominus optulit se discipulis et palpandum et videndum ut dicitur Luc. 24. Palpate et videte. Et apostoli tamen pro reverencia non tetigerunt eum sed sufficit ad credendum sola visio. Thomas non amplius desideravit scilicet tangere. Tertio quare Christus permisit esse istum discipulum extra consortium aliorum cum illis apparuit atque eum sustinuerit eum sic dubitantem. Dicendum quod hoc totum propter nos factum est. Ita ut dicit Augustinus in Encheridion nullo modo permitteret deus mala evenire nisi adeo potens esset ut ex eis bona eliceret. Dubitatio autem Thome non est dubium quin fuit mala sed extravenit fidei nostre firmitas. Dum enim audimus eum dubitasse de resurrectione Christi eo modo quo aliquis minime dubitare posset et tamen hoc ulterius legimus quam in fide solidatus fuit non remanet nobis ullus dubitationis locus. Igitur dubitavit Thomas prius et in fide confirmatus fuit ne amplius dubitemus. Distinctio 2a.

Secundo cum dicitur Et post dies octo et ponitur altera domini apparitio ad tollendam Thome dubietatem et v. tanguntur. Primum est discipulorum quietus. Et post dies octo id est iterum tali die sicut est hodie. Forte tot diebus distulit Christus apparere si forte interim tempore amoris tardius in dubitatus ... ut dicit Crisostomus. Non ponitur autem hora istius apparitionis et forte fuit eadem hora qua prius iterum erant discipuli eius intus ...

sive cenaculo quo xpus illis apparuit et thomas cum eis non resedebat thomas autem aliis discipulis si forte dominus ei appareret. ¶ Secundo post adventus Venit ihesus ianuis clausis eodem modo quo prius ubi secundum Crisostomum considerandum est clementia salvatoris quam sollicite pro una anima ne in errore permaneret seipsum vulneratum ostendit. Et stetit in medio qui est omnis virtutis medietas. Et dixit pax vobis. Semper pacem annunciat qui pacis fedus dei et hominis fecerat. Cum quia est pacis ipse defensor est. Et attende quod iam tribus vicibus in hoc evangelio est per xpm pax annunciata. Est enim triplex pax. ¶ Prima est hominis ad seipsum que tollit omnem mentis anxietatem de qua Iudicum vi. Pax tecum ne timeas non morieris. Hanc pacem xpus primitus primitus annunciavit discipulis qui erant clausi in cenaculo timore iudeorum ut omnem ab eis fugaret timorem. ¶ Secunda pax est hominis ad proximum de qua Ro. 12 Si fieri potest quod ex vobis cum omnibus hominibus pacem habentes. Hanc pacem xpus secundo loco apostolis nunciavit. Unde statim eos ordinavit ad curam proximorum mittens eos ad remittenda peccata. ¶ Tertio pax est hominis ad deum que consistit in vera fide et quod nichil eorum quod facit deus displiceat homini. Io. 16. Hec locutus sum vobis ut in me solum pacem habeatis. Ro. 4 Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum. Hanc autem pacem nunc tertio loco xpus discipulis annunciavit ut firmiorem eos fide haberent. Unde statim locutus est thome ut probaret cum esse xpm ex quo non solum thomas sed reliqui discipuli et magis fuit in fide solidati. ¶ Tertius post adventus xpi ostensio ad thomam. Deinde dicit thome infer digitum tuum huc in locum clavorum et vide manus meas. Hoc enim desideravat thomas et tangere et videre. Et affer manum tuam et mitte in latus meum. Quasi eadem verba dixit xpus quibus thomas usus fuerat ut ostenderet quod dum ad condiscipulos loquebatur aderat ipse. Et non quod xpus noluit soli thome clam apparere sed sicut

ipse palam coram omnibus discipulis suam dubitacionem expresserat ita coram omnibus quasi increpando se illi manifestavit ut exinde eius nemo aliorum ulterius dubitaret. Et attende quod non dolebat xpus cum vulnera corporis eius pertractarentur licet recentia sua essent erant enim illa vulnera in corpore glorioso et impassibile est. Deinde quia thomas dixerat non credam xpus dicit Noli esse incredulus. magnum malum est incredulitas que tollit aditum vite eterne Io. 3. Qui incredulus est filio non videbit vitam eternam sed ira dei manet super eum. Ideo ut dicat Hebr. 3 Incredulis iuravit deus quod non introirent in requiem suam propter incredulitatem eorum. Sed fidelis. Fides enim est quasi anulus quo anima desponsatur deo Osee p°. Desponsabo te in fide. Et ideo fidem habet ad mortem usque servare. Apoc. secundo. Esto fidelis usque ad mortem. et dabo tibi coronam vite. Et merito admiratio thome confessio. Ubi considerandum est quod timuerit atque erubuit gloriosus iste apostolus videns salvatorem et audiens eum repente se in fide vitantis verba. Respondit thomas et dixit quidem incredulus sed iam fidelis. Dominus meus in quo humane nature veritatem expressit cui datum est totius creature dominium quasi diceret Confiteor te illum esse qui dixisti vos vocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim. Et deus meus in quo divinam xpus confitetur naturam quasi diceret Confiteor te esse eum quem petrus confessus est dicens Tu es xpus filius dei vivi. Queritur an thomas xpm tetigit. Et forte secundum glossam dicendum quod non fuit ausus tangere propter reverentiam salvatoris et quia mente erat quasi attonitus. Et dicit alia glossa Augustinus videbat thomas et tangebat hominem et confitebatur deum. Et ambo in illis defuga secta dixisti domino mitte manum tuam in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. misit manum qui non credebat et hominem et deum recepit. Hoc autem verisimilius est quia si noluisset tetigisset eum xpus se tangere ne forte peccata lapsus in dubium permitteret quod cum non tetigisset ¶ Tho-

pon' xpi visio. Dicit ei ihesus Quia vidisti me thoma. Non dicit quia tetigisti me. Non est intelligendum quod eum non tetigit. Sed quia ut dicit aug' Nomine visus generaliter alii quatuor sensus consueverunt nominari. Vidisti et credidisti quod non credidisset si non vidisset. Et ideo sequitur. Beati qui non viderunt et crediderunt. Sed quero Cum enim ea que videntur fidem non habeant sed agnitionem. Quomodo beatus thomas quia vidit non credidit sed quasi certus fuit. fides enim ut dicitur hebr. xi. est sperandarum rerum argumentum non apparentium. Et solvit Greg. dicens quia thomas aliud vidit et aliud credidit. vidit enim hominem et credidit deum quem non vidit. Non enim fides de christo quem non viderunt manere. Beati qui non viderunt et crediderunt. Verbum preteritum pro futuro quia ut dicit aug' quod futurum erat iam in sua predestinatione notavit. Sermo est igitur ut dicit Crisostomus Ad dixit tempore isto vetima fuisse in temporibus illis et vidisse xpm miracula facientem. ex cogitet quia beati qui non viderunt et crediderunt. Distinctio tercia

Tercio cum dicitur. Multa quidem et tangitur multitudo signorum xpi ad confirmandum fidei sacramentum. Ubi tamen tangitur. Primum est obmissio scripture multorum signorum xpi. Multa quidem et magna utique. Et alia signa preter ea que evangeliste scripserunt fecit ihesus ante mortem post resurrectionem in conspectu discipulorum suorum. Non fecit ea clam sed manifeste. ut omnibus constaret quod certa erant signa. que non scripta sunt in libro hoc id est in evangelio Johannis sed nec in aliis evangeliis. Dicit enim Joh. in fine evangelii sui. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus. que si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Ideo non quod de hiis signis que fecit dominus non omnia sed pauca scripta sunt. Vel quia quod si omnia possibiles fuissent ...ones omnium eorum aut multorum que fecit. Vel quia intellectus humanus sparsus ad multa non posset perfecte singula intelligere. Vel ut fides maioris esset meriti ex paucis credens dei filium. Secundo ponitur quid

intendatur per ista pauca que scripta sunt. Hec autem que ab evangelistis domini scripta sunt dictante spiritu sancto docente et monente. ut credatis corde ad iusticiam. ore confitemini ad salutem. opere credatis ad fructum ad vitam. quia fides sine operibus mortua est. quia ihesus est filius dei. Ad hoc enim xpus fecit miracula ut dei filius crederetur. Jo. x. Opera que ego facio in nomine patris mei ipsa testimonium perhibent de me. Ad hoc est omnis scriptura ordinata. Jo. v. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam habere. ipse que sunt testimonium perhibent de me. Tercio ponitur credendi utilitas. Et ut credentes vitam habeatis. Fides enim est spiritualis vite principium. Abacuc ii. Justus enim ex fide vivit. Ita tamen dum fides malis non mortificatur operibus. quia ad illos de quibus dicit apostolus Confitentur se nosse deum. factis tamen negant. In nomine eius virtute nominis xpi salvatoris habebitis vitam eternam. quia totius cognicione consistit vita eterna. Jo. xvii. Hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti iesum xpm. ad quam vitam nos. Dominica ii post pascha

Ego sum pastor bonus. Jo. x. Si diligenter attenderent homines. quanta sit ponderis aliis preesse. non sic affectarent prelationis honorem. Una racio non est tanta dignitas honoris que equalis et maior sit quam meritus oneris. Una non sola attendit honoris gloriam. non cupiunt omnes aliis dominari. Verbum. ad hominem ... sem ... ii. meditantibus mihi honore blanditur. sed honera pensantibus tediosa sunt atque formidinis plena. Non tamen omnes cupiunt habere. Multi enim non tanta fiducia et alacritate currunt ad honores si recte sentirent onera gravia pro certo metuerent. nec tam tanto labore et periculo quaslibet affectarent insulas dignitatum. sed nunc non quia sola attenditur gloria. et non pena. pirum esse cernitur crubescunt in ecclesia. Reputant viles estimant et inglorios. qui quocumque eminenciori loco non fuerint sublimati. Quanti non sit honoris cura aliorum habere dominus in presenti evangelio ostendit manifestans in se ipso quid ex eorum officio

inhibat pastoribus ecclesie talis sunt. Debet enim primo prelatus ita sibi commissum officium scire et gregem diligere ut pro eius salute propriam vitam exponat. ¶ Secundo noscat quod non Ego sum pastor bonus et cognosco oves. ¶ Tertio debet insistere ut errantes ad ecclesie unitatem reducat. Jo. x. ibi Et alias oves habeo etc. ¶ In primo quidem parte ostendit se dominum bonum esse pastorem et hoc facit. ¶ Primo enim suam bonitatem premittit dicens Ego sum etc. non alius sum pastor bonus etiam ut dicat Jo. x. omnes quotquot venerunt preter me fures et latrones fuerunt. Nullus quidem est bonus pastor qui preter Christi ordinationem sive dispensationem regimen assumit animarum. Ipse enim est princeps pastorum ut dicitur i. Pe. v. Et ideo ad eum pertinet pastores dare ecclesie Ephe. iiii. Ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam autem prophetas alios vero evangelistas alios autem pastores et doctores. ¶ Nota quod Christus duo dicit. Primo nominat pastorem se esse. Et dicit quod est pastor bonus. ¶ Pastoris namque officium est oves pascere. Unde pastor dicitur a pascendo. Pascit autem Christus nos qui sumus oves eius et oves pascue eius Eze. xxxiiii. Ego pascam oves meas omnes nos esse Ysa. xl. Sicut pastor gregem suum pascit. Est autem considerandum quod quadruplici alimento pascit nos Christus. ¶ Primum est corporalis alimonie que cibum corporalem dedit prout omnibus animalibus et irrationabilibus Ps. Oculi omnium in te sperant domine et tu das escam illorum in tempore opportuno. Et Ps. Qui dat escam omni carni. Confitemini deo celi. ¶ Secundum alimentum est spiritualis intelligentie. Cibus enim spiritualis est verbum dei quo anima pascitur per eius intelligentiam. Ps. Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocavit super aquam refectionis educavit me anima mea convertit. ¶ Tertium alimentum est sacramentalis eucharistie refectionis corporis et sanguinis Christi Jo. vi. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. ¶ Quartum alimentum est superne glorie quo

non pascuntur nisi electi Gre. Pascua electorum sunt vultus presentis dei ibi sempiterna gaudia cerne videtur ibi Christum dicit angelorum chori ibi civitas supernorum civium ibi dulcis solempnitatis a peregrinatione huius [illegible] labore redeuntium ubi et [illegible] sunt illa pascua que promittit dominus electis ovibus Eze. xxxiiii. d. In pascuis uberrimis pascam eos in montibus excelsis. Ipsi enim pascua eorum ibi requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguibus pascentur. Est attendendum quod Christus ascendens in celum pastores ecclesie commendavit gregem suum et ipsi pascere debent. Unde ipse in persona omnium pastorum dixit Petro post resurrectionem suam Pasce oves meas Jo. xxi. Et idem pastor ecclesie hortatur Petrus in sua epistola canonica v. d. Pascite qui in vobis est gregem dei. Debent enim pastores ecclesie pascere triplici cibo scilicet corporali. Adhuc enim ecclesia habet possessiones et divitias ut pauperibus subveniat indigentibus. Unde Ambrosius libro de offi. Et habetur in decretis causa xii. q. ii. Aurum ecclesia habet non ut servet sed ut eroget in necessitatibus. Et quod idem dicit eodem titulo patrimonium pauperum in redemptione captivorum et sepulturam pauperum. Licet vasa ecclesie et consecrata confringere et necessitatibus distribuere sicut ut dicit Aug. in sermone de vita clericorum. Non est episcopi servare aurum et a se revocare mendicantis manum. Et Leo papa. Gloria episcopi est pauperum necessitatibus providere. Unde dicebat Ambrosius ut habetur causa xii. q. ii. Omnia que mea sunt pauperum sunt. Ecclesiastica sunt ut dicit Leo papa. Episcopus rebus ecclesie tamquam commendatis non tamquam propriis utatur. Sed heu valde dolendum est quia bona ecclesie que pauperibus essent eroganda hodie multi pastores alio tamen modo distribuunt. Tamdiu superflue in conviviis et vanis questionibus Eze. xxxiiii. Nonne greges a pastoribus pascuntur. Pastores autem ipsi pascebant seipsos. Quidam autem dant divitibus ecclesie hystrionibus aut inequorum medificiis vanis pallatiis. Quibus obiicit Ber. illud poeticum. Dicite pontifices non in inferno quid facit

[illegible]

auru͂ c͂undatus tunique distribuit eccie bo
bit dicentes proximos et consignatos. Non fuit ta
lis pastor beatus paulinus Nolane urbis
epus de quo recitat beatus gg in iiiº dyalogorum
qui dum ytalia in partibus campanie fuisset a gen
te wandalica depopulata, Paulinus Nolane ur
bis epc cuncta que habere potuit ad captivorum per
tinencia captivis et indigentibus largitus est
et cum nichil sibi remansisset, pro redimendo fi
lio cuiusdam vidue servum se fecit generi regis
wandalorum cui ipse predixit mortem. Sed et
agnitus, quibus est ad suam peticionem omnes
sue civitatis cives relaxati sunt et honustis
navibus frumento ex Affrica ad Ytaliam redierunt.
Secundo tenentur quod debent pastores ministrare
fidelibus et spiritualis doctrina et sua verba
dei. Ier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor
meum et pascent vos sciencia et doctrina. Scientia per
tinet ad rectam intelligenciam, doctrina vero
ad bonam operationem. Tamen in istis frequenter
aliqui peccant pastores ecclesie sicut videmus
et indocti ut magis sit opus pasci doctrina
et scientia quam alios possint instruere. Tales de
bent istam formam timere: Osee 4. Quia tu re
pulisti scienciam, repellam ego te ne sacerdocio
fungaris mihi. Tercio tenentur ut qui plebi mi
nistrant, scilicet pastoribus ecclesie, sacramentalis cor
poris et sanguinis domini nostri Ihesu Christi que dispen
da Christus reliquit prelatis. Mt. 24. Fidelis
servus et prudens quem constituit dominus super familiam
suam ut det illis cibum in tempore. Quarto debet p
bat sextus esse bonum pastorem. Bonus pastor
animam suam, id est vitam suam, dat periculis morti
ponit pro ovibus suis. Hoc autem probat bonum esse pas
torem cuius bonitas est diligere gregem, nulla vero
maior dilectio est quam ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Christus igitur bonus est
pastor quia ex dilectione sui gregis dedit animam
suam pro. Io. 3. In hoc cognovimus caritatem
dei quoniam ille pro nobis animam suam posuit.
Notandum quod pastores ecclesie non solum debent ex
teriora bona ovibus suis indigentibus impendere sed a
nimam pro eis ponere quia si animam in ecclesia ante
corpus tenus non corpus debent ponere tra

debere non est dubium quin temporalia. Nam secundum
quod dicit Augustinus: Hoc de ovibus totum quod est pa
storis exteriora et interiora ad utilitatem est
ovium ita quod se totum debet deservire quibus
eis intendat. Si assit igitur infirmitas cum
infirmitatibus infirmetur. Ubi cum scanda
lizatis si assit persecucio fugiat cum ovibus.
Quod admodum beatus Thomas Cantuariensis ar
chiepiscopus morti se exposuit pro ecclesia. Ieremias
in Egyptum et Ezechiel in Babiloniam cum
filiis Israel descenderunt. Hec omnia dicit Ber
nardus. Sed si mors imminebat pati cum esse oportet
ne oves dispergantur, sicut dicit gg, quod admodum
beatus Thomas Cantuariensis et Ambrosius pro de
fensione ecclesie. Videlicet imperatori, cum patri
monium meum petitis invadere, si corpus
occidere voletis, festinate. Non enim ego me
vallabo circumfusione populorum nec altaris
tenebo vitam obsecrantis, sed pro altaribus
gratius ymolabor. Ita quod magnum est ita
desiderat pastor gregis salutem ut quasi suam
non recogitet. Unde Moyses rogans deum
pro offensa populi Israel dicebat deo: Aut dimitte
eis hanc noxam aut dele me de libro quem scrip
sisti. Exo. 32. Similiter et Paulus apostolus cupi
ebat anathema fieri, supra male
dictionem mittere ut salvarentur fratres. Nam
Christus pro nobis ut dicit apostolus maledictionem
legis sustinuit quia maledictus erat
omnis homo qui pendebat in ligno. Sed
istud scorum desiderium magis faciebat
eos gratos quam ut dicit Ber. Tanta debet
esse pastoris dilectio ad gregem ut et pati
sit si expedierit gehennam pro salute gregis
de eternitas. Unde: Si ambulavero in medio umbre
mortis non timebo mala quoniam tu mecum
es. Nam et anima Christi ad inferna des
cendit pro nobis. Ecce igitur magnitudo caritatis
culmine sed pastor existere qui scilicet inde
distribuat quod est minimum et omnia qui aff
lictis commitet, fugatis assistat, mortem
contempnat, salutem propriam pro aliorum salute
exponat et ultimo pro eis inferni penas
non timeat. Est autem secundum quod pro certa

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

cerne aliquid spiritualis est ut grex dispergatur
et tunc ad eius defensionem debet pastor
animam suam dare ut dictum est Aliquid persecu-
tio est personalis ubi quando pastor solus petitur
debent oves pro pastore animam ponere ne per-
cusso pastore dispergantur oves Secundus casus quem ad modum
dicit Aug. 2 conf. ca. 1. Et cum imminitatem me-
diolanensis iustina mater arriana valentinia-
ni regis persequeretur beatum Amb. plebs fide-
lis excubabat in ecclesia parata cum episcopo suo
mori Et tercio ponitur distinctio veri pastoris
et mercenarii Mercenarius autem mercenarius
autem dicitur vel quia precio conductus est
et tunc est symoniacus vel quia mercedem
spectat sicut autem istorum est verus pastor unde
subdit Et qui non est pastor de eo quidem
qui symoniace ordinatus est non est dubium
quia pastor non est nec potest ministrare unde
dicitur ca. p. q. p. Et de eo qui non est symo-
niace ordinatus mercenarius tamen est quia
quomodo eterne spe ministrat Et iterum secundum
Greg. quia talis intus nomen pastoris perdit
eo quod terrena lucra plus quam oves diligat
Cuius non sunt oves proprie scilicet sicut istorum
sunt oves proprie sed pocius temporale commodum
cuius mercedis sunt inventa Videt lupum ve-
nientem per lupum dyabolus intelligitur Io. 5. lupus
adversarius vastabit eos Cum enim dyabolus ce-
cidit actiatur sicut esse cum adversarium
vastare dicitur Iste lupus venit ad oves
ut eas temptet unde Aug. Ecce lupus
ovis guttur apprehendit cum dyabolus fidelem ad
ulterium persuasit Vel per lupum potest hereticus in-
telligi Mt. 7. attendite a falsis prophetis qui
veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus
autem sunt lupi rapaces Iste lupus venit
ad gregem ut decipiat per falsum doctrinam
Vel potest intelligi quicumque tyrannus et perse-
cutor fidelium Eze. 22. principes in medio eius
quasi lupi rapaces rapientes predam Iste
lupus venit ut corporaliter affligat Adver-
sus omnes istos lupos bonus pastor ponit
animam suam Resistit temptacionibus demo-
nis arguendo et increpando sicut quod sicut
vidit obstinatum excommunicavit. Thy. 2.

arguere obsecra increpa insta opportune im-
portune Resistit hereticis eorum verba predicando
1. Thy. 4. predica verbum opus fac evangeliste minis-
terium tuum imple Resistit et persecutoribus ma-
lorum orando et implorando celeste auxilium unde
Amb. et habetur in decretis ca. 23. q. 8. Convenior
adversus gotthos lacrime mee mea arma sunt
talia munimenta sunt sacerdotis aliter nec debeo
nec possum resistere Sed audiamus quod mercenarius isto
faciat Mercenarius videt enim lupum venientem
Et dimittit oves luporum morsibus lacerandas
et fugit ut salvet se ipsum attendendo quod aliquando
mercenarius resistit corpore solo tamen fugit
Iste enim quia publicum timeat increpare excessus
adulterorum fugit animo licet persistat corpore
Iste se contempnit veritatem predicare ut eludat
omnes aut si per gregem non obicit se tyranno
volens ipsius captare benivolenciam dimittit
oves cum eas non reprehendendo et fugit corde
a eis Consideranda est distancia veri pastoris
ad mercenarium verus enim pastor fuit sal-
vator noster qui videns impaciencia sua non lupum
unum sed multitudinem luporum venientem
permisit se capi discipulos dimittens cum quibus at
illi dixit quem Ihesum nazarenum ipse non fugit
discipulos relinquens sed ait Ego sum si ergo me
queritis sinite hos abire Deinde ponitur lupi
crudelitas Et lupus rapit vel in peccatum vel
in horrorem vel in mortem spiritualem
Et dispergit oves Dispergit oves hinc inde
et sic grex dissipatur quod totum evenit quia
oves pastorem non habent sed mercenarium Eze. 34.
Disperse sunt oves mee eo quod non esset pastor
Mercenarius autem fugit Quia mercenarius
est Sed nos alius sit mercenarius vel pastor
veraciter agnosci non potest si occasio desit necessitatis
Tempore enim tranquillitatis ita mercenarius
sicut verus pastor unde Greg. Sic et ergo
sed lupus veniens indicabit utrumque fugit
enim mercenarius quia mercenarius est Iste enim
querit nisi mercedem lucri temporalis ideo fugit
ne illud perdat Et non pertinet ad eum de ovi-
bus Quia nec lucra terrena querit patet ergo

Cuius cogitacio de perpetuo an ... [illegible]
... [illegible]
pastor ... [illegible]
lupus ... [illegible]
... [illegible]

[struck through:] argue ostium obseratum in opera iusta aperire imperite resistat fallaciis hereticorum dicat predicandum. Thy. 4. predica verbum opus fac evangeliste ministerium tuum imple resistat et persecutionibus malorum orando et implorando contra beneficium ventum. Ambrosius. Et ponitur in decretis causa 23 q. 8. Conveniens ad versus gothos lacrime mee mea arma sunt talia munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Et audiamus quod magnum istud faciat in causa hic tempore

Patet quia deum sola eterna curat solum nec esse sibi curae de gregis dispersione deum nunquam nonne perdat quod principaliter amat. Distinctio 2a.

Secundo cum dicat Ego sum etc. ostendit quam talem Christus habuit ovium notitiam. Et quatuor facit. Primo enim sua premittit notitiam. Ego sum bonus pastor. non ex accidenti bono sed equaliter et essencialiter bonus est ut dicit Gregorius. Hinc non bonitatis rationem assignat notitiam. Et cognosco oves meas etc. Thy. 2. Novit dominus qui sunt eius. Ille non sole oves sunt Christi qui vocem eius audiunt credendo doctrine eius et eum sequuntur per vitam et conversationem et operationem. Jo. 10. Oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius. Nota quod notitiam ovium pastor debet habere et vigilare suo gregi quia oportet eum reddere rationem de omnibus sibi commissis. Hebr. 13. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Debet autem pastor principaliter vitam et conscientiam subditorum cognoscere ut distinguat oves ab hedis. Prov. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges considera. Debet etiam pastor cognoscere si qui sunt notorii peccatores ut eos arguat. 1 Thy. 5. Peccantes coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant. Item debet scire qui sunt pupilli et viduae et pauperes et cetera ut eis provideat qui enim tiranni patiuntur ut eis subveniat. Eccli. 4. Pecora sunt tibi attende illis. Heu quia multi pastores ecclesie oves suas non cognoscunt possessiones quidem ecclesie diligunt considerant redditus sine diminutione exigunt et expensas subtili computatione com-

[marginal note, cursive:] [illegible] ... alii pastores ... quasi ... oves ... [illegible]

putant verum ab ecclesia propria nimirum teneant cum animarum qualiter regantur qualiter conversetur clerus hoc autem attendunt. quia propterea ammirum speculatores ceci facti sunt. Ysa. 56. Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam omnes in viam suam declinaverunt unusquisque ad avaritiam suam. Verum quantum exceris et ipsi tot animarum sunt causa dampnationis quot sunt eis oves commisse. Recitat autem magister Odo quod dyabolus quidam laycos apparens in forma hominis per Christum quidam episcopo tales misit salutem. Dyabolus optimus salutem quia quot vobis commissi sunt totidem nobis curae infernali commissi sunt. Verum in signum veritatis dyabolus in faciem laici percussit ita quod vestigia manus non recessit a facie in perpetuum. Unde igitur faciet talis pastor in die novissimo cum ei dicatur Quid hoc audio de te redde rationem villicationis tue. iam enim ultimus non poteris villicare. Redde inquam rationem quibus bona ecclesie tradidisti qualiter sacramenta dei dispensasti qualiter curam de ovibus Christi sanguine redemptis. tunc pauperes clamabunt quod fame perierunt tunc multe oves lamentabuntur quod eorum causa sunt dampnate. Secundo ponitur quod oves et Christum agnoscunt. Et cognoscunt me mee oves et Christum sequuntur et agnoscunt notitia fidei et dilectionem operatur. Ideo non possunt in eos nec a mercibus decipi. Distinguunt enim pseudo Christi a pseudo prophetis a fructibus eorum cognoscetis eos. Nota quod pastor non debet esse privatim sed palam omnibus debet se demonstrare ut sit lucerna non sub modio sed lucerna ardens exaltata super candelabrum cuius lumen fideles illuminentur. Mt. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant vestra bona opera quatenus vita conversatione et moribus det subditis bonum exemplum. Thy. 2. Esto exemplum fidelium in verbo et conversatione in caritate in fide in castitate. Ideo est quod dicit Hugo de sancto Victore de claustro animae c. 10. Oves illum pastorem cognoscunt quem sepe vident presentem qui subiectis familiaritate notum

sufficientia reddit amicum et dilectum. At-
tendendum est quia etiam oves debent suum pasto-
rem agnoscere summopere. Cavendum est ipsi
pastori ypocrisis. Dicit enim Ambrosius ii. li. de
offi. Fortes enim debemus in actibus non solum
ope sed et in sermone et castitate ac fide. Quales
enim volumus tales simus et qualem affirma-
mus talem appareamus. Idem Ambrosius in suo
pastorali li. 3 (?) dicit. In ecclesia Cathedra sub-
limior et conscientia sacerdotis requiritur sublimior
nec locutionem similemus columbinam et mentem
habeamus caninam nec professione mentimur
omnia et frontem habeamus lupinam ut digne
nobis per prophetam dicatur. Apostolus hic [illegible] labiis
me honorat cor autem eorum longe est a me.
Et tercio requiritur Christus ad probandum quod ipse suarum
ovium habeat noticiam. Ubi considerandum est ut
dicit Augustinus. Quia oves Christi sunt omnes electi
et predestinati in vitam eternam. Cognoscere autem
qui sunt predestinati impossibile est nobis. Unde
Apostolus Ro. xi. diffuse de predestinacione disputans
tandem dicens absconditum sit terminat ser-
monem. O altitudo diviciarum sapientie et sciencie dei
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et
investigabiles vie eius. Quis enim cognovit
sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Solus
autem deus novit hoc secretum. Nec autem sic est
quod hec tota noticia dei patris sit ut potest ex [illegible]
[illegible] patris genitus ita quod non est in patre quod
filium lateat. Quemadmodum pater habet totam noticiam
filii quia nulla est noticia filii quod non sit
de scientia patris ita ut patrem aliquid lateat in
filio quod sit est ut omnes rationes creationis
et predestinacionis que sunt in patre secundum prima-
rum principii quod omnes predestinatos novit
filius. Dat pro hoc cognoscat oves suas. Hec
est quod dicit Sicut novit me pater. Cognoscit
autem pater filium totaliter quia nichil est in filio
nisi genitum ex substantia patris vel quod nascendo ac-
cepit. Eodem autem modo filius cognoscit
patrem. Et ego cognosco patrem. Unde cum
[illegible] est quod filius omnium suarum id est prede-
stinatorum et electorum habeat noticiam Io. 13. Ego

scio quos elegerim. Eph. i. Elegit nos in ipso
ante mundi constitucionem. Et tercio requiritur ad
probandum se esse bonum pastorem. Dixerat enim
quod bonus pastor dat animam suam pro ovibus
suis. Ipse vero hoc fecit. Et animam meam pono
non coactus sed sponte Io. x. Potestatem habeo ponen-
di animam meam et potestatem iterum habeo sumendi eam
Pro ovibus meis. Solis enim ovibus Christi
profecit passio eius. Et ideo ut remitteretur
nobis debitum peccati Christus fuit quasi defensor
humani generis tradens animam suam pro redemp-
cione debiti peccati Mt. 20. Venit filius hominis
dare animam suam redempcionem pro multis.
Et hec fuit magna caritas. Et attendenda
est maior caritas quia animam suam pro ovibus
tradidit non quibus tamen sed et pro inimicis Jer.
12. Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum
eius. Et vero excellentissime commendat
hanc caritatis gratiam quia est pro nobis animam
suam exposuit Isa. 53. Tradidit in mortem
animam suam et cum sceleratis reputatus est
Hec tanta gratia nostri redemptoris numquam
debet decidere nobis a mente quia nichil
minus pro nobis facere potuit Eccl. 29. Gratiam
fideiussoris ne obliviscaris dedit enim
pro te animam suam. distinctio tercia

Dist

Tercio cum dicit Et alias oves habeo etc. ostendit
quod vero dispersas ad unum reduxit ovile et [illegible]
faciet. Primo enim significat se habere alias
oves sed dispersas. Et alias oves habeo predestina-
tas scilicet ex gentibus que non sunt ex hoc ovili [illegible]
scilicet iudeorum. Predestinati quidem multi erant ex
gentibus qui non erant de ovili [illegible]
non dum erant vocati isti, ac pro hoc non du-
erant in ovile domini congregati. Secundo po-
sollicitudo et reducendis ovibus. Et illas
oportet me adducere. Hoc quod dicit oportet [illegible]
non est necessitatis [illegible] sed confirmacionis eius
omne quod fiet. Tercio quod Christus ut dispersas oves
congregaret in unum quesivit eas in hoc mundo
clamando predicando passus laborem
sudorem famem sitim vigilias molestias

et plurimas tribulationes et tandem et ipsam mortem Jo. xi. Jesus moriturus erat pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi in gentibus congregaret in unum. Et vocem meam audient. Sic enim non reducte sunt oves errantes quia vocem pastoris audierunt credentes eius et obedientes fidei. Ysa. lvii. Audite qui longe estis et fecerunt. ps. xvii. Populus quem non cognovi servivit mihi in auditu auris obedivit. Audientes igitur vocem oves errantes vocem summi pastoris ad eum sunt conversi. i. pe. ii. Eratis sicut oves errantes sed nunc conversi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. ¶ Tangitur unitas ecclesie. Et fiet unum ovile quia ecclesia in unitate fidei. Eph. iv. Una fides et unum baptisma. Unum non est istud ovile iudaycum vel gentile sed in ipso congregantur iudei et gentiles. Sed est ovile christi ubi non est distinctio iudei et gentilis. Et unus pastor. Unus pastor est christus. Eze. xxxiv. Suscitabo super pecora mea pastorem unum qui ea pascat. Et za. Servus meus david erit rex super eos et pastor unus erit omnium eorum. ¶ Nota quod pastores ecclesie multas habent oves que non sunt de suo ovili. omnes videlicet peccator licet in numero computetur ovium ovilis pastoris in nostro tamen non est de ovili ecclesie sed de ovili infernali. Iam est dyaboli sunt hoc ovile de quo dicit ps. Sicut oves in inferno posite sunt mors depascet eos. Istas oves debet bonus pastor reducere predicando admonendo et hortando ad penitentiam. Et de quibusdam negligentibus conqueritur dominus Eze. xxxiv. Ve pastoribus israel quia gregem meum non pascebatis quod infirmum fuit non consolidastis et quod egrotum non sanastis quod fractum erat non alligastis et quod abiectum erat non reduxistis et quod perierat non quesistis sed cum austeritate imperabatis eis. Et contra quos dicit dominus Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum. Cum nescio pastor errantes ad penitentiam non reduxit tunc erunt in ecclesia duo ovilia scilicet ecclesie et infernale et duo pastores christus scilicet et dyabolus. Sed fiet unum ovile et unus pastor pro quo ore ut dicitur i. pe. v. Cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcescibilem glorie coronam quam nobis prestet

Dominica tertia post pasca

Modicum et non videbitis me et iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem Jo. xvi. Sapientum vulgare est quia non est homo qui adversa sustinere non potest ideo salvator noster volens suos discipulos esse viriles premonuit eos de adversis futuris que passuri erant propter suam absentiam unde eos persequente ostendens tristitie brevitatem et promittens gaudium eternaliter duraturum de quibus in presenti agitur evangelio quod in tres partes dividitur. ¶ In quarum prima christus premittit futurorum eventum tribulationis et letitie. ¶ In secunda solvit discipulorum dubium obscure sibi cognoverit autem istius. ¶ In tertia adducit de eorum exemplum rei intelligentie ubi in [illegible] cum pariet. ¶ Circa primum tria facit. ¶ Primo namque predicat discipulis licet verbis obscuris sue passionis et mortis atque ascensionis tempus instare unde [illegible] discipulis materia tribulationis et letitie dicit quo denuntians tempus sue passionis Modicum scilicet erit tempus iam instat in quo non videbitis me. Modicum fuit tempus in quo apostoli christum non viderunt videlicet post mortem eius et visum est apostolis illud tempus satis longum Ysaie. Et loquitur deus pater ad filium ad punctum in modicum te dereliqui visus enim est derelictus filius dei in morte unde clamavit Deus deus meus ut quid me dereliquisti. Denuntiat sue resurrectionis tempus. Et iterum modicum erit tempus et videbitis me cum a mortuis resurrexero. Vere modicum fuit illud tempus quia solum diebus xl visus est ab apostolis post resurrectionem ut dicitur actu. i. Vel quia eisdem diebus non semper sed certis tamen diebus illis apparuit vel cum eis apparebat non multum cum eis stabat sed cito absentabat se ab illis. Vel quia etsi christus multum cum apostolis fuisset modicum tamen eis videbatur propter desiderium et delectationem manendi cum eo. Denuntiat ultimo suam

Dominica 3a post pascha de discipulis

annuntiat ascensionem. Quia vado ad patrem. Jo. 16. Nunc vado ad eum qui misit me. Ideo enim Christus modico tempore fuit mortuus, ideo et modico tempore post resurrectionem fuit cum discipulis, quia cito iturus erat ad patrem ascensurus in celum. Jo. 13. Sciens Jesus quia venit hora eius, hora scilicet mortis, transitus hoc non cito ut ex hoc mundo transeat ad patrem. Circa modicum tempus vero Christi duplex cadit questio. Prima est quare Christus suam resurrectionem non distulit usque ad resurrectionem quem omnium in fine mundi.

Ps. sex causas. Prima est quia non fuisset decens eum mortuum manere tanto tempore, tum ratione puritatis corporis sui, tum et ratione sanctitatis eius. Ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Secunda causa est quia non fuisset conveniens ut Christus aliquod dampnum reportaret ex beneficio redemptionis humane generi collato in morte sua. Si enim resurrectio eius dilata fuisset usque ad finem mundi, longum dampnum sive longum in perfectionem Christus sustinuisset, separationem scilicet anime a corpore. Tertio quia non erat expediens. Christus enim licet fuit sine peccato, penas tamen peccati dispensative pro nobis assumpsit et solas illas penas assumpsit que proficerent ad nostra peccata delenda. Petri 2. Peccata nostra, id est penam peccatorum, ipse pertulit in corpore suo super lignum. Pena vero peccati maxima est mors quam Christus assumpsit quia erat nobis expediens ad salutem. Jo. 11. Expedit ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Mortem igitur Christus assumpsit quia nobis expediebat. Sed non ipse manere mortuus usque ad diem iudicii ad quod erat nobis utile, ideo penam portare non debuit. Quarta causa est quia fides nostra non fuisset. Si enim Christus mortuus fuisset et tamen non resurrexisset, periisset fides. Nemo enim credidisset eum esse dei filium aut natum de virgine aut humani generis redemptorem. Si non enim resurgeret in sola virgine fides remansisset. Unde duo discipuli euntes in Emaus, quibus non constabat de resurrectione, dicebant quod ante mortem Christi sperabant eum esse redemptorem Israel, quasi dicerent hoc non sperantes ex quo mortuus erat. Propter hoc dicit Paulus 1 Cor. 15. Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra. Quinta causa est quia omnes effectum oportet precedere causam suam, ut dicit Dyonisius in libro De divinis nominibus. Virtute autem Christi fiet resurrectio in novissimo die. Joh. 6. Omnis qui videt filium et credit in eum habet vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Unde oportuit precedere resurrectionem in Christo ad hoc ut ipse alios suscitaret. Sexta causa est quia Christus iudicaturus est omnes resurgentes. Act. 10. Ipse constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. Iudicabit autem omnes in forma humana. Jo. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Et ideo tamquam iudex resurgentium debuit resurgendo eos prevenire.

Secunda questio est quare sic suam resurrectionem acceleravit ut die tertia resurgeret. Dicendum quod Christus suam acceleravit resurrectionem propter tria. Primo quidem ad probandam veritatem sue mortis. Dictum est supra quod mori ita Christum fuit nobis expediens, quod tamen permanere eum mortuum longo tempore ad nos non erat nobis utile, nisi forte ut longitudo temporis probaret fidem eius mortis. Si enim Christus resurrexisset ante tertiam diem, forte aliquis credidisset eum non vere fuisse mortuum, vel propter hoc non resurrexisse. Tertia vero dies sufficiens erat argumentum mortis. Manere autem ultra tertiam diem mortuum superfluum erat. Ideo non ante nec post sed die tertia resurrectionem suam facere debuit. Secunda causa ad probandum resurrectionis veritatem. Exigit enim veritas resurrectionis ut idem numero resurgat qui mortuus est. Quoniam igitur recens erat memoria Christi et mortis eius in mentibus discipulorum, tunc ipse resurgere debuit quia erat adhuc in tertia die, quia forte si decidisset memoria recenti cordibus non putassent eum esse Christum qui surrexisset sed aliquem ei similem. Unde probatum est ferrum ad incudem malleandum dum calidum est. Tertio resurgere festinavit antequam apostoli dispergerentur.

vnius quisque adaptata quia tunc coram omnibus se
manifestauit non potuissent. ¶ Et ideo festina-
uit resurgere ut plangentes et gementes dis-
cipulos consolaretur. Ps. propter miseriam inopum et gemi-
tum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Eccl'i xlviii. Con-
solatus est lugentes in syon usque in sempiternum
¶ Tercia modicum tempus vnius diei [illegible]
quidem queritur quare solum diebus xl discipulis
apparuit dominus quia tot dies sufficiebant ad proban-
dum quod vere resurrexerat Christus enim xl horis
mortuus fuit scilicet ab hora nona diei veneris
usque ad primam diei dominice. Et quia non erat diffi-
cile credere eum resurrexisse ideo pro qualibet hora
mortis sue voluit esse diem vnum sue [illegible]
ut in libro vnius eiusdem Act. i. Prebuit se ipsum
viuum post dies xl apparens eis. Et eciam quare
eisdem diebus continue Christus cum apostolis non fuit
conuersatus sed certis tamen horis illis apparuit dominus
quod hoc ideo est ne crederent apostoli quod mortalem adhuc
vitam haberet et deberet eis continue sicut ante passionem
¶ Item queritur quare hic modico tempore cum eis stabat
cum illis apparebat dominus quod hoc ideo ut magis
accenderet in amorem resurgentis quia adeo delecta-
bile magis desideramus quod modico gustato
statim subtrahitur. Vnde duo discipuli euntes
in emaus cum ab eis disparuisset dixerunt ad
inuicem Nonne cor nostrum ardens erat dum loque-
retur in via et aperiret scripturas. Licet autem
discipuli modicum hore viderent Christum, istud
tamen modicum preualebat cunctis delectacionibus
secundum illud Ps. Melius est modicum iusto super diuicias
peccatorum multas. ¶ Ergo quod premissa domini verba mo-
dicum intelligitur tempus xl dierum post resurreccionem in quo
apostoli Christum viderunt. ¶ Item prout alii exponunt
¶ Exposita enim sunt hoc modo Primum modicum
intelligitur tempus mortis Christi in quo apostoli non viderunt
Christum. per secundum vero modicum intelligitur tempus xl
dierum post resurreccionem in quo apostoli viderunt Christum
¶ Hoc secundum Bedam. Alii exponunt Primum
modicum intelligitur tempus ex quo Christus hec verba
dixit discipulis vsque in eam horam qua tentus
est, quod vere modicum fuit, quia ista verba di-
xit Christus in vltima cena et in ipsa nocte.

captus est et non viderunt eum apostoli. Sed item post
aliud modicum scilicet post tres dies mortis sue vide-
runt Christum apostoli. Dicit ergo modicum tempus est usque
quo etiam post illud modicum non videbitis me
Io. 13. filioli mei adhuc modicum vobiscum
sum. Io. 14. Adhuc modicum et mundus iam
me non videbit. ¶ Et item modicum erit tempus quo
tu dierum tamen post quos et videbitis me a mor-
tuis resurgentem. Prout vltimus dicta verba 2o modo
exponi prout infra dicetur in secunda parte [illegible]
¶ Secundo ponitur discipulorum dubitacio. Dixerunt
ergo ex discipulis eius ad inuicem. non quidem
omnes sed aliqui ex eis. Quid est hoc id est quid
vult significare hoc quod dicit nobis modicum
et non videbitis et item modicum et videbitis
me quia vado ad patrem. Hec enim verba
obscura erant discipulis antequam completa
quod dixerunt. eius obscuritatis per Crisostomum duplex
erat causa. Vna quia tristicia mortis Christi
remouebat intelligenciam a mentibus discipulorum
Alia causa quia videbant Christum dicere contraria
Dicens enim visuri erant eum quando dicit vado
ad patrem. Et quis ad patrem erat iturus quando
dicit videbitis me. ¶ Tercio ponitur in quo
erat tota difficultas dubitacionis apostolorum
Dicebant ergo Quid est hoc quod dicit nobis mo-
dicum id est quid intelligit per modicum nescimus
quid loquitur, [illegible] qua ipsi meru-
erunt doceri a Christo. Distinccio secunda

Secundo cum dicitur Cognouit autem Ihesus
quod volunt Christus dubium discipulis ob-
[illegible] Primo enim Christus
repetit dubitacionem eorum ut melius sol-
ueret Cognouit autem Ihesus quia vole-
bant eum interrogare tanquam magistrum
Solus deus est qui intus cognoscat volunta-
tes et affectus [illegible] quid cogitet intellectus
quam quid velit affectus. Et dixit eis. De hoc
queritis inter vos. nec tamen [illegible] sciat
respondere. Et quia dixi vobis modicum
et non videbitis me item modicum et vide-
bitis me. Considerandum est ad euidenciam
solucionis verborum Christi quod ista verba tribus modis

exponi potest secundum Aug. per duos modos
supradictos sic. Modicum temporis superest
s. usque ad ascensionem et extunc iam non vi-
debitis me corporaliter. Quia extunc Christus ascendit
in celum non viderunt eum apostoli. Et iterum modi-
cum tempus erat vite eorum. Unus autem quisque apostolorum
vita enim presens modica est et post istam videbitis
me in regno celorum. Ista. Secundum modernos
suo videbunt. Et quia cum Christus ista verba
dixit apostolis modicum erat temporis et extunc non
erant eum visuri quamdiu viverent in car-
ne mortali. Et quia tempus vite hominis
modicum est, ideo post illud modicum viderunt
eum in celo quod totum convenit et illud quod sequitur
quia vado ad patrem. Post modicum enim non erant
visuri. Tertio sic. Hoc idem quia precedit ad patrem
ideo post modicum presentis vite visuri erant
ipsum in regno celorum. Istam autem expositionem
satis innuit dominus in hiis que sequuntur dicens
apostolos debere plangere et pati in modico vite
presentis ad modum mulieris parturientis set postea
gavisi sunt eterno gaudio. Quarto quia in ci-
vitate modicum est tempus vite hominis et
ipsum modicum mensuratum est. Iac. 4. Que
est vita nostra vapor est ad modicum parens
et deinceps exterminabitur. Vita enim nostra
ad plus est centum annorum licet pauci tamen
vivant et tamen centum anni minus respectu eterni-
tatis minus sunt quam gutta aque vel ma-
ris aut calculus vel arene aut momentum
respectu temporis. Eccli. 18. Numerus annorum vite
hominum ut multum centum anni. Pretiam despi-
ceret quam ut dicitur in phisicis quod modicum est
pro nichilo recipit intellectus. Sed nichil est
tempus presentis vite. Iob 7. Parce michi. Cum sit
dies mei. Et pro nichilo habent eorum animi
Et aliqui ac si vita presens esset magni
precii parant sibi et hoc modo eternitatem
congregando divitias appetendo dignitates
et palacia edificando. Hac si nunquam
essent morituri. Ista tales enim debent quod tempus
quod nichil est in presenti et appetere eternitatem
celestis vite quam faciunt quia pro nichilo
habuerunt enim desiderabilem. Et audiamus
secundum quod servant de multis divitiis quas
conservant. Deut. 28. Sementem multam iacies
et modicum congregabis. Quinto modicum est tempus
vite presentis ut illud totum apud dei homines ex-
pendant. Si enim longa esset vita nostra forte
tederet aliquos diu bene operari. Nunc quia bonus
est in quibus est et maiore in quibus est. Sexto
vita presens modica est ut homines citius
istius vite pericula et temptamenta evadant.
Tota enim vita presens temptationibus periculis
adversitatibus exposita est. Tetendit enim dyabolus
[illegible] laqueos temptationum in omni etate. Et
quod magis provocat dyabolum ad temptandum est quia
scit quod modicum tempus est vite nostre et cito
evadamus manus eius. Apoc. 12. Ve
terre et mari quia descendit dyabolus ad vos habens
iram magnam sciens quia modicum tempus habet.
Bonum est igitur homini ut modica sit vita quia
difficile enim esset temptationes evadere si longo
viveret tempore quia admodum difficile est diu persistere in
cogitatione temptationis quin animus con-
sentiat. Sap. 4. Raptus est ne malicia
mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet
animam illius. Septimo voluit deus modicum
esse vitam presentem ut homines cito ad se re-
duceret. Si enim nos diligit nec diu sine nobis
esse vellet. Io. 17. Pater quos dedisti michi
volo ut ubi ego sum et illi sint mecum. Octavo
voluit deus modicum esse tempus vite presentis ut
homines modicum laborarent et tamen modico
labore multum premium haberent. Eccli. 51. Mo-
dicum laboravi et inveni multam requiem. Hic
labor est modicus quia non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam que
revelabitur in nobis ut dicitur Ro. 8.
Secundo ponitur Christi responsio et sit dicitur modi-
cum et non videbitis et iterum modicum videbitis
me. Non declarat in premissis ubi sit meo quod futurum
erat ex absentia et presentia Christi. Ex absentia
enim passuri erant apostoli tristitiam ex presentia
vero gaudium. Hoc est quod dicit Amen amen
dico vobis id est vere vere dico vobis. Que geminatio
iuramenti infallibilitatem rei significat.

[illegible]

Amen plorabitis et flebitis vos Io. 16. quia
modicum non videbitis me in medio mortis
mee. Est autem differentia inter plorare et flere.
Ille enim flet cui lacrime ab oculis fluunt.
Sed ille plorat qui et ore plangendo vo-
cem emittit. Non est autem dubium quin apostoli pla-
nxerunt in illo tempore mortis quo eum non
viderunt. Marci 16. Et Maria Magdalena
nuntiavit Christi visionem lugentibus et
flentibus discipulis. Mundus autem gaude-
bit. Gavisus est mundus de morte Christi ho-
mines scilicet Iudei a quibus fuit occisus
qui gaudent cum male fecerint et exultant
in rebus pessimis. Vos autem contristabimini. Contrista-
bantur apostoli de nece sui domini Io. 16. Quia
hec locutus sum vobis id est mortuus
tristitia implevit cor vestrum. Nec mirum si contrista-
bantur quia ablatus erat eis consolator. Sed
tristitia vestra vertetur in gaudium. Iterum mo-
dicum videbitis me a mortuis resurgen-
tem Io. 20. Gavisi sunt discipuli viso domino.
Hester 9. Luctus atque tristitia in hylaritatem
et gaudium versa sunt. Item nota quod licet modicum
sit tempus presentis vite, cum fletu tamen et plo-
ratu pertransierunt illud fideles homines qua-
si peregrinantes a Christo et non dum sunt coniuncti.
Primo quidem plorant quia alieni celestis patrie
sunt in hac valle miserie et tenebrarum
peccatorum presentium. Tren. 1. Plorans ploravit
in nocte in qua sunt tenebre, propter quod etiam omnes
qui nascuntur in hanc vitam plorantes eam
ingrediuntur. Sap. 7. Primam vocem similem omnibus
emisi plorans. Item flent recordatione
celestis patrie a qua sunt adhuc exules. Ps. Super
flumina Babylonis illic sedimus et flevimus dum
recordaremur tui Syon. Item flent propter prolonga-
tionem presentis vite cum retardatur. [illegible]
15. David ascendebat clivum olivarum
montem scilicet celestis ascensionis in quo plan-
tate sunt olive sancti scilicet [illegible] et
ascendit scandendo [illegible] in [illegible]
flentes tamen quia sunt in valle lacrimarum
nimio tempore. Item flent ex corde pro commissis
peccatis. Iohel 2. Convertimini ad me in toto cor-
de vestro in ieiunio et fletu et planctu et scin-
dite corda vestra et non vestimenta vestra. Item
flent propter bona spiritualia perdita. Gen. 27. Legitur
quod [illegible] magno fletu [illegible] Ysaac Esau pro
perditis bonis primogeniture. Item flent passi-
one mortuorum. Iob 30. Flebam quondam super
eo qui afflictus erat et compatiebatur pauperi
anima mea. Item plorant peccatores ecclesie.
Ier. 13. Plorans plorabit et deducet oculus
meus lacrimam quia captus est grex domini.
Item plorant perditionem et peccata mortuorum. Eccli.
22. Super mortuum plora, defecit enim lux
eius, et super fatuum plora, defecit enim sensus
eius. Ier. 9. Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die
ac nocte super [illegible] interfectos filie populi mei.
Item plorant quia [illegible] adhuc
distant a consolatione Christo. Tren. 1. Ideo ego
plorans et oculus meus deducens aquam quia
longe factus est a me consolator convertens animam.
Item flent orando ut ab omnibus [illegible] mi-
seriis liberentur scientes quod oratio lacrimosa exau-
ditur. Ps. Exaudivit dominus vocem fletus
mei, exaudivit dominus deprecationem meam, dominus
orationem meam suscepit. Sed sciendum est quod duplex
est [illegible] cui scilicet mundus tamen gaudet et exultat.
Gaudent quippe mundi amatores in comessa-
tionibus inebriationibus. Ysa. 22. Ecce g-
audium et letitia occidere vitulos et iugulare
arietes comedere carnes et bibere vinum. Ecclesiastes
persona dicitur Eccl. 8. Laudavi ego letitiam
quod non esset homini bonum sub sole nisi quod comederet
et biberet atque gauderet. Item gaudium eorum
est in [illegible] et impudicitiis. Iudith 15.
Omnis populus gaudebant cum mulieribus et vir-
ginibus. Item eorum gaudium est in sonis et
melodiis. Iob 21. Tenent tympanum et
citharam et gaudent ad sonitum organi. Du-
cunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna
descendunt. Item eorum gaudium est in solaciis et
vanitatibus sicut in [illegible]
et fabulis atque novis. Ezech. 25. Quia plausisti
manu et percussisti pedem et gavisa es ex toto
affectu. Item eorum gaudium de infortuniis aliorum.

adversitatibus. isti sunt qui gaudent in iniquitate ut dicitur Eccli. 19. Gaudium autem mundi est tale. Sic falsum sic vanum sic iniquum. Est enim simile gaudio puerorum qui pocius gaudent accipere pomum quam aurum. Et est simile gaudio freneticorum qui gaudent in suis fantasiis. Et est simile gaudium irracionabilium qui gaudent pocius esse in fimo quam in serico. Tale gaudium quasi est sicut fumus deficit cito. Job. 20. Laus impiorum brevis et gaudium ypocrite ad instar puncti. Jac. 4. Risus vester in luctum convertetur et gaudium in merorem. Beati vero qui non querunt gaudia presentis vite gaudebunt

[gaudebunt] in celestibus. Primo quidem de visione claritatis vultus dei. Ps. Letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Et iterum adimplebis me leticia cum vultu tuo delectaciones in dextera tua usque in finem. Item gaudebunt

[2] quia evaserunt vite presentis miserias propter quas plorabant. Ps. Convertisti planctum meum in gaudium mihi conscidisti saccum meum et circumdedisti

[3] me leticia. Item gaudebunt quia vicerunt inimicos suos scilicet tres carnem mundum et demonia. 1 Par. 20. Reversi sunt in Jerusalem cum leticia magna eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis.

[4] Item gaudebunt de conversione peccatorum. Luce 15. Gaudium erit in celo super uno peccatore penitenciam agente. Item gaudebit unus

[5] quisque de gaudio et beatitudine alterius. 1 Cor. 12. Si gloriatur unum membrum gaudent omnia membra. Et ergo gaudent sancti et hoc gaudium eorum non est momentaneum sed eternum. Ysa. 41. Qui redempti sunt a domino revertentur et venient in Syon laudantes et leticia sempiterna super capita eorum gaudium et leticiam optinebunt. distinctio 3a

[dist. 3] Tercio cum dicitur Mulier cum parit etc. adducit consequenter duo exempla et duo facit. Primo namque proponit similitudinem mulieris parientis. Mulier cum parit tristiciam habet. Nullum enim animal tantum dolet in partu sicut mulier prout dicitur in libro de generacione animalium quia venit hora eius. Hora

[illegible]

scilicet quia etiam pacior. Cum autem peperit puerum maius gaudium est de puero quam de puella. Iam non meminit pressure doloris propter gaudium quia natus est homo in mundum. Dicitur mulier non recordari pressure quia actu non considerat de ea et si consideret non tamen cum tristicia. Vel ideo non meminit quia maius est gaudium in nato puero quam fuit tristicia in partu. Secundo similitudinem applicat apposito. Et vos igitur nunc quidem tempore presentis vite quod quidem tempus vite nunc dicitur quia comparatum ad eternitatem est sicut momentum et instans quod est brevissimum tristiciam habetis ad modum mulieris parientis quia isto modico tempore non videbitis me. Iterum autem videbo vos. i. secundum altissimum me vobis similem demonstrabo. Iterum mortuum et videbitis me resurgentem a mortuis et in regno celorum. Et gaudebit cor vestrum sicut mulier gaudet nato puero. Nec hoc gaudium erit sensibile quale est gaudium peccatorum et pecorum. Nec erit gaudium ymaginarium quale est gaudium dormiencium. Nec vicinius erit gaudium fantasticum quale est gaudium stultorum sed erit gaudium cordis intelligibile scilicet spirituale quale est gaudium angelorum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Stabile igitur et perpetuum erit istud gaudium quia nec homo nec angelus sed nec ipse deus tollet illud a sanctis. Job. 36. Non auferet a iusto oculos suos et reges in solio collocat in perpetuum et illic erigentur. Moraliter quia sancta ecclesia et tota fidelium congregacio gaudet mulieri parienti comparatur non quidem racione sexus quo vita sub carne intelligitur sed racione fecunditatis. Non enim viri sunt steriles sed fecundi. Deut. 7. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Cant. 4. Ascenderunt de lavacro omnes gemellis fetibus et sterilis non est inter eos. Pariunt autem triplicem fructum scilicet fructum operacionis. Eccli. Sapientes enim seminaria verbi celestis concipiunt virtute spiritus sancti desideria sancta et tandem verbo et opere fructificant exterius. Verbo quidem Prov. 10. Os iusti parturiet sapientiam. Opere Cant. 7. Videamus si floruit vinea.

ri flores fructus pariunt est quidem fide
lium sancte ecclesie ita quod sunt perfecti ut nove filios
filio xpo pariant spiritualiter per vitam doctrinam
et sancte orationis Dequorum uno fuit apostolus
Gal. 4. filioli mei quos iterum parturio donec
xpus formetur in vobis pr. Cor. 4. In xpo ihesu
per evangelium ego vos genui Secundo de istorum fuit
mater beati augustini de qua dicitur quod maiori sollicitudine
parturiebat eum spiritu quam carne
peperat cottidie lacrimas cottidie etiam
cottidie gemitus pro filio fundens adde uxor
Item viri sancti in tota vita parti dolores sen
ciunt in mundo parturientes quia multis premuntur
adversitatibus Jo. 16. In mundo pressuram habebitis
Tota enim presentis vita est quasi hora parturientis
Ro. 8. Omnis creatura id est omnis homo ingemi
scit et parturit usque adhuc et tandem in fine
istius hore viri sancti pariunt tunc adhuc modo
nascuntur quasi enim quidam partus est cum anima
exit a corpore unde sanctorum transitus secundum bedam
natalicia appellantur Et tunc homo novus homo
natus est in celo tunc est gaudium ut non sit
in eorum partu non erit quidem in eo sola
ita quod dolore afficiantur Recordabuntur enim
sancti tribulationum quas passi sunt per ores angustie
et absconditi sunt ab oculis meis Ecce ego
domini creo celos novos et terram novam et non
erunt in memoria priora et non ascendent super cor
Sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum

Vado ad eum qui misit me. Secundo quia dicitur prima
et neo ex vobis interrogat me quo va
dis Jo. 16. Duo ut dicit crisostomus sunt ad
quod homines maxime afficiuntur ad amicos scilicet
dilectione et ad inimicos odio Et hic affirmat
salvator in recessu suo a discipulis se venturum
promittens adventum spiritus sancti qui suos
in inimicos arguet et amicos de spirituali in
telligencia instruet de quibus agitur in presenti
euangelio quod in tres partes dividitur In prima namque
qua apostoli tristes erant de recessu eius pro
mittitur spiritus sanctus consolator In secunda uero quia
homines mundi xpm non receperunt eo predicatur
ipsius mundi reprehensio ibi Et cum venerit ille
In tertia autem quia discipuli verba xpi
comprehendere non poterant eis promittitur spiritus sanctus

missio ibi Adhuc multa etc. Circa primum sic
facit In prima namque parte salvator denunciat
apostolis suum recessum Vado dicit Vado in presenti
quia iam agebat de pane sua cum ista verba dixit
Exierat enim iudas de cenaculo et tractabat
cum iudeis ut traderet cum illis ipse xpus post
modicum temporis traditus fuit ad eum a quo ad
deum patrem qui misit me missio filii fuit
ipsius incarnatio Gal. 4. At ubi venit
plenitudo temporis misit deus filium suum
factum ex muliere etc. quod triplici via salvator
in redijt ad patrem scilicet via passionis resurrectionis et
ascensionis via quidem passionis fuit
gravis et amara plena doloribus Mt. 26.
Cepit tristis pavere et tedere et dixit discipulis
Tristis est anima mea usque ad mortem
Via autem resurrectionis fuit dulcis et iocunda plena
leticiis Ps. Letatum est cor meum et exultavit
lingua mea insuper et caro mea requie
scet in spe quoniam non derelinques animam meam
in inferno nec dabis sanctum tuum videre cor
ruptionem notas mihi fecisti vias vite adim
plebis me leticia cum vultu tuo via as
censionis fuit nimia gloriosa plena de
liciis Ps. Admirabile est nomen tuum in univ
ersa terra quoniam elevata est magnificencia
tua super celos etc. Dubium est quo xpus po
tuit ire ad deum videtur enim quod nemo vadit
ad eum nisi cum quo non est et a quo distat
adeo per quam cum quod anima xpi semper fuit
plena gratia et gloria videtur igitur quod xpus
nec per animam nec per quam incepit
ad patrem Dicendum quod sicut filius fuit
missus non deserendo patrem a quo mitte
batur iuxta illud Jo. 8. Qui me misit
mecum est Ita ipse filius dicitur redire ad
patrem cum quo semper fuit missus igitur
fuit filius non distans a patre et ita redijt
absque eo quod distaret Sed tamen considerandum est
quia licet in missione non requiratur dis
tancia in missi a mittente oportet tamen ad
fieri a mittente quod factum fuit in incarnatione
verbi Quia per assumptam humanitatem secundum quam
missus mundi fuit distancia filii a patre

[illegible]

nec videbat aliud esse quam homo et rediit filius ad patrem non quidem ipsam humanitatem quam dimittit apud deponendo sed duobus modis rediit uno modo secundum humanitatem quia tamen ante passionem vita adhuc vegetabili et sensibili vivebat que longe distat ab eo per humanitatem glorificata in sola divinitatis speculatione vivit. Alio vero modo rediit secundum divinitatem nam secundum hoc dicitur ad notitiam creature scilicet quod esset dei filius secundum naturam ac per hoc in cognitione creature qui solus homo credebatur rediit ad eam qua dei filius creditus est. In morte quidem demones cognoverunt quod erat dei filius videntes quod in sua morte redemisset genus humanum et expoliasset infernum. In resurrectione crediderunt discipuli. In ascensione vero angeli crediderunt. Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Quo non interrogatur ut dicit Crisostomus quia ita erant tristes de recessu eius quod demissis in terra vultibus nichil ei loquebantur. Vel ideo non interrogabat quo iret quia iam sciebat cum ire ad patrem. Circa principium enim sui sermonis dixerat eis Christus: Filioli adhuc modicum vobiscum sum; queretis me et sicut dixi iudeis, quo ego vado vos non potestis venire. Et tunc Petrus interrogavit eum: Domine quo vadis? Et dixit illi dominus: Quo ego vado modo non potes me sequi, sequeris autem postea. Et iterum dicit Christus quod vadit locum parare discipulis apud patrem et subdit: Et quo ego vado scitis et viam scitis. Thomas vero non dum intelligens verba Christi dixit: Domine nescimus quo vadis et quo possumus viam scire. Et tunc dixit Christus se ire ad patrem. Philippus volens certius scire quo ibat Christus petiit: Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Christus respondit: Qui videt me videt et patrem meum. Ergo discipuli post longam collationem habitam cum Christo de via sua iam sciebant quo ibat et ideo amplius cum de hoc interrogabant. Et ideo ponit discipulorum tristitiam. Sed quia hec locutus

[illegible]

sum vobis tristitia implevit cor vestrum. Videbat Christus discipulos suos ex verbis non solum tristes [illegible] sed et plenum tristitia. Triste quidem erat cor eorum quia predixit eis quod propter nomen suum traderentur essent extra synagogam iudeorum. Et eis predixerat persecutiones et quod totus mundus habiturus eos esset odio in tantum ut quicumque eos occideret crederet obsequium et sacrificium se facere deo. Sed illud quod implebat cor eorum tristitia est quia cum omnia ista passuri erant propter eum ipse tamen recedebat et absentabat se ab eis. Deinde ponit utilitatem recessus Christi. Sed ego qui sum veritas veritatem dico vobis expedit vobis ut ego vadam q.d. secundum Crisostomum. Et si multi es contristemini oportet tamen vos audire quia vado. Si me enim mecum vobis conversari et manere vobiscum non esset utile vobis. Unde subdit: Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos. Paraclitus interpretatur consolator et est spiritus sanctus qui ratione sue benignitatis consolatur in tribulatione positos. Cum ergo discipuli multas essent passuri adversitates, magnum habuissent detrimentum si spiritus sanctus ad eos non venisset. Sed quare quia spiritus sanctus non venisset ad apostolos si non recessisset. Secundum quod vult magister P. libro de C.a. Ymo tunc dicatur mitti nobis spiritus sanctus cum facit nos dilectores dei et proximi. Ipse enim spiritus sanctus amor est quo deum et proximum diligimus. Spiritualis autem amor non compatitur illum carnalem ad spiritualem amorem. Discipuli vero diligebant Christum carnaliter et spiritualiter quia fuit pulcherrimus specie, suavis colloquio, dulcis consilio et conversatione benignus. Unde presentia eius carnalis sic afficiebat animos eorum spirituali dilectione ut non surgerent ad divinitatem. Ideo si Christus sua presentia non subtraxisset non venisset ad eos spiritus qui spiritualis et intelligibilis amor est. Si autem abiero mittam eum ad vos ut consoletur vos in tribulationibus quas passuri estis et de absentia mea. [illegible] non poterit eis dare spiritum sanctum hic ponitur et secundum Augustinum quod poterat quidem

[illegible]

[illegible marginal annotations]

dare sed ipsi non erant capaces eum recipere quam
diu secundum carnem manebat apud eos. dist. secunda

Arguendo cum dicit Et cum venerit etc. denotatur mundi reprehensio secundum primum
secundum quod duo facit. primo premittit enim ea de quibus
mundus arguendus est. Et cum venerit ille spiritus
paraclitus qui benignius est omnibus. erit tamen
austerius inimicis arguet per linguam apostolorum
per linguam martirum et doctorum Mt. x. Non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis Act. ii. Loquebantur variis linguis apostoli
prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Mundum.
homines mundanos mundi amatores de peccato
de iustitia et de iudicio. Hec enim tria sunt de
quibus mundus dignus est argui. Arguitur
enim ab eis vel de commissis et hoc est peccatum vel de
omisso quod est iustitia vel contemptu quod est iudicium
inducitur enim ab ad bonum tribus modis vel
ostendendo peccati turpitudinem tamquam fugiendum est
unde Seneca Si scirem homines non visuros
nec deos punituros nec tamen peccarem propter vi-
litatem qui male arguunt non abhorrentes peccati
turpitudinem arguuntur de peccato. Alio modo aliqui
inducuntur ad bonum persuasionibus et aliorum
exemplis. Cum non istis non obstantibus
peccant arguuntur de iustitia. Tertio modo aliqui
mala dimittunt et bona operantur timore pene
extremi iudicii. Et qui iudicio dei non obstante
male agunt arguuntur de iudicio. Secundo
explicat sigillatim quare de istis tribus ar-
guendus sit mundus. Et quidem de peccato ar-
guet mundum quia mundani homines non cre-
diderunt in me. Sed ut dicit Aug. Aliud est
credere Christum esse et aliud non credere in Christum. Sed
ille credit in Christum qui sperat in Christum et diligit.
Et hoc solum peccatum pro ceteris ponit quia ut
dicit Aug. hoc manente cetera detinentur
peccata et hoc discedente cetera dimittuntur. Secundo
quod mistice totus mundus arguitur qui in Christum non
credit. Arguuntur iudei vocibus prophetarum ar-
guuntur sarraceni et pagani predicationibus
apostolorum facta enim sunt per filium dei tot et tanta
miracula in mundo isto quod mistice arguuntur
qui in Christum non crediderunt Jo. primo. In mundo erat
et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit.
Secundo quod magna cecitas quia mundus sicut
non cognovit opificem ita nec cognovit
eum qui in ipso erat gubernans et conservans mundum
quia ut dicitur Sap. 13. A magnitudine
speciei creature cognoscibiliter potest creator
videri. Et adhuc dei filius ut cognosceretur
fecit inusitata opera manne humana. Illu-
minavit cecos sanavit infirmos mundavit
leprosos suscitavit mortuos et innumerabilia
opera alia fecit que numquam alius facere potuit.
Unde mistice arguitur qui non crediderunt in eum
Jo. 14. Si opera non fecissem in eis que nemo alius
fecit peccatum non haberent. Nunc autem excusa-
tionem non habent de peccato suo. Non possunt excu-
sare se gentiles quia opera Christi nescierunt
quia in omnem terram exivit sonus eorum. De-
inde explicat quare mundus sit arguendus
de iustitia. De iustitia non arguet mundus
Secundo quia ad patrem vado et iam non videbitis
me. Dicet autem verba ista pluribus modis possunt intelligi
primo secundum Aug. Sicut quia iustitia credentium
est quia credunt in Christum quem non viderunt. Iusti
sunt igitur iusti credentes Ro. iii. Arbitramur
iustificari hominem per fidem sine operibus legis.
Et infra Credidit Abraham deo et
reputatum est ad iustitiam. Sicut quia fidelium
iustitia est vituperatio infidelium. Sic mistice
arguitur mundus si comparetur fidelibus cre-
dentibus in eum quem non viderunt quia no-
luerunt infideles credere in eum quem videbant. Alio
exponit Aug. Sicut quia dei filio ire ad
patrem fuit argumentum quod irreprehensibilem
vitam ageret et omnem servaret iustitiam unde
Mt. 3. Sic decet nos implere omnem iu-
stitiam. Arguendi ergo erant mundani
homines qui contra istam iustitiam de Christo dicebant
Hic homo peccator est et non est hic homo a deo.
Et alio modo potest sic intelligi quod arguetur
mundus de iustitia quia non pervenit ad
formam mortis Christi tamquam cum ipse Christus
ivit ad patrem et non est visus ultra. Vel
arguetur mundus quia nulla in eo pervenit
iustitia. Videmus enim quod alter supplantat
alterum et impii iustificantur pro muneribus

[illegible marginal annotations]

Et tollet iusticia ab hijs qui paciuntur iniuriam et hodie tenent pacem passiua iusticia cum potestas et totum id contingit quia xpistus iuit ad patrem et non videntur cum homines Si enim stetisset in mundo semper conseruasset iusticiam et timuissent homines potenciam eius aliter fuere iniusticia vero homines magis ista terrena quam celestia diligunt id mundo mundus arguitur de iusticia quia non seruant Col. 3. Que sursum sunt querite non que super terram Et quod preterit istum ubi sic intelligi arguetur mundus de iusticia persequendo xpistum iuste punitus est propter iniuriam xpisti Ipse enim iuit ad patrem et non comparet deinde explicat quare arguendus sit mundus de iudicio Deinde autem arguet spiritus sanctus mundum Quia princeps mundi huius i. dyabolus qui dicitur princeps quia preest capientibus peccatum cum hominum et angelorum suggestione sua cepit Apoc. 12. Cauda enim eius trahebat terciam partem stellarum celi et misit eas in terram iam iudicatus est Turpiter iudicatus dyabolus primo per Aug. hic de omnibus veteris et noue legis iudicatus est dyabolus reus in tantum saluatoris quia peccauit mortem eius quam procurauit Et per eundem sicut Jo. princeps huius mundi iudicio dei eiectus est iudicio ignis eterni irreuocabiliter destinatus Et igitur princeps huius mundi destinatus est reus et iudicatus in tanti saluatoris argumentum est amaciori quam mundani homines qui xpistum occiderunt iudicabuntur Et si princeps mundi dei iudicio eiectus est de dominio hominum arguuntur peccatores qui ei adherent et eadem statio perficiunt principem Et si princeps iudicatus est gehenne inferni multo amplius qui eum sequuntur iudicabuntur in eternum igitur arguuntur qui ita dei iudicium terribile non timent ii. Pe. ii. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus i. funibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reseruari quod terribile est ut non iudicet peccatores qui iudicium tale est ut dicitur eadem canonica quod angeli fortitudine et virtute maiores hominibus illud portare non potuerunt

Distinctio tercia

Ostenso cum dicitur Adhuc multa habeo vobis dicere permittitur discipulorum missio per spiritum sanctum et confirmatur primo enim tangitur discipulorum indispositio ad capienda verba xpisti Adhuc multa habeo vobis dicere Infinita enim est sciencia xpisti Sed non potestis portare modo Illud est dubium Unde dicit Aug. quod omnes viuentes in presenti vita non cognoscunt cum dicat Apostolus quod ex parte cognoscimus Et quid diu igitur sumus in presenti vita non possumus portare illa multa que dicat nobis xpistus sed tamen videbimus eum sicuti est facie ad faciem et similes ei erimus Vel secundum quod multa habebat xpistus dicere apostolis exponendo et declarando veritatem diuinitatis sue que postea congruit per spiritum sanctum Secundo permittitur doctrina spiritus sancti Cum autem venerit ille spiritus veritatis Dicitur spiritus veritatis quia procedit a filio qui veritas est Et quia ipsa veritas est et eterna Et a verbo est omnis veritas unde ambo veritas agnoscuntur dicitur a spiritu sancto est docebit vos omnem veritatem Vel secundum aliam literam deducet vos in omnem veritatem omnem quidem veritatem docet spiritus sanctus in omnem veritatem deducit que talis sit et saluti proficua Et quod per spiritum sanctum sancta ecclesia vincat omnem mendacium erroris vel deducet in omnem veritatem in futura vita ubi tota veritas replebit intellectum beatorum Deinde probat quod spiritus sanctus omnem doceat veritatem Non enim loquetur a semetipso secundum quod dicit Didimus loqui in trinitate non est accipiendum secundum nostram consuetudinem sed per intellectum mixto forma et corporalis hic est ideo quod dicat Aug. Loqui spiritum sanctum est spiritum sanctum esse et quia non est spiritus sanctus a semetipso sed est a patre et filio ideo a semetipso non loquitur Sed quecumque audiet loquetur Secundum Aug. spiritui sancto audire est sciere Et licet origo sancti spiritus sit eterna sine tempore tamen significatur per tempus futurum quia omni tempore est talis origo Et quia noticia istius originis futura erat in congregacione fidelium Et est attendendum quod spiritus sanctus non loquitur a semetipso quia a semetipso non est sed quecumque audit quia audit ab alio et ita spirituales homines a se ipsis non loquuntur sed agunt instinctu spiritus sancti Act. ii. Repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur prout spiritus sanctus dabat eloqui illis Tercio ponitur

[marginal addition, lower right column:] q[illegible] ad [illegible] non [illegible] [illegible]

futurorum demonstrato per quod ut dicit Crisostomus eleuauit mentem discipulorum quia nichil est audibi-
liano [illegible] qua scire futura Et que uentura
sunt annunciabit uobis hoc adimpletum est
in prophetis noui et ueteris testamenti qui per spiritum
futura annunciauit et hec futura sunt status ecclesie
quod preuiderunt apostoli et maxime Johannes in Apocalipsi persecu-
tionibus et exaltatione ecclesie prophetauit vel
ista futura sunt gaudia celestis patrie que spiritus sanctus
reduxit in memoriam apostolis cum pateebat forte
per confessionem nominis Christi. Certo pono Christi clarifi-
catio Ille me clarificabit Ille aliquis clarifi-
cat qui claritatem Christi manifestat Cristus autem
prius quam ueniret spiritus sanctus non erat apud homines
in claritate diuinitatis quia solum homo credebatur sed
ueniens spiritus sanctus illuminauit mentes discipulorum
ostendens eis claritatem Christi in qua equalis est deo
patri et ulterius fecit ut ipsi apostoli clarifi-
carent Christum laudem et gloriam eius toti mundo
predicantes de quibus dicitur psalmus viij. Qui
elucidant me vitam eternam habebunt Quia de
meo accipiet Id est a me accipiet et sibi esse
et procedere Accipere est proprie spiritus sanctus accipere a Christo ut
aliquis quod ipse non sit quod datur intelligi quod ipse
procedat a filio et hec est causa quare spiritus sanctus clarifi-
cat filium quia claritatem suam filius accipit
tamen sit ei equalis in diuinitate Sic non licet
accipit spiritus sanctus temporaliter a filio sed ab eterno
Christum tamen quod accipit ab eterno temporaliter nun-
ciauit apostolis unde dicit Et annunciabit uobis
Illud enim quod accipit spiritus sanctus a filio scilicet diuini-
tatem sic est altum et super omnem intellectum quod nisi
annunciatum spiritu sancto adnotatum Christus nullus
posset attingere &c. Dominica v^a^ distincio prima

Amen amen dico uobis si quid petieritis
patrem in nomine meo dabit uobis &c. Jo.
16. Secundum quod dicit Crisostomus in isto peteritis ne-
gligentia reprehenditur ubi dedantis maxima non
dubitatur Ecce quanta est dei misericordia qui non solum
paratus est libenter petita sed etiam rogat et hortatur
nos ut petamus pro ut continetur in presenti euangelio quod
membra per tres diuiditur. In prima agitur de ce-
titudine exauditionis nostrarum petitionum. In secunda
premittitur aptitudo contemplationis in moris ibi hec
in prouerbiis. In tercia exprimitur deuota confessio
fidei discipulorum ibi Dicunt ei discipuli &c. Wecorde
s. i. contemplacionis atque confessione fidei per Christus

[illegible]

christus loquitur Circa primum autem inducit quibus ex
uotum petitiones nostras deo porrigere. Primum
est ueritas pollicentis per quam efficitur consequi
postulata Juramentum enim Christus qui mentiri non
potest quod deus pater dabit quicquid petieritis in
nomine eius unde dicit Amen amen i. uere uere
dico uobis per ueritatem enim iurauit Christus quia
ueritas est ita ut dicit Apostolus Hebreos vj. Omnes ho-
mines per maiorem sui iurant Cristus uero
quia non habet maiorem per semetipsum iurat.
Genesis 22 Per memetipsum iuraui dicit dominus
Assumit autem iuramentum ad confirmationem eius quod in-
credibile posset uideri ex sui magnitudine
Quia non quibusdam posset esse dubium deum
preces omnium nostrorum exaudire Jo. sub iura-
mento hoc Christus premisit. Et non semel tantum
sed bis iurauit dicens amen amen ut intelligatur
duplici iuramento stet omne uerbum Item iura-
uit per potentiam uel maiestatem suam sed per
ueritatem quia iuramentum dei confirmat ueritas
nisi autem uerum sit confirmat quod admodum ipsa ueritas
te ut tale iuramentum infallibile dei ueritate
ostendat Deinde ostendit eorum conditiones obser-
uandas in petitionibus nostris. Prima est quod illud
quod petitur uerum sit quia ad hoc michil unde dicit
Si quid hoc est si ad petentis petitis illud
quod sit uerum eius Quidam enim petunt uana
et inutilia et talia deo loquuntur que nollet
homines audire Contra quos dicit Seneca
primo libro epistola x. adulescentulum sic uiue cum hominibus
tamquam deus uideat. Sic loquere cum deo in
oratione tamquam homines audiant. Quidam non
bona petunt sed superflua ut diuicias
honores et potestates quales fuerunt illi zebe-
dei filij qui petebant sedere ad dexteram Christi et
sinistris et respondit illis nescitis quid
petatis. Quidam non petunt mala et pernicio-
sa ut mortem et dampna proximorum autem
ut detur eis facultas peccandi. Jacobi 4.
petitis et non accipitis eo quod male peta-
tis ut in concupiscentiis uestris insumatis Et
ideo cum non sit ua encia non cadunt sub
petitione Illa autem uera sunt bona que sunt nec-
cessaria salutis que ut dicit Augustinus Licet hec
medama ad finem in comparacione tamen uere bonitas
in petenda est nichil sunt. Unus igitur obmissis

quod vero adeo non sunt. ¶ Considerandum est que sunt illa vero ad que adeo petenda sunt. Nam aliud non oportet adeo petendum quam quod ipse salvator docuit nos petere in oratione dominica Matthei vi. ubi septem ponuntur petitiones speciales quarum quinque sunt ad divina que etiam ex eis prime tres ordinantur ad promotionem boni unde dicitur Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum et sanctificatur nomen divinum in corde generatum per fidem et veneratio nominis eius. Tres vero ad remotionem mali. Suprema petitio boni bonum regni celestis ultimum scilicet bonum nostre salutis quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit unde dicitur Adveniat regnum tuum. Adveniat scilicet nobis et quia bonum hoc est adipisci per bonas operationes dei voluntate implendo, ideo in secunda petitione petitur voluntas bona ut iuste operari possimus unde sequitur Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Jo. 9. Si quis [?] voluntate eius audiet nos. Quarta [?] non adiuncta operationi exterioribus bonis temporalibus adiuvantur ideo [?] tertia petitio Panem nostrum cottidianum da nobis hodie in qua petitione omnia bona temporalia concluduntur dum tamen proficiant ad salutem. Duabus autem petitionibus contra malum prima petit remotionem mali culpe in presenti quod est peius omnibus [?]. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Secunda vero petit remotionem temptationis voluntate propter periculum culpe perpetrandum quia labium in culpam cum consentitur. Et ne nos inducas in temptationem. Tertia autem et ultima petit liberari ab omni malo pene cum postponitur Sed libera nos a malo sive illud sit malum pene eterne sive malum temporalis angustie cuiusmodi sunt adversitates infirmitates et cetera. Notandum [?] nostre petitiones iste merito digne sunt exaudiri maxime [?] supervenit illi petitioni qua petitur salus eterna ut scilicet regnum dei in nobis perveniat. ¶ Secunda petitio est quantum ad circumstantias actus petitionis cum dicitur Peccavit [?]. Petere enim est actus appetitus unde petitiones nostre debent esse cum magno desiderio et appetitu. Item quia nemo appetit nisi ad id intendat ideo nostre petitiones debent esse

cum intentione non quod ad [?] fiunt labiis [?] sed corde longe sumus a deo Ysa. 29. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Item quia appetitus est rei non habite et ab alio expectatur ideo petere debemus cum humilitate et reverentia. Ultimo quia appetitus est rei necessarie ideo nostre petitiones debent esse cum instantia et omnia tangit Apostolus Phil. 4. In nullo solliciti sitis [?] nisi ut ad solum deum referatur intentio sed in omni oratione quantum ad reverentiam et obsecratione quantum ad instantiam cum gratiarum actione quantum ad desiderium petitiones vestre innotescant apud deum. ¶ Tertia conditio est cui petitur quia deo patri unde dicitur Pater noster. Nomine patris tota sancta trinitas potest intelligi a qua sumus conservati et gubernati [?] in oratione dominica dicimus Pater noster qui es in celis ibi ut dicit Augustinus libro de trinitate tota trinitas intelligitur pater et filius et spiritus sanctus. Vel dici potest quod ad personam dei patris omnes petitiones sunt referende eo quod ipse sit origo et fontana omnis influxus divini et spiritualis ut dicit Dyonisius in libro de divinis nominibus. Jac. primo. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Sed per hoc videtur quod nulla petitio sit facienda filio aut spiritui sancto vel etiam angelis et sanctis dei. Et tamen ad filium loquens beatus Stephanus dicit Domine Jhesu accipe spiritum meum. Ad spiritum sanctum loquens Ezechiel ait Veni spiritus et insuffla super interfectos istos et reviviscant. Ad alios vero sanctos ecclesia loquitur Omnes sancti et sancte dei intercedite pro nobis. Dicendum quod duplex fit petitio alicui vel tamquam datori vel tamquam intercessori. Primo [?] tamquam datori et hoc modo soli deo fit oratio et petitio quia ipse solus dat ultimum bonum quod petimus et quecumque alia ut ad tale bonum ordinantur. Huius autem petitiones [?] fiunt ad patrem quia licet omne nostrum bonum equaliter secundum eandem virtutem sit a patre et filio et spiritu sancto tamen quod hoc bonum sit a filio et spiritu sancto habet filius a patre spiritus autem sanctus a patre et filio. Pater vero quia est principium non de principio habet hoc a se ipso. ¶ Secundo modo fit alicui petitio tamquam intercessori ut nostre petitiones exaudiantur et hoc

[illegible]

[illegible]

[illegible]

mo secundo oramus et eorum provincia et ploramus
Quarta conditio petitionis est ut attendatur in qua
forma fiat et forma eius ut petamus in
invocatione nominis Christi unde dicitur In nomine Jesu
nomine fit omne opus dictum ad patrem unde versus
Per dominum dicas patrem cum presbiter orans Ex
quo secundum Crisostomum patet quantum sit virtus
nominis Christi quia non visus neque rogatus
sed solum nominatus aput patrem facit mirabilia
Et est sciendum quod triplex fuit causa quare in nomine
filii dei facimus petitiones deo patri Prima causa
est unitas dilectionis quam pater habet ad filium tanta
est ut quid quod in nomine ipsius petitur pater exau-
diat Secunda causa quia dei filius removit
causam que nostre petitiones essent inexaudibiles
videlicet iniquitates petitionibus et invocantibus
Tercia causa est quia ipse rogavit pro nobis pa-
trem ut nostre petitiones exaudiantur Johannis xvi.
Quarta causa est quia per Christum patuit nobis hoc
bonum postulandum quod est gratia et vita eterna Johannis
xvii. Gratia et veritas per Jhesum Christum facta est. Ex ista
forma petitionis non excluditur persona spiritus sancti
Primo quidem ratione primi Spiritus enim sanctus
est caritas et divinus amor quo pater et filius
mutuo se diligunt Et ideo qui petit in nomine
filii ratione dilectionis qua habet filius ad patrem
petit etiam in nomine spiritus sancti Item qui petit in
nomine filii ratione remotionis impedimenti petit
et in nomine spiritus sancti quem effudit in nos habunde
quia non fuit amotum tale impedimentum
peccati nisi per spiritum sanctum qui emundat sua sanitate
omnem peccati maculam ad Titum 3. Salvos nos
fecit per lavacrum regenerationis et renovationis
spiritus sancti quem effudit in nos habunde Item ratione tercii
petendo in nomine filii includit spiritum sanctum quia
ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in-
enarrabilibus Romanos 8. et Galatas 4 dicitur Misit
deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem
abba pater Item ratione quarti quia licet Christus
nobis meruit spiritualia bona tamen accipimus
ea benignitate spiritus sancti Ephesios 1. Signati
estis spiritu promissionis sancto qui est pignus here-
ditatis nostre in redemptionem acquisitionis in
laudem glorie ipsius Quintam autem ponit petitionis
conditionem quod sit salutare petentis
patrem in hac scilicet nomine Christi. dabit vobis

ipse enim est solus dator quia quicumque alius
dat ab ipso habet quod dat per hoc enim ipse ab alio
accepit quod det Romanos xi. Quis prior dedit ei et retribu-
etur ei et cetera. Item dat autem deus liberaliter
quia sine spe retributionis fuit danda bene-
ficio quia bonorum meorum non eges Item magni-
fice dat quia non parva sed maxima dona
ut esse videlicet virtutes et beatitudinem ii. Petri i.
Maxima et preciosa nobis promissa donavit
ut per hoc efficiamini consortes divine nature Item
dat habundanter quam petimus Ephesios 3. po-
tens est omnia facere super habundanter quam petimus
aut intelligimus Jacobi i. Dat omnibus af-
fluenter et non improperat Item dat optime et ideo
dicit Augustinus quedam petentibus non negantur
sed ut congruo dentur tempore differuntur Per hec vi-
dabis illis esse meliora tuo optimo et ideo
differuntur ut petentis animus ea magis
desideret quia habitata ea audiens custo-
diat Et est sciendum quia ut dicit Augustinus quod
omnes sancti exaudiuntur pro se ipsis non autem semper
exaudiuntur pro aliis. quia non absolute dictum
est dabit sed dabit vobis Legimus enim primi
Regum 2. Samuelis lacrimas et orationes quas
fundebat pro Saul rege non fuisse exaudi-
tas sed nec quas quod peccavit sancti pro se ipsis datum
est illis nam petiit apostolus a se removeri sti-
mulum carnis nec exauditus est quia illi
stimulus erat ei in perfectionem virtutis unde
ex omnibus dictis recolligitur est hoc quod omnes
sancti pro exaudiuntur pro se ipsis si petitum quod
salutarium sit Sextum quo provocamur
a deo petere est necessitatis postulantis Quamdiu
dum enim Christus fuit cum apostolis non erat eis
necesse petere Eo vero ad patrem vadente
oportebat postulare necessaria unde dicit
Usque modo quamdiu corporali presentia fui
vobiscum non petistis quicquam in nomine
meo quia nichil vobis defuit Luce 22. Quando
misi vos sine sacculo et pera et calcia-
mentis numquid aliquid defuit vobis At illi dixe-
runt nichil. Conveniens ergo erat ut Christo
corporaliter recedente inciperent petere
a deo patre cui eos Christus commiserit Johannis xvii.
Pater sancte serva eos in nomine tuo quos
dedisti michi ut sint unum sicut et nos Cum
essem cum eis ego servabam eos in nomine

[illegible]

tuo quos dedisti mihi ego custodivi nunc autem
ad te venio. Tercium quare petere debemus
est largitas tribuentis que tanta est ut non solum
sit paratus petita tribuere sed et ut petamus nos
hortatur. Petite et cetera. orando et accipietis. Mat.
21. Quecumque orantes petitis credite quia
accipietis. Cum enim tria sint bona misericordie s.
elemosina ieiunium et oratio. Oratio autem alia duo ex-
cellit. Est enim facilior velocior delectabi-
lior deo propinquior et efficacior. Facilior quidem
est. Esto enim quod debilis vel egrotus non possit
ieiunare nec pauper etiam dare quilibet
autem potest orare unde glossa super illud Justus autem
miseretur et tribuet. Semper est ad quod det iustus
saltem orationem et si non ore tamen corde si iustus
est. Item quia est velocior quia in instanti per-
transit celum usque in conspectum dei. Psalmus Intret in
conspectu tuo oratio mea. Ubi glossa Magna in-
quid virtus pure orationis hic notatur que
quasi ad deum intrat et mandata peragit quo
caro pervenire nequit. Item est delectabi-
lior unde Cassiodorus super psalmum Suavissima
est orationis armonia quam audit deus. Ore lo-
quitur unde Augustinus super psalmum Oratio tua locutio est ad deum.
Quando legis deus tibi loquitur quando oras tu cum deo
loqueris. Item est deo propinquior. Qui enim orat
quasi facie ad faciem deum sibi presentem constituit. Eccl.
34. Oratio humiliantis se nubes penetrat
et donec appropinquaverit non consolabitur. Unde Ca-
ssiodorus Oratio sibi presentem facit quem videre non p-
valet ad penetralia iudicis pectoris admit-
titur et vultus in respicitur non quieta trepidi-
nibus. Item est efficacior quia omnia in voce
impetrantur. Eccl. Non discedit oratio a con-
spectu dei donec aspiciat altissimus. Unde
Augustinus Oratio si pura et casta fuerit celos pe-
netrat et vacua non redibit. Quarto pe-
tendum est a deo ut nostrum gaudium impleatur.
Ipse enim solus nostra potest implere desideria.
Unde subdit ut gaudium vestrum plenum sit.
Jo. 14. Hec locutus sum vobis ut gaudium
meum apud vos sit et gaudium vestrum im-
pleatur. Non ut dicit Seneca 50 ep.
ad Lu. Cum omnes homines tendant ad gau-
dium sed unde magnum et stabile gaudium
consequantur ignorant. Quidam querunt enim gaudium
s. vacuum quod est temporalis affluencie. Quidam
enim gaudent in quinijs et cupiscencijs

Quidam non in acquisicione pecuniarum ut avari
sed vacui sunt quia cor semper remanet va-
cuum. Quanto enim plus habent tanto amplius in-
digent. Unde Crisostomus Citius satiari posset quam
divitiis omnis arena maris quam census ha-
bundet avarus. Quidam autem gaudent in potestatibus
et honoribus sicut ambiciosi et superbi. Isti videntur
esse pleni. Gaudium sed veraciter vitrice sicut vesice
plene vento quietum vacua est. Omnes isti tam
luxuriosi tamen avari quam et superbi istis mundanis
replentur et tamen credunt se esse plenos cum vacui sint.
Decipiunt enim eos ut dicit Seneca oblec-
tamenta brevia et fallacia sicut ebrietas
que unius hore hylarem insaniam longi temporis
tedio pensat. Ysa. 29. Sicut sompniat
siciens et bibit et postquam fuerit expergefactus la-
ssus adhuc sitit et anima eius vacua est sic
erit omnis multitudo eorum. Secundum gaudium
est semiplenum s. spiritualis gaudii hoc gaudium
licet imperfectum sit tamen verum gaudium est et est
gaudium sanctorum in presenti vita que habent de deo
cognicionem spe et dileccione ipsius gaudent
cum cognicione unde Jo. 20 Gavisi sunt discipuli
viso domino. Sed hoc gaudium non dum plenum
est quia non videmus aperta facie sed specu-
lacione et ymaginacione et miserere luceat nobis
divina claritas tamen revelata et obscura. Item ga-
udent sancti in spe perveniendi ad claram visionem.
Ro. 12. Spe gaudentes. Sed hoc gaudium
non est plenum propter duo. Tum quia ista spes ni-
mis differtur. Prov. 13. Spes que differtur
affligit animam. Tum est quia sic sperant quod
non sunt de sua beatitudine secura. Item gaudent
sancti et delectantur in virtute et dileccione dei. Gal.
5. Fructus spiritus est caritas et gaudium. Huic
modo nec iocunditas presentis vite est comparabilis.
scilicet intime dileccionis esset pure gaudium
illud purum est unde Rychardus de contemplacione
ca. 78. O dulcedo mira. O dulcedo tam
magna. O dulcedo tam pura quo enim non
magna que mundanam omnem excedit quo
non pura que de illa plenitudine vix scintilla
modica decepit ista dulcedo. Sed aliquem ra-
ptum et subito perrapiatur sic mentem afficiat
ut totum hominem extra se rapiat et quum
cum captus esset apostolus dicit Sive in corpore

sunt x. ex corpus nescio deus scit. Et Aug(ustinus) x. conf. 21 ca° Aliquando intromittis me domine in affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem que si perficiatur in me nescio quid erit quod vita ista non erit. [illegible] huius dulcedinis frater quidam sensit cum admirandi gaudium celestis patrie destinatam et ad cum una avicula decantans paradisi melodias quam iste secutus est ex monasterium quoddam in extasi per tres producentos annos manens in silva qui revelante ave ad abbatiam redijt et [illegible] cognitus ibi receptus est. Tertium gaudium est plenum scilicet celestis patrie quod est beatorum declara visione veritatis. Unde de perfecta beatorum de suavi dilectione Augustinus x. conf. ca° 23. Beata vita est gaudium de veritate hoc est enim gaudere de te qui veritas es. Anselmus prosologion ca° 14. O qui hoc bono fruetur quid illi erit et quid illi non erit. Certe quicquid volet erit et quod nolet non erit. Hoc gaudium plenum erit capacitate quia omnes vires anime quantum gaudij poterunt capere tantum possidebunt. Plenamque gaudio erit capacitas intellectus ex aperta visione vultus dei. psalmus Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Plena erit memoria gaudio ex presentia dei. Baruch 4. In verbo sancti gaudentes dei memoria. Plena erit voluntas gaudio ex intima dei dilectione. psalmus Replebitur gaudio os nostrum et lingua nostra exultacione. Item hoc gaudium erit plenum perpetuitate. Nulla enim tristicia miscebitur gaudio visionis presentie aut et amoris. pa. 12. In gaudio eius non miscebitur extraneus. Et hoc tanquam anima esse tota tendet in deum ita ut nichil gaudium eius possit diminuere. Aug. x. conf. ca° 28. Cum inhesero tibi ex omni me nusquam erit mihi dolor et labor et viva erit vita mea tota plena te. Item hoc gaudium perpetuum securitate quia nec per invidiam nec per potenciam aliquis poterit tollere. Jo. 16. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Item erit hoc gaudium plenum eternitate. Non enim erit momentaneum sed stabile et eternum. Ysa. 60. Ponam te in gaudium in generationem et generationem. Suges lac gentium et mamilla regum lactaberis. Octavum gaudium est superaffluens scilicet unde non gaudet enim deus pater in filio et spiritu sancto et spiritus sanctus in patre et filio [illegible] gaudium unum est divinum scilicet beatitudo que non est aliud ab eis sed hoc est eis gaudere quod esse. quod gaudium cum infinitum sit non est dubium quin superfluat et super et superhabundet omni creature gaudio [illegible] gaudio angelis et sanctis omnibus emanat gaudium beatitudinis eorum quod participatione illius superfluentis et infiniti omnes sunt beati. Mt. 25. Euge bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium domini tui. [illegible] intra gaudium dei omne creature gaudium continetur. Distinctio 2a

Distinctio 2a

Secundo cum dicitur Hec in proverbiis locutus premittitur apta contemplacio [illegible] facit. Primo enim ostendit tempus quo sunt esse manifestatius. Hec scilicet quidem locutus sum vobis usque modo in proverbiis locutus sum vobis. Est autem proverbium locutio in qua aliud dicitur et aliud intelligitur et tunc dicitur proverbium quasi positum pro verbo et loco alterius locutionis. Hoc autem proverbium est quando sic aliud dicitur aliud intelligitur quod tamen verum dictum est [illegible] intelligentiam alterius et tunc proverbium. Ex quo patet quod omnis parabola est proverbium sed non omne proverbium est parabola. Manifestum est autem quod Christus multa locutus est discipulis suis in proverbiis et parabolis quia discipuli adhuc carnales sunt similitudinibus corporalibus non poterant divina intelligere. Marci 4. Talibus multis parabolis loquebatur eis prout poterant audire sine parabola autem non loquebatur eis. Sed quia quod datum est eis nosse parabolice hoc erat datum apostolis perfecte intelligere ideo subdit Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis. Hec hora potest accipi vel pro illo modico tempore quo Christus post dicta verba fuit cum apostolis statim enim annunciavit eis de patre dicens Ipse enim pater amat vos. Vos Et item exivi a patre et veni in mundum. Et multa alia ponit statim consequenter ca° Et per hoc dicit sed palam de patre meo annunciabo vobis. Jo. 17. Pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Alio modo

secundum Crisostomum hora illa qua Christus palam an-
nunciavit divina apostolis fuit tempus illius
quando per dies xl disputavit cum eis loquens
de regno dei. Alio modo secundum glossam hora ista
in qua manifestabitur divinitas et quam videbimus
eum sicuti est in vita eterna. Unde sciendum quod quam-
diu sumus in presenti vita solum in proverbiis loquitur
Christus. Proverbium primum est divina eadem in textibus verbis
et scripture apostolorum et cum tradit divina proverbia prima
illa varia verba que non sunt in presenti verbum
sed accepta per verbo et aliquis elevat se ut
intelligat divina per verbum quod est in mente et
ista ita intelligunt divinum verbum per verbum quod
est in mente dei verbum et iste est secundus quando
contemplationis [illegible] verbum vocis divina insinuata
intelligitur. hec est in vita beata quando dei verbum
quod in ipso dei verbo videbimus. Hec est illa hora
nunquam deficiens quando excluso omni proverbio ipse
dei filius palam annunciabit nobis de patre.
Unde glossa. Tercio modo. Palam de patre annunciare
se asserit quia propter Filium tue maiestatis
sive patrem a quo ipse genitus est nec inpar
ostendatur et a quo vero Spiritus sanctus coeternus
procedat ostendet. Quarto modo ponitur quod est quando tam
manifeste visioni in illo quando dies eterne
claritatis quo post appellabat hora tunc
eternitatis et claritatis. In nomine meo
petetis. Petere uno modo idem est quod interrogare
et querere. In illo igitur die eterne claritatis secundum in-
terrogabit in nomine Christi quia non in sono
verborum sed in ipsa re verbi dei conspicient
quecumque interrogaverint. In dei filio sunt omnes
thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Ideo di-
citur secundum interrogare id quod nesciunt sed quia
cognoscent eorum que vident in verbo dei. Nec
est enim mirabilis secundum [illegible] sed [illegible] est eis accipio
sed auxilio ideo adeo in veritate eius interroga-
dicitur omnibus enim illa res aliqualiter
cadit in quo est tam notata ex nobis est. Licet
enim dici posset quod non omnia sciant quod nesciunt
in verbis tantum in nomine ipsius quando in eo petunt.
Respondit sufficiencia. Quarte hac viso
Et non dico vobis quia rogabo patrem de
vobis quod explicat potest intelligi. Primo modo
dupliciter quia ipse Christus secundum quod homo licet
oret pro nobis patrem iuxta illud Hebreorum a.

salvat in perpetuum potest accedens per semetipsum
ad deum semper vivens ad interpellandum pro nobis.
sed tamen tunc manifestum erat alicui quod ipse est dei
filius eiusdem maiestatis cum patre quibus est
ut magis deus non rogabit pro nobis patrem sed
simul cum patre rogantes exaudiat. Alio modo
potest intelligi quod sanctorum civitati in vita eterna non
est optimum quod Christus pro eis roget patrem quia
nulla ibi est indigencia. Alio modo potest intelligi
quod est dum sanctorum civitati in presenti vita non oportet quod Christus
pro eis roget quia si Christi rogamine ex dilectione
quam habent ad ipsum merentur exaudiri a patre. Ipse enim
pater amat vos quia ut dicit apostolus Dilexit
nos cum inimici essemus. Et duas tangit rationes
istius amoris. Prima est quia nos me amastis.
Et consequenter tangitur quo verum sit quod ideo nos pater
amat quia filium dileximus cum in prima Johannis ca. x.
dicitur Diligamus deum quoniam ipse prior dilexit
nos. Et dicendum in veritate quod non ideo diligit nos
deus quia eum diligimus sed e converso ideo eum diligimus
quia ipse nos diligit. Verumtamen quia a patre et a fi-
lio eius quod patrem et filium diligamus et deus diligit
opera sua ideo nos suos dilectores amat. sed tamen hoc
ipsum quod diligit nos amatores suos in nobis non
faceret nisi enim quod faceret nos amarent. Secundam di-
lectionis rationem assignat ex fide. Et credidistis
quia a deo exivi. Crisostomus. Cavet a patre
intercessionis necessitate. profitetur de filio fides quia quod
adeo exiverit credit atque amat et suscipiam ideo
audiri meretur. Exaudicionis enim principium.
fides est. Unde salvator Omnia possibilia sunt
credenti. Tercio ponitur summa fidei. Exivi
a patre. s. per eternam generationem quae quidem exitus est
eternus absque ulla innovatione. Neque enim prius
cessit filium quam exivit filius a patre absque separa-
tione. Ita enim a patre exit quod filius est in patre et
pater in filio. Exivit absque diminutione quia
non sic exit filius a patre quod aliquid diminuatur de
patris substantia sed tota substantia est in patre totam in filio nec
amplius in duobus quam in uno. Unde Hylarius
.vi. de trinitate. Non per consuetudinem humanam partus deus
ex deo nascitur cuius a deo exitio potius quam
partus est. Est enim unus ex uno non est portio non
est defectio. non est diminutio non est derivatio non
pretentio non passio sed virtutis nec ex virtute
natum deus ex deo exiens non est alienatio
dei nomine etc. non enim ut esset cepit ex=

met[h]o s[ed] expectamanente texisse significatum
est natum non inchoacionis Dem tangit in
carnacionis fidem Et veni in mundum carnem
s. assumendo ex virgine Jo. p[rim]o In p[ro]pria uenit De-
m tangit patris [et] triuus fidem Item relinquo
mundum moriens cum reliquit mundum quia vitam
humanam non vivit Resurgens cum reliq[uit] mundum
quia tunc vivebat huius vitam corporalem et passi-
bilem tamen illa vita erat separata a quam vita hominum
Dem tangit vita j ascensionis et vado ad pa-
trem cum ad patrem in ascensione qui fuit assump-
tus in celum et sedet ad dexteram dei m[arci] 16.

Terc[i]o cum dicitur Dicunt ei **Distinctio ij**
tangitur deuota fidei confessio ubi tria facit
primo cum ponitur inspiro discipulorum Dicunt ei
discipuli eius Ecce nunc palam loqueris primo
quidem locutus fuerat xpistus palam i. publice
Jo. 18. Ego locutus sum mundo palam ego semper
docui in synagoga et in templo in quo omnes
iudei conueniunt et in occulto locutus sum nichil
Item non loquebatur xpistus palam i. clare et aperte Eccl[esiastici]
39. Ipse palam faciet disciplinam doctrine sue et
prouerbium nullum dicis Consuetudo amicorum est
adinvicem recedendo absque ulla uborum duplici-
tate mutuo corda manifestant quod observavit
xpistus recedens ad discipulos quando in prouerbijs eis
loquebatur in hoc quod palam dixit cum patrem disci-
pulos amare et quod adeo veniet et rediturus in
mundum Secundo profitentur sapientiam xpisti et dei filio
asseritur Nunc scimus quia scis omnia Scientia sci-
entis signum est clare et lucide loqui ut possit
alios docere Sapi[entie] ix. Emitte sapientiam
de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue
ut mecum sit et mecum laboret et sciam quid ac-
ceptum sit apud te Sic enim omnia intelligit et no-
scit opus ut quis te interroget quia antequam
interrogetur nouit quod interrogaturi velint Nec
enim interrogantibus sunt nota deo corda ho-
minum quia scit omnia antequam fiant Et
tercio confitentur xpisti originem In hoc credimus
quia a deo existi quia solus deus scit occulta
cordium et ipse ista nota filio dei asseritur qui
de sapientia dei patris occulta cernit uerum narrat

Recumbentibus xi. dis- In Ascensione domini
cipulis apparuit illis ihesus m[arci] 16. hoc
idem legitur Luc. 28. Ascensurus xpistus ad pa-
trem mandauit **in Vocacione, Vigilie Dominice**

discipulis dicens Euntes in mundum universum p[re]-
dicate evangelium omni creature Hanc nos die crastina
die non aliud evangelium predicare intendimus quia
glorie ascensionis domini est ipse Jhesus qui predicatoribus
dedit mandatum digne nobis de se ipso loqui
concedat quoniam ut verbis utar Aug[ustini] non de aliquo
alio loquimur nobis nisi de illo qui in omni opere verbo
loquebatur omnibus nobis ipse est sit auctor nostri
sermonis qui est largitor nostre salutis et
ut nobis concedat loquendi facultatem virginis
matris eius suffragium salutacione ange-
lica humiliter imploremus dicentes Aue
maria gratia plena **Distinctio prima**

Recumbentibus xi. discipulis &c. Cum pa-
trem familias contingit ad aliam
regionem transire tunc mandata promit-
servis suis qualiter domum suam et familiam
suam certam ac omnia usque dum venit debeant
gubernare Saluator est noster hodierna
die celestem regionem ascendens fidelium ac
familiam relinquens in terris dedit precepta
discipulis ut per multiplicando fidelium numerum
verbis et operibus ipsius mundi nomen diuulgarent
De quo agitur in presenti evangelio quod in tres partes di-
uiditur In prima namque parte ostenditur quibus
verbis ante suam ascensionem xpistus fuit discip-
los allocutus amicabiliter et graciose Secundo
quo in celum fuit mirabiliter assumptus et gloriose
ibi Et dominus quidem ihesus &c. Tercio quod per dis-
cipulos ipsius sermo fuit completus fide-
liter et studiose ibi Illi autem profecti &c. Circa
primum considerandum est Quorum unum est apparitio
salutaris ubi considerandum est quod de ista a-
pparicione aliqua verba sunt dubitabilis Aug[ustinus]
namque dicit quod ista apparitio de qua loquitur
marcus hic est eadem illi apparicioni que
facta fuit in secundo die resurrectionis dominice de qua
loquitur Luc. et Jo. Cui obuiare videtur quia
Jo. dicit illi apparicioni thoma non interfuisse
marcus non dicit quod xi discipulis apparuit xpistus
Magister autem in historiis sco[lasticis] videtur velle quod
ista apparicio sit eadem illi de qua loquitur
mattheus quod xi. discipulis xpistus apparuit in galilea
ad montem ubi constituit illis ihesus In nulla
enim apparicione inuenitur magis xpistum exprobra-
sse duriciam cordis discipulorum et dix-
isse illis Ite in mundum universum predicate

ecclesiarum omnium erant qui crediderant et baptizati
fuit. Et etiam manducat cum eis dixisse eis
eos qui crediderint hec sequentur in nomine meo
etc. Que verba refert marcus xvi. dixisse in hac
apparicione. Ut hec apparicio videtur esse eadem illi
Et hic non videtur concordare quia marcus dicit
hanc apparicionem fuisse novissimam i. novissimo
die festum quo xpus fuit in terra. ait enim sic
Novissime recumbentibus xi. discipulis apa-
ruit illis ihesus. Unde videtur esse secundum quod hec apparicio
de qua loquitur marcus non sit eadem illi que facta
est in sero die resurrectionis prout est dicat aug. Secundum
aliam exposicionem magis sentire videtur. Nec
rursus sit eadem illi quam apparuit in galilea
sup monte prout est in magistri sup [illegible]
dere. Sed ista apparicio sit nova ab omnibus
apparicionibus factis. videlicet in die ascensionis prout
dicunt aug. glossa et magister in hystoria atque
in glossa sup marcum. potius sentire videtur
post resurrectionem suam per xl dies antequam celos as-
cenderet. Eodem est quod multociens discipulis a-
paruit secundum quod legitur in actibus apostolorum
quibus discipulis prebuit seipsum post passionem
suam in multis argumentis per dies xl
apparens eis et loquens de regno dei. Unde
Jo. dicit quod multa signa et post resurrectionem fecit
xpus in conspectu discipulorum que non sunt scripta
in libro hoc. tamen ecclesiastice obmissis ceteris apparicionibus
decies eum apparuisse dicunt. primo marie magd.
ploranti ad monumentum. marci 16 et Jo. 20.
Secundo mulieribus redeuntibus de monumento
que tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum
math. 28. Tercio petro sed ubi et quando nesci-
tur. Luc. 24. Quarto duobus discipulis eun-
tibus in castellum. marci 16 et luc. 24. Quinto
congregatis discipulis absente thoma in sero
resurrectionis. Luc. 24 et Jo. 20. Sexto post dies
viii. eisdem apparuit presente thoma Jo. 20.
Septimo discipulis vii. apparuit in piscacione
ad mare tyberiadis Jo. 21. Octavo in
monte thabor in galilea xi. discipulis
apparuit math. 28. Iste omnes apparitiones ante
diem ascensionis facte leguntur. Ipso vero die
ascensionis bis eis apparuit semel scilicet re-
cumbentibus discipulis in cenaculo. Unde-
cim enim discipuli habitabant in cenaculo
in monte syon quod prius fuerat palacium

.dd.| in quo manducavit xpus pascha cum dis-
cipulis ante passionem suam. Certi vero discipuli et certe
mulieres habitabant circumquaque per diversa hospi-
cia. Et recumbentibus in eodem cenaculo xi dis-
cipulis apparuit illis ihesus quia magis erant
exprobrandi de incredulitate et duricia cordis quam
alii magis etiam quia commendandi erant de veritate resurrectionis
cuius testes erant adeo ordinati per universum
orbem. act. 1. Unde virtute magna reddebant
apostoli testimonium resurrectionis ihesu xpi domini. Ut forte dici
potest quod licet soli xi. discipuli tamen cum eis atque
alie sancte mulieres quibus omnibus recumben-
tibus xpus apparuit. Et non quod manducantibus
discipulis xpus cum eis manducavit ut legitur
in actibus apostolorum et hoc propter duo. Primo quidem
in signum dileccionis quia cum amplius non
erant visuri in carne ideo ante quam recederet
manducavit cum eis quasi amici cum ab
invicem debent separari simul manducant
et bibunt. Secundo ideo cum eis manducavit ut
veritatem carnis sue demonstraret. Tunc enim
maxime se debebat ostendere non esse alienum
quando ultimum signum sue resurrectionis erat.
ostensurus veritatem carnis maxime ostendit
comestio quia enim veram carnem non habet comedere
non potest. Unde angeli in assumpto corpore vere come-
dere non poterant. Et ideo angelus ad thobiam 12 ca.
Cum essem vobiscum videbar manducare et
bibere sed ego invisibili cibo et potu utor qui ab
hominibus videri non potest. Et hoc est quod dicit
glossa Comedit xpus et ascendit ut videlicet per effectum
comestionis veritatem pateferet carnis. Unde
considerandum quod illa comestio vera fuit et non
fantastica. Cibum enim ipse sumpsit dentibus
frangit. masticavit et qualitates percepit sa-
porum. atque cibum ipsum traiecit in stomachum quia
enim sufficiunt et requiruntur ad veram comestionem
Sed tamen in eo non fuit comestionis effectus. Effectus
enim comestionis est ut per digestionem cibi sub-
tiliora ipsi materie et ossa atque sanguinem
convertantur grossiora vero emittantur. Neutrum autem
istorum fuit in xpo post resurrectionem. quia cibus ille
non quem sumpsit non per digestionem sed virtute divina
nec materie eam sed in aliam speciem con-
versus est. Secundo ponitur exprobracio discipulorum
Sic enim comedebat cum eis tamquam fami-
liaris amicus quod tamen cordis eorum duriciam ex-
probrabat palam velud liberalis correptor

vn dicit Et exprobrauit exprobrare enim est repre-
hendere vituperare quia arguit increpauit verbis
incredulitatem eorum quantum ad ceccitatem mentis
quia auditis et visis xpisti resurrectionem non credebant Et
duriciam cordis quia tot miraculis signis resurrectionis
ostensis tarde credebant Et quia hijs qui viderant
eum resurrexisse a mortuis non crediderunt Re-
surgentem quidem xpistum a mortuis nemo eum
vidit hominum resurrexisse viderunt angeli
vidit maria magdalena viderunt sancte m-
ulieres a monumento venientes viderunt et
discipuli euntes in emaus Et quia apostoli non
crediderunt hijs qui eum viderunt nisi et ipsi viderent
ideo merito de hac incredulitate et cordis du-
ricia reprehenduntur maxime quia ut dicit
augustinus quia gentes credituri erant eum resur-
rexisse quem non viderant auditu apostolorum predica-
tione qui non crediderant videntibus nisi et ipsi vi-
derent vnde dixit thome quia vidisti me thoma
credidisti = Considerandum est que fuerunt ista verba
exprobracionis que xpistus hoc dixit apostolis
Et forte talia fuerunt aut similia qualia
dixit discipulis euntibus in emaus O stulti et
tardi ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete
Nonne oportuit tamen sed angeli mulieres et viri discipuli
Ideo autem ut dicit glossa tunc discessurus in
crepauit eum corporaliter eos reliquit ut verba
que recedens diceret in corde audientium arcius
impressa remanerent Et secundum ieronimum exprobrauit
duriciam cordis lapidei ut succedat cor car-
neum caritate plenum = Quare non discipuli
sic fuerunt tardi ad credendum xpisti resurrectionem dicit glossa
duas causas esse Vna quidem racione infirmitatis
eorum non dum sic erant perfecti vt mirabilia dei
opera cognoscerent Secunda causa est racione future
nostre firmitatis sicut dicit leo papa Non permi-
sisset deus tamen suos discipulos dubitare
de resurrectione nisi eorum dubitacio nostre fidei fuisset
confirmacio vbi glossa sed dubitauerunt quemadmodum que-
libet nostrum dubitare potuisset Leo glossa
mihi dubitauerunt ipsi et dum dubitacio eorum
tollitur certis argumentis resurrectionis consequens est
ut omnis nostra dubitacio sit remota vnde ideo
gregorius papa dubitatum est ab illis ne dubitaretur
a nobis minus enim michi maria magdalena pre-
stitit que citius credidit quam thomas qui diu
dubitauit Ille enim dubitando vulnera cica-
tricis tetigit et de nostro pectore dubietatis vulnus

amputauit Cum non exprobrasset et increpasset eos
vel discipulis precepit eis ne ab ierosolimis
ne discederent Luce 24 Vos autem sedete in ciuitate
donec induamini virtute de alto Ubi voluit
quod expectarent promissionem patris quam audistis inquit
per os meum promissio namque spiritus sancti erat promissio
patris quam propheciare xpistus promisit spiritum sanctum mitti
apertius in apostolos Johannis 14 paraclitus autem spiritus
sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos do-
cebit omnia Hanc autem promissionem iterum re-
petit dominus Johannes quidem baptizauit aqua vos
autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos
dies Nec autem voluit predicari nisi quando
spiritum sanctum acciperent qui eos instrueret de
veritate sicut eos confirmauit ut non timerent
nomen ipsius coram regibus et potestatibus huius
seculi predicare Ipse enim sanctus omnium est arti-
fex omnem habens virtutem omnia prospiciens
Sapientie primo His autem dictis cum sexta hora in
refectione completa precepit eis ut omnes e-
grederentur de ciuitate ad montem oliueti versus
Bethaniam que sita est in latere eiusdem montis
non longe ab ierusalem vno miliari et hoc est
quod dicit lucas Eduxit autem foras in betha-
niam statim quasi euanuit ab oculis eorum Et
hec nona apparicio domini scilicet prima duarum que
fecit in die ascensionis = Secundo ponitur que
discipulis xpistus officium imposuit in sequenti
apparicione illa statim post comestionem vnani-
miter egressi sunt de ciuitate omnes apostoli cum
discipulis et matre domini gloriosa atque sanctis
mulieribus et tota credencium multitudine per
ut [struck] dominus venit Bethaniam
in monte oliueti Iste enim mons secundum bedam
luminis erat mons eciam luminum quia de nocte
ex parte occidentis illuminabatur igne templi
qui erat iugiter ardens matutini mane
non ex parte orientis primo excipiebat ra-
dios solis antequam illustraretur ciuitas gerebat
et copiam olei quod est fomentum luminis Iste mons
Danielis 11 dicitur sanctus et inclitus situs est
duo maria Et eius quidem est secundum glossam
propter diuinam habitacionem inclitus propter ascensionem eius
Est autem situatus inter mare tirenum ex
parte occidentis et mare mortuum locum
scilicet illum ubi submersa est sodoma ex parte o-
rientis ubi etiam diu quieuissent apostoli cum
maria matre domini et ceteri credencium

multitudine. expectantibus illis salvatoris
adventum ecce subito in medio eorum iterum apparuit
duo et dicentes quid qui queritis quod celos vellet
ascendere diximus. Domine si in tempore hoc re-
stitues regnum israel. zelabant enim adhuc vel
carnales pro temporali regno iudeorum quod translatum
erat ad gentes. Dominabantur enim alienigene
iudeis unde desiderabant quod regnum ipsum naturam
iudayce restitueretur. Tale enim est ut quilibet
desideret sui regni magnificentiam et libertatem
Sperabat autem aliquorum discipulorum fidelitas quod cum
xpistus venisset in carne ut regnum iudeorum
in statum pristinum restitueret unde Luc. 24. dixerunt
discipuli euntes in emaus. Nos sperabamus
quod ipse esset redempturus israel. Et respondens illis
dominus dixit Non est vestrum nosse tempora vel momenta
que pater posuit in sua potestate quasi diceret ad nos non
pertinet scire futura que in sola dei disposicione
sunt posita de quorum numero est restitucio regni
israel in iudaycam illam ipsum regnum restituendum est
non carnaliter sed spiritualiter quod iudei credent in xpistum
circa finem seculi qui fuit verus rex eorum
Luc. 1. Regnabit in domo Jacob in eternum
Interim non ante finem seculi regnum israel resti-
tuendum erat in fide credencium de quo subdit Et
accipietis virtutem spiritus sancti supervenientis in
vos Ecce iterum apostolis spiritum sanctum repromittit.
Et eritis mihi testes. Testes autem domini eorum veri-
dicos esse oportet et constantes Et necessaria illis
erat virtus spiritus sancti qua instruerentur et con-
firmarentur. hoc non testimonium xpisti fuit in ierusalem
et in omni iudea et samaria et usque ad ultimum
terre Unde in omnem terram exivit sonus
eorum. Et hec cum dixisset cum quidem debent esse
testes subiungit Et dixit eis Euntes in
mundum universum predicate euangelium. Euangelium est bona
annunciacio. Nulla non est melior annunciacio
quam eorum que pro nostra redempcione xpistus fuit
operatus et salutis documenta que dedit et vite
eterne vite premium quod promisit. Hec vero
omnia predicanda fuerant usque in mundi consummacionem
Mt. 24. predicabitur hoc euangelium in universo or-
be in testimonium omnibus gentibus et tunc ve-
niet consummacio. Subiungit autem quibus pre-
dicandum sit euangelium. Omni creature omni creature
nomine intelligitur homo secundum Gregorium. quia ho-
mo habet ad omnem creaturam s. esse cum lapidibus.
vivere cum plantis sentire cum animalibus

et intelligere cum angelis quia per quamdam similitudinem
homo dicitur minor mundus quasi omnem creaturam
continens. Et secundum eundem homo dicitur omnis creatura
quia per ipsum post omnes nacionem gencium designari
Cum ante xpisti passionem mandatum fuisset apostolis ne gen-
tibus predicarent ob incredulitatem iudeorum post
xpisti resurrectionem mandatum fuit ut in omnes gentes euangelium
divulgarent Mt. 28 Euntes docete omnes
gentes Vel secundum Theophilum predicandum est euangelium
omni creature i. credenti et non credenti Et notandum quod
euangelium solempniter in ecclesia in loco eminenti
ut palam ab omnibus audiatur Ysa. 40. Super mon-
tem excelsum ascende tu qui euangelizas syon
exalta in fortitudine vocem tuam Legitur autem
versus aquilonem ubi sita est in fine ubi predicacio
euangelii ad nos devenit Luc. 24. Predicate euangelium
in omnes gentes incipientibus ab ierusalem Le-
ccionem euangelii premittitur dominus vobiscum
quia adest dominus fidelibus qui credunt euangelio
Mt. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummacionem seculi Item incipit euangelium
v. crucibus impressimus quarum prima signatur hic est
liber crucifixi in principio euangelii Mr. 1. Inicium sancti euangelii
ihesu xpisti filii dei. Altera crux signatur in fronte
ubi thau signum domini signatum fuit quod neque
constanter nomen domini publice predicemus. Altera crux
sit in labiis ut ore confessio sit ad salutem. Quarta
sit in pectore ut corde credatur ad iusticiam. Quinta
fit in tota facie ut apta faciem gloriam domini
percolemus. Item ponit duplex premium et primo
credencium Qui crediderit per fidem opera ostendendo
vera enim fides per opera est quod non ei quod verbis dicimus
operibus consentimus Et baptizatus fuerit Non
enim sufficit credere ad salutem nisi adsit re-
generacio baptismi Jo. 3. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare regnum
dei salvus erit Et cum aliquis credens salvari potest
ut excludit baptismus necessitatis articulus
tanta enim est fidei necessitas et efficacia quod
nullus unquam hominum salvatus fuit aut sa-
lvabitur nisi in fide eadem enim fides precedencium
et sequencium quia illi enim salvati sunt in fide veni-
turi nos in fide preteriti quam illi qui credebant futurum
nos credimus iam venisse secundum quod dicit augustinus
in libro de ... Alterum premium est incredulorum quia se-
Qui non crediderit condempnabitur. Hebr. xi. Sine
fide impossibile est deo placere Et dicitis ergo

condempnantur pueri qui moriuntur qui credere non
possunt. Et est contra quod pueri baptizati decedentes
saluantur virtute gratie et fidei atque caritatis vir-
tutum que illis baptizatis infunduntur adeo sunt secundum
fidem eius virtute saluantur, sed usum fidei non dum
habent sicut et dormientes fidem habent sine usu.
Vel potest dici quod pueri baptizati saluantur in fide
ecclesie que credit pro eis et loco eorum quod ipsi non credere
possunt. Et ideo dicebat Augustinus quod iudei et gentiles saluari
possunt in fide ecclesie. Dico quod fides ecclesie nulli
non baptizato potest proficere ad salutem quia ut
dicit Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Item quilibet fidem suam
videt quod alterius tamen videre non potest. Secunda pars. Ponit signa
quibus credentes cognosci possunt vbi dicit Signa
eos qui crediderint hec sequentur, et sunt v. signa.
Quorum primum est eiectio demonum de quo subdit
In nomine meo id est virtute invocationis nominis
mei demonia eicient. Et luce x. dicitur quod
reuersi sunt lxxii cum gaudio dicentes Domine et
demonia in nomine tuo subiciuntur nobis. Secundum
signum est locutio diuersarum linguarum. Linguis
loquentur nouis quod patet in die penthecostes. Nam omnes
apostoli repleti spiritu sancto loquebantur variis lin-
guis Act. 2. Tertium signum est fugare ser-
pentes. Serpentes tollent id est auferent vel dis-
pergent. De beato paulo legitur quod draconem maximum
qui partes occidat expulit in desertum. Et beatus
Silvester draconem cepit. Quartum signum est non
pati nocumentum a mortiferis. Et si quid mor-
tiferum biberint non eis nocebit. De beato Iohanne
dicitur quod calicem veneni bibit sine nocumento.
Et de multis martiribus legitur quod plumbum liquefactum
et pix soluta et aqua bulliens fuit eis in
ore infusa nec tamen illis nocuit. Quintum signum
est sanare languentes. Super egros manus
imponent et bene habebunt. Act. 3. dicitur quod petrus
et Iohannes ascendentes in templum cum sanauit qui ex
utero matris claudus fuerat ipsius manum appre-
hensa erigendo. Et licet in primitiua ecclesia
ista fuerint signa credencium nunc non credentes
eadem signa operati sunt. Vnde Luc. ix. dixerunt
quidam discipuli xpo Preceptor vidimus quendam
in nomine tuo eicientem demonia et prohibuimus
eum quia non sequitur te. Et dixit ihesus Nolite prohibere
eum. Et quidam credentes sed talia operati sunt eadem
signa sed non eis profuit ad salutem. De quibus
dicit saluator Matth. vii. Multi dicent michi

in illa die Domine in nomine tuo prophetauimus et in nomine
tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtu-
tes multas fecimus et tunc confitebor illis quia
nunquam noui vos. Discedite a me qui operamini
iniquitatem. Sed nunc non presenti tempore non fiunt
talia signa a fidelibus et sanctis quod non proueniunt
ex defectu fidei et caritatis. Cum multi non fideles
et mali ea fecerint. Sed hoc ideo accidit quia ut
dicit Gregorius ista signa fuerunt necessaria in exor-
dio ecclesie ad conuersionem gentium et ad fundamentum
fidei. Nunc autem fides confirmata fuit ideo non est
necessarium uti miraculis. Secundo quia sicut in
primitiua ecclesia fides credencium ostendebatur
per ista signa ad literam intellecta ita presenti tempore
oportet cuiuslibet fidem eisdem signis ostendi
spiritualiter intellectis. Hec non signa sunt opera
sine quibus fides non proficit ad salu-
tem Iac. 2. fides cooperatur operibus et ex operi-
bus fides est consummata. Ex operibus iustificatur
homo non ex fide tantum. Primum spirituale credencium
signum est ut abiciat a se demonium si quod
in eis est peccatum. Nam anima peccatrix fit de-
moniorum habitaculum Apoc. 18. Babilon est
facta demoniorum habitatio. Eicitur autem demo-
nium per gratiam baptismi xpi nomine inuocato. Et post lapsum
primum eicitur demonium contritione cordis confessione
oris satisfactione et oratione cum ieiunio. Vnde Matth.
ix. Hoc genus demoniorum non eicitur nisi
in ieiunio et oratione que sunt prime opera-
Secundum credencium signum est loqui nouis
linguis ut si quis solitus erat scelerata
verba dicere dei verba loquatur. Prov.
quibus loquitur quasi sermones dei. Et si quis
fuit piger ad orationem nunc sit sollicitus
Ephe. 4. Loquentes vobismetipsis in psal-
mis et ympnis et canticis spiritualibus can-
tantes et psallentes in cordibus vestris
domino gratias agentes. Et qui talis prius
loquitur noua lingua quasi si ex barbara
lingua ytalicum seu latinum loquatur.
Tertium signum est credencium omnes fal-
sitates errorem a se et ab aliis auferre
et tunc cum nomine serpentes tollere quia
acutissimas habent linguas ad fallendum
Ps. acuerunt linguas suas sicut serpentes
venenum aspidum sub labiis eorum. Quartum
signum credencium est mortiferum

no consentire. Tunc quasi cum delectatione mortifera a
via aut avaricia vel venacione mente quasi
mortiferum bibit. Sed fideles ubi hoc mortiferum
magis corpus castigant et triacha spirituali con
nescunt cogitando Christi passionem tormenta in
ferni gloriam paradisi. Et quod in multis eis non obest
tale mortiferum sed magis corpus castigatur
.ij. Cor. 6. Ut castigati et non mortificati
Quintum signum est ut nunc opera pietatis
indigentibus exhibere et super egros ma
nus imponant et bene se habent. Egri namque
dicuntur eo quod aliorum subsidio egeant in suis ne
cessitatibus. Quicunque igitur impendunt nunc
opera vel reficiendo esurientes, nudos vesti
endo visitando infirmos, et recipiendo simplici
tes, subveniendo oppressis, consolando afflictos
aut quecunque alia nunc opera exercendo super
egros manus imponunt, id est nunc opera ut
bene se habeant. Prov. 30. Manus suas aperuit
inopi et palmas suas extendit ad pauperem.
Sexto igitur 4. satisfactorum per opera vivorum locu
tionum dispersio peccati detestacio et nunc operacio
sunt signa et miracula et beneficium quod ut dicit
Gregorius tanto maiora sunt spiritualia et electa
quanto per hec non corpora sed anime suscitantur.

Secundo cum dicitur et dominus. Dixit secunda.
Quidem Ihesus et tangitur ascensio salu
atoris et duo facit. Primo premittit enim post ascensi
onis modus. Et dominus quidem Ihesus postquam
locutus est eis unumquemque osculatus est
ex amore cordis intimo secundum quod dicit Ambrosius
in ipsa hodierna apostolis carum reliquit
patris oscula. Deinde valedicens eis e
levatis manibus ut dicit Luc. Benedixit
Item a filiis recedens eos benedixit ut dicit
Theophilus forte in hac benedictione virtutem
conservationem influxit usque ad spiritus sancti ad
ventum. Tercio super fratres adorante Ursa facie
ut dicit Damascenus libro 2. capitulo 2. Assumptus est
in celum elevatis manibus ferebatur in celum
et nubes suscepit eum ab oculis eorum quia
claritate candida nubis circumdatus est et a vul
tibus non est visus. Et tunc dum aspicerent
elevari in celum cecidit primi ad ocultu
tes. Ut dicit Luc. Super excelsa quoque celi
ut dicit Leo papa. Et enim corpus ipsius
sicut in sepulcro angustum paulo ante
conclusit angelorum cetibus inferunt. In

fima mortalitas mortalis natura transferunt.
Ascendit igitur dominus de monte oliveti in celum et
ut dicit Sulpicius episcopus in Chronica et
Ieronimus in glosa super actus. quod dum factum fuisset in monte
oliveti ecclesia ubi Christus ascendit locus ille
ubi steterunt vestigia pedum Christi ascendentis
numquam potuit continuari pavimento, sed marmora
expavebant in porta apponenciam, et pulvis ad
huc retinet vestigia pedum eius nec deleri
potest. Tunc considerandum est autem quod Christus ascendit
evidenter quia dum esset in medio apostolorum subito
cum elevasset manus in celum videntibus illis
et cetera. Secundo ascendit in alto quod patet
nullo exteriori obsequio aut auxilio. Tercio
corpus eius gloriosum penetravit omnes celos
absque divisione et fractura celorum. Quarto velociter quia
distancia quanta est in terra in celum subito pertransiit
ut esset super omnes celos. De quibus omnibus
ait Psalmus. Domine dominus noster quam admirabile
est nomen tuum in universa terra quoniam elevata
est magnificentia tua super celos. Quinto.
ascendit letanter quia exultantibus angelis.
Psalmus. Ascendit deus in iubilacione et dominus
in voce tube. Unde Augustinus. Ascendente Christo paruit
omne celum mirantur astra celi plaudunt
angelorum agmina. tuba sonat et letis
concinunt blanda modulamina chori. Sexto
Sexto ascendit honorifice quia comitabatur
a illa sanctorum corona corpora que surrexerunt cum
eo secundum quod dicit Augustinus in sermone. Primus et
ut dicit Ieronimus super Psalmum Omnes virtutes angelica
Christo venit obviam decantantes gloriam domini
et precedentes cum aliis virtutes clamabant
patet via deo venienti tibi occurrite reparate
celestia auditus et eternalis magistratus pateant
aperiantur etheree ianue et ternans odium valve
introibit rex glorie. Et dicunt angelice virtutes
Quis est iste rex glorie. Et respondent alie
dominus virtutum dominus fortis. dominus
potens in prelio ipse est rex glorie. Septimo ascendit
sublimiter quia super omnes celos super ecclesiam
angelicam Psalmus ascendit super cherubin et vo
lavit super pennas ventorum. Tercio quod plures fu
erunt ascensionis Christi. Primo namque ascendit
racione dignitatis corporis sui glorificati cui
non convenit nisi locus celestis. Secundo ascendit ad
confirmacionem fidei. Augustinus in sermone. Ascensio

[illegible marginal annotation]

domini catholice fidei est confirmatio. Et ascendit ut spem nostram erigeret ut speremus cum illo esse. Aug. Dominus noster ihesus xpistus dum iam humanam sedibus impetravit credentibus celum posse patere monstravit. Et ascendit ut caritatem inflammaret. Unde Gregorius. Oportet enim ut illuc xpistum corde sequamur ubi ipsum etiam corpore ascendisse credimus et si adhuc tenemur infirmitate corporis cum tamen sequamur passibus amoris. Et ascendit ut humanam naturam glorificaret. Unde Crisostomus. Ista namque cum a paradiso a cherubin custodiebatur hodie super cherubin cum magno honore susceptus est et natura cui audivit terra es et in terram ibis hodie iniit in celum terra et ymo super celos regnat. Et ascendit ut pro nobis patrem interpellaret. Heb. 9. Introivit in ipsum celum ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Jo. 2. Advocatum habemus apud patrem ihesum xpistum iustum et ipse est propiciatio pro peccatis. Et ascendit ut viam celestem nobis demonstraret. Michee 2. Ascendit iter pandens ante eos. Et ascendit ut celos nobis aperiret. Deut. 28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum scilicet celum. Et ascendit ut nobis locum in celo pararet. Jo. 14. Vado parare vobis locum. Et ascendit ut spiritum sanctum nobis transmitteret. Jo. 16. Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos et dum assumptus fuero mittam eum vobis. Et ascendit ut corporali presencia subtracta corde toto eum desideremus. Colo. 3. Que sursum sunt querite ubi xpistus est in dextera dei sedens. Unde Aug. in libro confessionum cap. 12. Noluit nobiscum diu esse et reliquid nos absit. tamen hic est et discessit ab oculis ut redeamus ad cor et inveniamus eum. Ascendamus igitur et nos, etsi non corpore corda tamen levemus quatenus ut nostrum dictum sit quod mentem nostram sursum trahat. quia ut dicit Aug. Multum dicam nostrum ascendit cum medico nostro. Unde ascendit corde miles quidam qui in partibus ultra marinis omnia loca in quibus salvator noster sollicite fuerat cum lacrimis visitavit. Et dum omnia sancta loca devote perambulasset ultimo venit ad montem oliveti unde xpistus celum ascenderat. Ubi post longam orationem cum lacrimis dixit. Ego domine ubique te requisivi usque dum venerim ad locum unde celum ascendisti non habeo ubi amplius te requiram. Iube igitur spiritum meum suscipi ut

ad dexteram patris te videam sedentem in gloria. Et his dictis spiritum sine dolore celo reddidit. Et ideo ponitur ascensionis gloria. Et sedet ad dexteram dei. Sessionem istam ut dicit Aug. in libro de symbolo non accipiamus corporaliter quasi in membris humanis deus pater sit signatus sed per dexteram illam possumus intelligi exaltacionem xpisti que super omnem creaturam hac die magnificatur. Et Hebr. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus quanto differencius pre illis nomen hereditavit. Et sedet ad dexteram propter honorem et gloriam dominii ut dicit Dam. 3 libro cap. 21. quos volumus honorare collocamus ad dexteram. Et sedet ad dexteram racione unitatis essencie cum patre. Unde Bernardus. Domino meo datum est singulariter ad dexteram sedere patris in gloria per coeternitatem consubstanciali generatione consimili maiestate non dispari eternitate non posteriori. Et sedet in dextera racione immense beatitudinis sibi collate ut dicit glosa. Ephes. Dextera enim perpetuitatem vite eterne significat ut dicit Gregorius. Et sedet ad dexteram quia gaudet in bonis potioribus patris collatum est enim illi homini maius quod nulli creature communicari posset ut sit verus deus. Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen. Et sedet ad dexteram quia sine sui mutacione est in illis patris operatur que per dexteram significatur. Et secundum Aug. sedet ad dexteram quia potestate accipit homo adeo ut veniat iudicaturus qui venerat iudicandus. Dextera enim significat iudiciariam potestatem. Sequitur. Sermo 3us.

Querendum cum dicatur. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem. Quid post ascensionem egerint apostoli qua studiose impleverunt predicationis mandatum. Cum vero assumptus esset xpistus in celum adhuc tamen discipuli suspensis vultibus sursum aspiciebant quoniam ubi amor ibi oculus. Ubi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. Et ideo celum aspiciebant quo recesserat dilectus eorum thesaurus. Se sustulerat cum quo intuentur in celum euntem illum, ecce duo angeli virili forma vestibus albis iuxta illos astiterunt qui et dixerunt. Viri galilei quid aspicientes statis aspicientes in celum. Quasi dicerent Expectatis ne quod

p̄venit ad vos sp̄us. Deinde duo addidit. Primo quidem ille celum ascendisset. hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Et statim indicatur. hic veniet in eadem carnis sue claritate maiestatis quam adhuc vidistis cum euntem in celum. Ex quibus auditis ab eisdem angelis reversi sunt omnes apostoli cum gaudio in ierusalem. Gaudebant enim de christi exaltatione. Tum quia verum esse cognoscebant quod de illo credidebant. Tum quia faciebat se esse electos amicos tam summe excellentis principis. Tum quia expectabant spiritus sancti adventum. Et est sciendum quod in primitiva ecclesia post christi ascensionem v. feria qua christus celum ascendit. erat ita celebris sicut dies dominicus et fiebat tunc processio in memoriam quo christus celum ascendente apostoli congressi fuerunt in ierusalem ad montem oliveti et inde cum gaudio in ierusalem redierunt. Et postea multiplicatis sanctorum festivitatibus celebritas illius diei dimissa est. Et recepto iam spiritu sancto apostoli per universum mundum nomen christi predicaverunt. unde subdit. Illi autem profecti predicaverunt ubique. Summa dixit eis: euntes in mundum universum predicate evangelium. forte ut dicat aug. predicatio eius non tamen per eos diffusa est sed et per successores eorum. Domino cooperante. Neminem enim ipse enim ipse operatur nichil nos operarem. ysa. 26. Omnia opera nostra operatus es domine. Et sermonem confirmante. confirmavit predicationis sermonem. Sequentibus signis. Que signa supra dixit. In nomine meo demonia eicient. Signis et sicut non confirmatum est predicacio tunc signis ita nec quelibet predicatorem sunt signis. Hoc operis consumacione oportet unum theophilus fiat domine ihesu christe ut nostri sermones quos tui virtute operante dicimus per opera confirmentur et actus ut tandem simus perfecti te cooperante tecum et te stabili te decet sermonum operum gloria cum patre in virtute dei et sapiencia in secula seculorum amen.

Cum venerit paraclitus. *Dominica infra octavas ascensionis* quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit etc. Io. 14. Quod dominica

veritas ad ... hoc dicens et ut si asserit possibilitas veritatis spiritus testes prescient. Quasi maxime de veritate catholice fidei nominis accidisse. cum annunciatores iudei pagani et heretici usque ad mortem sunt persecuti. Quia veritas semper manet et invalescit super omnia. Io. hic attestatur veritati nostre fidei quam et iniciter persecuciones et mortes semper legitur perfecisse. De hiis autem que passuri erant testes vere fidei agitur in presenti euangelio quod in tres partes dividitur. In quarum prima ostenditur quibus testibus catholica fides fuit confirmata. In secundo quantis adversitatibus ipsa veritas fuit impugnata. ibi hec locutus sum vobis ut non scandalizemini. In tercio quia hec omnia christi sermonibus fuerunt prenunciata. ibi. Sed hec locutus sum etc. Circa primum considerandum est quod sicut veritas fidei est super omnem humanum intellectum rationis investigationem ita eciam ut sola inspiratione divina comprehendatur. Sic eandem fidem defendere nulla virtus humana sufficit nisi spiritus sanctus huius fidei inspirator tribuat virtute et fortitudinem. Io. prima pars in tres partes dividitur. In quarum prima premittitur adventus spiritus sancti unde dicit. Cum venerit paraclitus. paraclitus grece latine consolator interpretatur. Et secundum quod dicit didimus spiritus sanctus consolator nominatur ab operatione quia eos quos dignos se reperit non solum ab omni perturbatione reddit alienos verum et incredibile quoddam gaudium eis tribuit sempiterna quippe leticia in eorum corde habitat quorum spiritus sanctus est habitator. Quem ego mittam vobis. Didimus. Iste meus consolator spiritus a filio mittitur non quidem ut minister sicut angeli prophete et apostoli sed ut mitti decet a sapiencia et virtute spiritum dei indivisa habentem cum eadem sapiencia et virtute naturam. A patre. Ista dicta a per modis possunt connecti precedenti clausule. Primo sic quem ego et filius a patre procedens mittam vobis. Vel aliter quem paraclitum a patre missum ego mittam vobis. Ita ut dicat didimus mittere filio spiritum veritatis filium scilicet mittit spiritus cum eadem voluntate patris et filii spiritus veniat. Vel sic quem paraclitum ego mittam vobis sed hoc ipsum quod eum mittam ego a patre habeo. Vel aliter quem spiritum paraclitum a patre procedentem ego mittam vobis. Unde subdit. Spiritum veritatis qui a patre

[illegible marginal note]

pcedit. Dicit aut sps veritatis sedm Crisost
ut ondat q sit fidedignus in multi cum va scie
tes vi no sut qua veritatis spm no hnt. Ez
iste sps veritatis va docet et vatces efficit
Pcedit aut a pre qua pre amante filiu vn
sydimq no dyxit in quid qui ab oipotete pce
dit sz a pre licet pr non sit alius adeo om
potente qua sedm pcate pris et intellcm
parentis ergo dicit sps veritatis est ut dicit
Teophylus. iste pcessus no e ex dei patris
cem. sz originalis qsistencia sps sci qua
pcede no e intelle sz expre nalem essencia
optinet. Nota q sps scus dicit qsolator et
dicit sps veritatis. Rone quide testificatice
veritatis. dicit veritatis sps. ut nlla adu
sitas p veritate timeat. Dicit paclitus q
e qsolator. Consolat aut sps scus devo
tos suos multipliciter. Primo quide tristes sua
ui pntia Sapi. 12. O qm suauis e dne
sps tuus in nobis. Ste tribulatos dulci col
oquio Eccli. 24. Sps meus sup mel dulcis
et hereditas mea sup mel et fauum. Ste qsolat
dubios pudenti qsilio ipse eni e sps qsilij et
pudencie alius e vita sp ait Ro. viij. Ingtq
tiuqz igi agendis ipe tbuit rtm qsiltu
Sz tm quida abeius diuitut qsilio. qm si
paupes fuint qsulut dyal dm acharon et
dyal dicit, ut ensinas faciat et apmas
Quida maliis opibus adsortilegia qfug
iut et incantatores. quibus dns qminatur
Ysa. 30. filij desertores ut faceris qsiliu et
no ex me et ordiremini telam et no p spm
meu ut addatis pcem sup pcem. Ste co
solat impotentes fortadiutorio Ro. viij.
Sps adiuuat infirmitate nram ipse eni
e sps fortitudinis and ivtute qua vincimus
adusa. Ste qsolat remitendo qcaliaz offensa
Ro. viij. Lex sps vite in xpo ihu libauit
me alege pcti et mortis dicit Sapi. p. Benignus
e sps sapie et no facilis e aduenua. Ste co
solat reuocando in p'stina qnam Ephesi. 2.
Accessu hemus adprem in vno spu ergo non
estis aduene et pegrini sz estis ciues scorz et
domestici dei. Ste qsolatur. Enos adoptu
do in fdei filios Ro. viij. Accepistis spm ad
optionis filiorz in quo clamamus abba pr
ipse eni sps testimonium reddit spui nro q

filij dei sumus. Ste qsolat pmissione celestiu
ephesi. p. Signati estis spu sco pmissionis
q e pignus hereditatis nre. Ste qsolat in alia
impuiti vita retribuendo aque gaudium future
glie 2a Cor. 3. Nos reuelata facie gloria
dei qtemplantes in eade ymagine transfor
mam. a claritate in claritate tanqua adni
spu. Ste qsolat deducendo ad vitam eterna ps.
Sps tuus bonus deducet me in tram rectam
qsilias sci sps qsolaces no pcipiunt qui mundanas
querunt qsolaces p. Cor. p. animalis homo
no pcipit ea q spus dei sunt. Primo ut dicitur
Ro. viij. Qui sedm carne sunt q carnis sunt
sapiunt qui uo sedm spm sunt q sunt sps
sapiunt. Ste no q sps scus dicit sps veri
tatis q omnem veritate induat Jo. 16. Cum
venerit ille sps veritatis deducet vos in
omne veritate. Est aut ut dicit Jo. ep'ts veritas
s. veritas vite veritas iusticie et veritas doctrine
veritas vite in hoc qsistit ut quilibz opere
q deo sunt placita. primo vadia et sibi
intoria e. Ps. 20. Memento dne quo ambula
uerim in veritate coram te et q bonum e coram te
tuis fecerim. Sedet thobia ley p. q in captiuitate
positus vita veritatis no deseruit ita ut oia
q potuit hre cu captiuis fratribus ptirent
Contra ista via veritatis agunt homines qui
aliena rapiunt primu offendunt se ipsos
pctis maculant. Ste qt ea agunt hoies p
pecte. Ste omis falsi amici. Socius enim
falle amiciciam. ppt pecunia sicut dicit in
Rethoricis. Isti no hnt spm veritatis sz dyabli
spm falsitatis qui ob inusta veritatis vita fuit
eos gaudere falsa vita ut tande ad ppetua
morte eos deducat. Secunda veritas e iusticie
de qua Osee. x. Seminate vos in veritate ius
ticia. Hec veritas iusticie in iudicio puadda
e Ysa. 42. Dedi spm meu sup eu et veritate
educet in iudiciu. In tronabili iudicio poita
cant doctrina et veritas. Exo. 28. et Sapie
p. Diligite iusticia qui iudicatis terram
Contra ista veritas iusticia agunt mltociens
aduocatores iniqui, testes falsi, aduocati, p ocasi
pui qsiliarij, scriptores falsarij, iudices in
iusti qui omis corrumpunt odio aut amore
aut pecunia aut timore vn pbi. Ista tior
adiu dilectio tcuq sepe solent. Hemi
nes pate sp iuis. Hoc eni frequentissime

iusticia tollitur quia innocentes condempnantur et iniusti prevalent ysa. 49. Conversum est retrorsum iudicium et iusticia longe stetit quia corruit in plateis veritas et equitas non potuit ingredi et facta est veritas in oblivionem et qui recessit a malo prede patuit. Tercia veritas est doctrine que in sana et vera doctrina fidei consistit malach. 2. Lex veritatis fuit in ore eius et iniquitas non est inventa in labiis eius. Contra hanc veritatem docent omnes qui sunt contrarii, ut iudei pagani et heretici. ro. Commutaverunt veritatem dei in mendacium. Item multi mali verbum contra hanc veritatem locuntur scilicet detractores adulatores irrisores susurrones et periuri. Et merito veritas verbi diminuta est et invaluit falsitas quia nesciamus cui verbo sit credendum ita ut vere dici possit Omnis homo mendax. hoc vicium pessimum est. Legitur quod quidam sapiens interrogavit de vita nepotis sui. Cui magister dixit nepos vester luxuriosus gulosus et latro lusor. Et dixit sapiens hec omnia de facili correctionem accipiunt. Set est ne mendax? Immo dixit magister mendacissimus. Exsuspirans sapiens iam magis decipitur correctione desperatio. Quarto spiritus sanctus quidem inducit in plenam veritatem. Io. vite iusticie et doctrine procedit a patre nec tamen excludit filium. Sic enim dixit Christus a patre procedere quod tamen dixit quod est spiritus veritatis. Est autem Christus veritas veritatis oportet sanctus spiritus amoris procedere. Et dicens quem non est amborum filius set ab utroque procedit. Et est tamen quia non procedit ut genitus set ut dei donum et nexus amoris. Item spiritus sanctus intrat a filio, nec tamen excludit quin intrat cum patre. quoniam est intrat set ipsum intrat cum intrat ut dicit Beda quando dilectores nos facit dei et proximi quia dilectio fit in nobis a tota trinitate. Sed cum deum diligimus quia ipse prior dilexit nos. Item spiritus sanctus dicitur a Christo ipso quia spirabit ubi vult spirat set tamen non venit sicut patre et filio cum mittitur quia tota trinitas per sanctum spiritum inhabitat corda nostra. Et ideo ponitur sanctus spiritus testis: Ille testimonium perhibebit de me. cordibus nostris fidei veritatem inspirando ut dicit Aug. Item dedit testimonium Christo quod esset in cale- fibus quia non erat ventus spiritus sanctus

[illegible]

in apostolos nisi ea ascenderet ut dicitur Io. 14. Item dedit testimonium Christo quod esset dei filius quando in nomine eius dabatur spiritus sanctus. Tercio ponit apostolorum testimonium Et vos testimonium perhibebitis quia ab inicio mecum estis. Ideo enim erant testes ydonei omnium que Christus fecit quia ab inicio ex quo cepit docere cum eo fuerant doctrinam eius audientes et miracula considerantes. prima Io. primo. Quod fuit ab inicio quod audivimus et vidimus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite hec annunciamus vobis. Considerandum est quibus testimoniis fides nostra a deo est fuit confirmata. Primo quidem perhibuit testimonium deus pater baptizato Christo et in transfiguratione domini. Mt. 3. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui ipsum audite. et prima Io. 5. Testimonium dei maius est quia testificatus est de filio. Item perhibuit testimonium spiritus sanctus qui sicut columba mansit super eum. prima Io. 5. Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Item ipse dei filius de se ipso dedit testimonium verbo et opere. Verbo quidem Io. 8. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso et testimonium meum verum est quia scio unde veni et quo vado. Opere et dedit testimonium de se ipso Io. 10. Opera que ego facio in nomine patris mei hec testimonium perhibent de me. Iste sunt tres persone perhibentes testimonium fidei nostre de quibus prima Io. 5. Tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus et hii tres unum sunt. Item angeli omnes dederunt testimonium quando Christo nato facta est multitudo celestis exercitus laudancium deum Luc. 2. Item celi luminaria que eo moriente obscurata sunt et terra que tremuit quo testimonia contra iudeos adducuntur. Deut. 30. Testes invoco adversum vos celum et terram. Item mare et aera quia venti et mare obedierunt ei Mt. 8. Item perhibuit testimonium omnis creatura Io. 5. Scrutamini scripturas ille sunt que testimonium perhibent de me. Item omnes patriarche et prophete prima pe. primo. Spiritus sanctus prenuncians que in Christo sunt passiones et posteriores glorias. Item ultimo omnes apostoli et quamplures post eos sancti fuerunt nostre fidei perhibuerunt testimonium Luc. 24. Vos estis testes horum etc. Testimonium fuit in verbis signis vita et morte. Verbis quidem testimonium fidei per apostolos fuit denunciatum quia efficacibus racionibus fide ubique testificati sunt. act. primo. Eritis michi

testes in omni iudea et in samaria et usque ad ultimum terre. primo petri 2. parati reddere rationem de ea que in nobis est fide et spe. Et eorum testimonium confirmatum fuit signis et miraculis marci 16. predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis hebreorum 2. Cum initium accepisset per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est contestante deo signis et prodigiis potentissimis et variis virtutibus. Item hoc testimonium fuit approbatum sancta vita apostolorum et honesta conversatione sanctorum. Si enim peccatores aut mali homines fuissent, eis credendum non esset, nec ideo tante sanctitatis et honeste conversationis fuit huius fidei testes, quod numquam sunt perfecti homines in veritate fuerunt. Unde ipsa eorum vita testimonium erat veritatis fidei actuum 4. virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri ihesu christi. Vere quidem magna virtute excellentissime namque erant vite et virtutis. Unde ibidem subditur. Et gratia magna erat in omnibus illis. Considerenius post apostolos quale virtutis erat testimonium testibus fidei. Ita martinus divisione clamidis testificatus est per largitatem. Gregorius hylarius et omnes sancti heremite testificati sunt per abstinentiam. Agnes lucia katherina agatha testificate sunt pro castitate. Et ante deficeret tempus quam enumerare possumus nostre fidei testes magnos et parvos pueros et puellas mares et feminas. Similes in sanctitate et morum honestate nulla umquam secta habere nec habere potuit. Unde ut dicit augustinus non est ibi virtus ubi non est vera fides. Item hoc testimonium fuit confirmatum morte apostolorum et martyrum, in magnum quidem argumentum nostre fidei quod tot milia martyres novimus quod penitus voluisse mori quam fidem relinquere testimonium. Actuum 20. Figura testificantis adducet mortem. Et eodem libro capitulo 2. usque ad mortem certa pro iustitia. Est enim signum quod probabat aliud esse vita, alioquin mortem utique non sustinuissent. Proverbiorum 14. sperat iustus in morte sua. Pro fidei testimonio crucifixus est petrus, paulus decollatus, stephanus lapidatus, andreas ustus, laurentius et innumerabiles diversis penis christi martyres. Manifestum est ergo ullo igitur modo sana fides contempnenda est pro qua tot milia militum christi novimus usque ad mortem pugnasse. Omnibus nato viriliter defendit regnum terrenum ex proprio regno milia nobiles usque ad mortem certaverunt. Et dicitur quod sicut manu forti acquisitum est ita nisi manu forti defenderetur non teneretur. Proinde quis est qui tantorum testimoniis adhuc dubitat credere quia omnia ista predicta sunt. Considerentur testimonium certe presentis temporis ut dicit augustinus libro de fide invisibilium. Constat enim quia in crucifixum credimus quo hodie tanta hominum multitudo deducta fuisset ut credere non quidem in aliquem magnum regem et principem sed in pauperem et humilem abiectum et crucifixum. Et quia a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Licet igitur mortui sint apostoli et martyres testimonium tamen vivit et in nobis evidenter apparet. Actuum 14. usque hodie sunt testes eius ad plebem. Propter quod vere dicere possumus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Hec testimonia servari debet anima nostra quia immobilia sunt omnibus que istis contradicunt. Credentes apparet veritate catholice fidei tante auctoritatis esse ut nichil adversus eam possit obicere quicumque gentilis iudeus hereticus et sarracenus. Et si aliqui conantur adversus fidem nostram aut eam nolle impugnare vel proficiunt quia evidenti signo innatum sunt. Tamen christi eo assistente in concilio coram summo sacerdote marci 14. ubi dicitur summi sacerdotes et omne concilium querebant adversus ihesum testimonium ut eum morti traderent nec inveniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant adversus eum et convenientia testimonia non erant. Vere nulla propter hec nullum testimonium nulla ratio nullus sermo est conveniens adversus christum et fidem nostram. Propterea astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius etc.

Distinctio secunda

Secundo cum dicitur hec locutus sum vobis etc. predicit quibus adversitatibus catholica fides erat impugnanda et tanta facit. Primo enim predicat apostolorum expulsionem. Hec locutus sum vobis promittendo spiritum veritatis paraclitum ut non scandalizemini, id est non perturbemini neque moleste feratis ea que ventura sunt vobis quia consolator spiritus consolabitur. Et subdit de qua tribulatione erant consolandi. Absque synagogis facient vos, id est eicient de iudayeis congregationibus tamquam scismaticos et malos homines propter nomen meum. Nam adhuc viguit preceptum quo posuerant sacerdotes ut si quis confitebitur eum christum esse synagoga fieret ut dicitur Johannis 9. Electi igitur sunt

[illegible]

fideles et rei heretice est omnis synagoga malignancium. Sunt enim iudei synagoge sue. Sunt heretici, sunt sarraceni et pagani a quibus omnibus fidelium congregacio separatur sicut rosa a spinis, lux a tenebris et granum a paleis. Unde ps. Non sedi cum consilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignancium et cum impiis non sedebo. Lavabo inter innocentes manus meas. Secundo predicit mortem discipulorum: Sed venit hora. Hic est tercia causa ignorancie ut omnis sive sit filius sive amicus et quicumque natus qui interficit vos. Mt. x. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte afficient vos et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Arbitretur obsequium se prestare deo. Iudei quidem interficientes sanctos credebant deo magnum facere obsequium, et sic apostoli dei erant inimici pro gentium; non credebat obsequi non deo sed sanctis diis eorum. Fili ad cesaris igitur interfectus sanctum est deo sacrificium et putaverunt ipsi sacrificati maritavi obsequi contum sed sacrificantes maledictionem dei incurrent. Et ideo in hoc sacrificio ipsum sacrificium non sacrificantes obsequenti sunt deo.
Tercio ostendit que persecutores sanctorum hoc facient: Hec facient vobis eiciendo de synagogis, persequendo et interficiendo. Quia non noverunt patrem neque me. R. Noli contristari de hiis adversitatibus ego habeo in manibus et me accipio quia non venit vobis ista passuri estis sed propter patrem et me. Quia illi non conveniunt cum cognovissent Christum et patrem eius deum nec eum crucifixissent nec apostolos nec sanctos eius occidissent. Sed hec ignorancia eorum peccatum non excusat sed accusat, non alleviat sed aggravat, non minuit sed augmentat quia ignorancie huius causa fuit rebelles spiritui sancto et incredibili doctrine veritatis. Distinccio tercia.

Tercio cum dicit: Sed hec locutus sum vobis, ostendit quod omnia ista vobis predixit. Sed hec autem dixi vobis de persecucionibus et morte mea. Locutus sum vobis adhuc vivens cum adhuc tribulaciones ille non erant sed iam incipit incurrere. Ideo ut venit hora eorum hora eorum ut dicit Aug. tenebrosa hora nocturna hora mali presenti eius peris sed hoc eorum tenebrose hora non obscuravit diem martirum. Unde prosus martir Laurencius dixit ad decium: Mea nox obscurum non habet sed omnia in luce in clarescunt. Reminiscamini ad memoriam reducatis. Quia ego dixi vobis sicut omnia vobis ventura cum adversa vos turbaverant.

Exceptis ista predixit eis. Primo ut dicat Aug. ne improvisa mala que cito turbaverunt animos eorum ignaros atque imperitos amplius terrerent. Ita secundum Gregorium minus iacula feriunt que previdentur. Nos tollerabilius mundi mala suscipimus si contra hec providencie clipeo munimur. Multum enim offendent animi adversa mundi super veniencia si ut adversi eadem contingere. Secundo ut dicat Crisostomus hoc ideo predixit eis ut ostenderet se providentem futura. Tercio ut idem dicit hec ideo illis predixit ne blandiens et adulator videretur promittendo blanda nec predicando adversa.

Si quis diligit. *De pent. in vespere evangelium.* me, sermonem meum servabit. Jo. xiiii. *Magister* Illius primo predicatoris et preceptoris summi spiritus sanctus igne caritatis lingwa predicationis accendat. Unde hodierna die legitur act. secundo: Et primis predicatoribus legem christianam apparuerunt dispartite lingue tamquam ignis sedit que super singulos eorum et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Sed in vanum laborat et ardens primo predicatoris nisi in corde audiencium sit spiritus sanctus veritatis magister. Unde Gregorius: Nisi spiritus sanctus cordi assit audiencium ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat doctoris lingua in vanum laborat. Sunt igitur spiritum sanctum paraclitum tocius veritatis magistrum invocemus dicentes: Veni creator spiritus mentes tuorum visita, imple superna gracia que tu creasti pectora. Ut ea que ad gloriam tante sollempnitatis et dici valeant et intelligi eo auctore qui sunt grata maiestati et tue saluti proficua. Ad que impetrandum inicium suffragium postulemus dicentes Ave maria etc.

Si quis diligit me etc. Ewangelium quod dicit. Aug. super psalmos: Duas civitates duo faciunt amores. Celestem Ierusalem facit amor dei, Babylonem infernalem facit amor seculi. Interroget se quisque quid amet et inveniet unde sit civis.

[illegible]

[illegible]

Salvator noster nolens fieri cives sanctos celestis patrie [illegible] hodierna die divinum amorem quem est spiritus sanctus misit in corda credencium quo ardentes amore licet adhuc peregrini superne civitatis illius cives efficimur. De quo agitur in presenti ewangelio quod in tres partes dividitur. Prima namque ponitur quam multipliciter sanctus spiritus sua virtute sanctificavit animos suorum predicatorum. Secunda quomodo dulciter eius affatus consolatur mestos de Christi absencia ibi Non turbetur cor vestrum. Tercio quam suaviter eius impetus egit ut Christus compleret patris obedienciam ibi Iam non multa loquar vobis. Circa primum est sciendum quod sicut cives celestes [illegible] equanimiter regnacionem ipsum colleramque propter totum desiderium cum Christo esse optabant. Circa primum sciendum quod tribus sanctificacionibus mentes illorum spiritus sanctus perficit. Prima est in ordine ad deum. Secunda in ordine ad seipsum. Tercia in ordine ad proximum. Prima tangitur [illegible] ibi Si quis diligit me. Secunda ibi Hec locutus sum vobis. Tercia in porcione ad proximum misericordia [illegible] ibi Pacem relinquo vobis. Circa primum igitur fiat in nobis ex dei dileccione considerandum est Si quis diligit me diligendus est deus. Sed quare et quo modo dicit Bernardus in libro de dileccione [illegible] inquit me audire quare et quo diligendus sit deus et ego dicam vobis. Causa diligendi deum deus est modus sine modo diligere. Ob duplicem racionem et propter seipsum diligendus est. Primo quidem quia nichil iustius amatur. Secundo quia prevenit enim nos amando quia cum amet nos dedit corpus nobiscum animam racionem consilium et protegit atque quod amplius est sic dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret in mortem pro nobis. Iustum ergo est sic amare amantem. Unde Augustinus libro de cathesizandis rudibus capitulo 2 nulla est inquit maior ad amorem invitacio quam prevenire amando et nimis durus est animus qui dileccionem si nolebat impendere nolit rependere. Alia causa diligendi deum est propter seipsum quia nichil amatur fructuosius nec iocundius nec suavius. Unde Bernardus. Duces et de omnibus qui invocant illum nec tamen habet quid melius se. Se dedit in meritum. Se reservat in premium. Se apponit in refeccionem animarum sanctarum. Item modus diligendi est sine modo. Unde Bernardus in sermone [illegible]. Cum dileccio que tendit in deum tendat in immensum tendat in infinitum. Nam infinitus est deus et immensus. Quid ita quero debeat finitus esse vel modus amoris. Considerandum est ut dicit Bernardus libro de dileccione dei quod diligendi deum sunt quatuor gradus. Primus est cum homo diligit propter semetipsum. Hoc enim ad quod pervenit ex carnali amore quia homo qui nullum aliud nisi semetipsum diligebat dum attendit sibi ipsi non sufficere in necessitatibus incipit deum requirere et diligere propter seipsum. Secundo commodum suum et est [illegible] ipsum deum et adque secundum venit homo considerans quod recurrens ad deum frequenter sit liberatus sola ipsius benignitate a multis suis miseriis. Tunc enim est si fuerit pectus ferreum cor lapideum tanta ipsius bonitate. Sic diliget deum propter commodum suum quod est propter ipsum deum et in hoc gradu sunt principiantes. Secundus gradus est totus quasi mediantes. Tercius gradus amoris est cum quis diligit deum propter deum solum. Iste amor verus est et gratuitus castus et iustus quia non querit que sua sunt sed que dei. Ad hunc secundum pervenit quia dum frequenter recurrit ad deum in perpetuandum pro suis necessitatibus gustat et quam suavis est dominus ita ut ex tunc magis allicitur ad dei amorem gustata suavitatis quam urgentis necessitatis. Unde tunc diligitur deus quia bonus in se non quia bonus est diligenti. Quartus gradus amoris est quo seipsum homo diligit propter deum. Hic amor est consummatus. Felix qui meruit adhuc pertingere quartum ut animus divino inebriatus amore oblitus sui factus sibi [illegible] perditum totus pergit in deum et adherens deo unus cum eo spiritus fiat. Seipsum enim perdere tamquam qui non sit a semetipso exinaniri et pene annullari celestis est conversacionis non humane. Hic est amor sanctus castus dulcis et suavis affectio pura et defecata intencio voluntatis tam non est amixtum sed totum divinum est quod sentire sic affici deificari est. Ad hunc amoris gradum pauci in vita presenti raro et raptim ex parte sunt sed hunc in ecclesia patria expectamus. Et considerandum quibus nos sit iste amor quo sit [illegible] nos metipsos rapimur ad diligendum deum. Iste vero amor non est humanus sed spiritus sanctus. Unde Augustinus 14 de trinitate. Deus spiritus sanctus qui procedit ex deo cum datus fuit homini accendit eum

[illegible]

ad diligendum deum proximum et ipse dilectio est et
apostolus Ro. v. Dilectio namque dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est vobis. Hoc deus
amoris neque deum neque proximum neque seipsos
diligunt. Iudeam amoris puerum nudum ta-
latum pharetratum et equo rapido insidentem. Iste
deus non est deus sed dyabolus quia omnes dii gentium
demonia et ideo mittit in eos amores tri-
stissimos qui non sunt amores sed mortes ama-
torum sunt enim immissiones concupiscentiarum per
angelos malos et adeo sunt experti que
corde conceperunt erubescunt dicere non. Iste
deus amoris dyabolus excecavit sapientissimum de
quo dicitur salomonem infatuavit et cum vi-
demus clericos homines quos fatuos facit amor
quemadmodum carminibus laudare vocabulis tan-
tum aliud facit nisi cum salomone adoravit as-
tartem deam sydoniorum melchom idolum am-
monitarum et chamos deum moabytarum. Iste
deus amoris facit edificium civitatis ba-
bilonie infernalis quo omnes suos fideles
deducit. Et hec est ratio istius amoris que
fingitur. Sed divinus amor qui sanctus et impol-
lutus spiritualibus et dignis est verus deducit
me in terram ps. Spiritus tuus bonus
deducat me in terram rectam. Quidem ponitur
effectus eorum divine dilectionis. Eorum primus
est observatio mandatorum unde dicit qui diliges
xpm Sermonem meum servabit. Servatur
xpi sermo ut dicit augustinus vivendo sa-
lubria faciendo precepta perficiendo in operibus
Jo. xiv. Qui habet mandata mea et servat
illa ille est qui diligit me. Secunda ut dicit
Gregorius. probatio dilectionis exhibitio est operis
nunquam enim est amor dei ociosus operatur
enim magna si est. si non operari renuit
amor non est. Tercia dicitur est vis amoris
quod nichil difficile videtur amanti nec pericula
nec pene nec mortes unde Seneca
in epistolis nichil. Et quod non tolerat qui perfecte
diligit. Et petrus Ravennas. Dicit nil durum
nil amarum nil grave nil letale reputat
amor unde quod ferrum quid vulnera quid pena
quid mortes amori prevalent superare
perfectum. Amor impenetrabilis est loricas
respuit iacula gladium excutit pe-

[illegible marginal note]

riculis insultat mortem irridet si amor est
vincit omnia. Nota quod aliqui xpi sermonem
servant timore quidam non spe mercedis alii
non dilectione mandatum enim patris familias facit
servus timore operarius mercede sed filius dilectione
Quidam igitur faciunt precepta xpi timore extremi
iudicii et pene inferni ut dicit augustinus in tho. decla-
the. vii. Isti sunt incipientes qui timore in-
cipiunt deo servire. Quidam spe mercedis sunt
mercenarii nec veram habent caritatem quia ut
dicit Bernardus. de diligendo deum. Sine premio di-
ligitur deus sed absque premii intuitu diligendus
est. Verus enim amor se ipso contentus est verus
amor premium non querit sed meretur. Illi vero qui so-
la dilectione servant xpi mandata sunt amici
et filii dei in quibus enim dilectio prevalet. Quamvis
ut dicit augustinus decalthe. vii. Et si impune
peccare posset tamen dilectionem offendere re-
nuit. Quam et inferni penas non timent
deum modo deum diligunt unde ps. Si ambulavero
in medio umbre mortis non timebo mala
quoniam tu mecum es. Secundus effectus divine dilectionis
est si tamen effectus dici debet quia deum diligendo
adeo diligitur unde dicit pater meus diliget
eum nec diligit pater quin et filius diligit
unde Jo. xiv. Qui diligit me diligetur a patre
meo et ego diligam eum. Diligit et spiritus sanctus
qui amore diligentes patrem et filium et si non
diligeret amantes nequaquam commearet se a-
mantibus quod primus amor iste amat quod
amantes amicos faciat. Idem enim est spiritus
quo diligimus filium et quo pater et filius nos
diligunt. Tercium quod consequimur ex dei dilectione
est adventus deitatis in nos unde dicit Et ad
eum veniemus. Quarta ut dicit dyonisius amor
transformat amantem in amatum ex quo deum
diligimus in ipsam dilectionem qua deus est trans-
formamur. Ad eum currimus non passibus corporis
quia ubique est sed affectibus mentis ut dicit augustinus
Ex eo quod nos diligit deus non ideo transfor-
matur in nos sed transformatos in se recipit
et hoc est ipsius venire ad nos unde augustinus. Ve-
nit namque ad nos deus veniamus ad eos veniunt
subveniendo veniamus obediendo veniunt
illuminando veniamus intuendo veniunt reple-
do veniamus capiendo nec veniunt pater et filius

[illegible marginal note]

[illegible]

sed spiritu sancto. Non enim venit amatus nisi per spiritum sanctum.
Nichil enim est intimius amato quam amantis
dilecto. Johannes: per dilectionem amans intimius est amato.
Et ideo sequitur adventum divinitatis. Non permittit habitaculum
nisi sola dei dilectio que capacem facit mentem nostre
suscipere divinitatis clementiam et presentiam. Ostenditur quod
sequitur ex dei dilectione est habitatio divinitatis non transi-
toria sed permanens. Et in nobis quo nichil felicius
in vita presenti esse potest quia est quedam future beatitu-
dinis initium, dum mens rationalis suo creatori
adherens et ymaginem condita spiritualiter contemplatur.
Unde dicit: Et mansionem apud eum qui diligit
et servat mandata faciemus, pater et filius et spiritus
sanctus. Unde de spiritu sancto dicitur Johannes 14: Alium paraclitum
dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum spiritum
veritatis quem mundus non potest accipere. Et ut dicit Gregorius:
in quorundam corda venit dominus quia per compunctionem
divinum respectum recipiunt sed non manet quia tempta-
tionis tempore hoc ipsum quod acceperunt obliviscun-
tur ad perpetrata redeunt peccata. In eos vero qui vere dili-
git sic venit divinitas ut maneat quia sic
divinitatis amor cor penetrat ipsius ut ab hoc
amore nullo temptationis impetu recedat. De-
inde ostendit quod nullus sine dilectione servat mandata.
Impossibile est enim ut sine caritate dei precepta serventur.
Et dato quod alias videretur omnia implere mandata, si
tamen deum non diligeret esset totius legis transgressor,
quia diligere deum ex toto corde est primum et maxi-
mum mandatum in quo universa lex pendet et prophete.
Cum ideo diligit omne mandatum dei servat, ut
dicit Augustinus de laude caritatis. Deinde commendat
sermonem quem vult observari quia est mandatum pa-
ternum dicens: Et sermonem quem audistis non
est meus sed eius qui misit me patris. Quasi diceret:
Johannes: pater diligit servantem sermonem meum quia
sermo iste patris est. Johannes 12: Quia ego ex me ipso non loquor,
et Johannes: Mea doctrina non est mea sed eius qui
misit me. Et ipsum ut dicit Augustinus intelligi
voluit quia non suum sed patris est verbum, quod
non sua ymago sed patris, neque suus est filius
sed patris. Recte igitur auctori tribuit quod facit equalis
a quo ipsum habet hoc quod ille est equalitatis indi-
fferentia. Secundo ponitur sanctificatio mentis in
cognitione veritatis. Veritas enim sanctificat, Johannes 17: Pater
sanctifica eos in veritate; sermo tuus veritas est.
Unde dicit: Hec locutus sum apud vos manens
corporali presentia, ut dicit Augustinus. Alia est man-
sio quam promittit futuram, quia cum patre et spiritu sancto

[illegible]

intrinsecus in mentes manens spiritualiter et intus.
Quia ideo ea que illis locutus fuerat ab se-
cante ideo eis spiritum sanctum promittit totius veritatis
doctorem. Unde dicit: Paraclitus autem spiritus sanctus. Paraclitus
autem grece latine dicitur advocatus vel consola-
tor ut dicit Gregorius. Et utrumque recte congruit spiritui sancto.
Advocatus est enim quia pro reis delinquentium
apud iustitiam patris interpellat, eos quos replebat
exorantes facit, Romanos 8: Ipse spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item
consolator est quia de peccati perpetratione merentibus
dum preparat spem venie ab afflictione tristicie
mentem levat. Unde cantat ecclesia: Consolator
optime, dulcis hospes anime, dulce refrigerium,
in labore requies, in estu temperies, in fletu
solatium. Item iste spiritus sanctus dicitur spiritus sanctus et
spiritus veritatis. Et spiritus quidem dicitur ratione vite;
omne enim quod vivit vivit spiritu. Iste enim spiritus
summa divinitatis est vita. Johannes 6: Spiritus est qui
vivificat, caro non prodest quicquam. Gregorius: in modo quo
habitat in corpore animam probat vitales spiritus
corporis, habitatur mentem spiritus probat vitam spiritualem.
Item dicitur spiritus ratione amoris. Amor enim quasi
utique nec spiritualis est quia pertingit amor
velud spiritus ad queque intima. Iste non spiritus
amor divinus est. Item dicitur spiritus ratione virtutis;
nichil enim fructuosius est spiritu et quanto aliquid
est spiritualius tanto est virtuosius. Iste vero
spiritus sanctus est tante virtutis ut eo operante
omnia sint creata. Psalmus: Emitte spiritum tuum et
creabuntur. Et omnia virtute eius subsistunt.
Dicitur et spiritus sanctus quia ipse sanctus est et eos
quibus datur sanctificat. Sanctificat autem atque
7 donis que sunt spiritus sapientie et intellectus,
spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis
et spiritus timoris domini. His septem donis sancti-
ficatur anima omnia ut dicit Gregorius super
Ezechielem. Timor dei facit humiles, pietatis
studium in cordibus, scientia discretos, fortitudo
mentis liberos, consilium scios, intellectus providos,
sapientia maturos. Et Hugo super 7 donum:
quia sapientia spirituale domum edificavit, tectus
gubernaculo consilii discrete operatur. For-
titudo in pacientia possidet animam, scientia
divicias salutis acquirit, pietas patrem
communicat per caritatem, et futurum timor humili-
tate conservat et omne peccatum expellit.

dicitur ultimus spiritus ille veritatis. Licet enim con-
gnitio veritatis dei filio attribuatur qui est verbum
et veritas adherere tamen ipsi veritati congnitione
est nisi per spiritum sanctum qui veraces nos facit et veritatis
amatores. Sicut enim ipse est amator veritatis con-
gnitione patrem ad filium ut pater in verbo vero
sibi conplaceat ita idem spiritus sanctus in nobis veritatis
libentem voluntatem mente connectit. Decimo po-
situs spiritus adventus. Quem mittet pater in nomine
meo. In nomine Christi spiritus sanctus mittitur id est in fide
nominis eius vel in nomine filii dei mittitur a patre
spiritus sanctus quia a filio ipse spiritus sanctus mittitur
quam tamen filius a patre habet. Unde Io. 14. Dicit se
mittere spiritum sanctum a patre. Duplex autem est missio
spiritus sancti a patre. Una quidem invisibilis qua
cum patre et filio veniunt ad sanctificandum mentem.
Io. 3. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius
audis et nescis unde veniat aut quo vadat.
¶ Altera vero missio spiritus sancti est visibilis qua
aliquibus signis sensibilibus est illius
adventum demonstrat quo hodierna die ipse
spiritus sanctus apostolis congregatis in unum missus
fuit iuxta illud quod legitur Actuum 2. Dum complerentur
dies pentecostes erant omnes discipuli pariter in eodem
loco et factus est repente de celo sonus tamquam
advenientis spiritus vehementis et replevit
totam domum ubi erant sedentes et apparuerunt
illis dispertite lingue tamquam ignis seditque
super singulos eorum et repleti sunt omnes spiritu
sancto et ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Circa autem missionem plura
consideranda occurrunt. Primo convenientia
temporis quia dicit Dum complerentur dies pentecostes
id est dies quinquagesime vel dies quinquagesima
que sunt a Pascha usque ad diem hanc. Dies
enim ista apud iudeos erat celebris quia
in ea acceperunt legem quinquagesimo
die egressionis de terra Egypti. Descendit
enim dominus in montem Oreb super flammam
ignis et cunctis audientibus legem dedit.
Ita spiritus sanctus die quinquagesima hoc est sabbati
die dominico venit in apostolos in linguis igneis
et legem spiritualem dilectionis et caritatis eorum
mentibus impressit. Iste dies ipse cum sit
quinquagesimus est libertatis et redemptio-
nis. Significat enim iubileum qui erat
annus quinquagesimus quo a servitute eius li-
berabantur iudei Levitici 24. Et ideo quietis
anno immissus est spiritus sanctus qui est mentis gau-
dium et exultatio. Secundo ponitur dispositio reci-
pientium quia est animorum unitas. Erant omnes
discipuli pariter. Pax animorum et unio eo-
rum. Fugit enim spiritus sanctus omnem discordiam
et dissensionem. Altera vero dispositio est quies et
stabilitas mentis. In eodem loco quia non discur-
rebant sicut ceteri aliquando vagando. Tertio ponitur
sensibile signum adventus spiritus sancti. Factus est sonus.
Non fuit ille sonus spiritus sancti sed effectum sancti
sui adventus in sono monstravit quia per
totum orbem insonuit vox apostolorum. Sapientie
primo. Spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc
quod continet omnia scientiam habet vocis sensibilem.
Quarto ponitur subitatio eius adventus. Repente
subitos enim facit spiritus sanctus sine pigricia.
Unde Ambrosius: Nescit tarda molimina spiritus
sancti gratia. Vel dicitur repente sonuisse eo quod so-
nitu sui adventus rapiat eos. Quinto
ostenditur unde fuit auditus iste sonus. De celo
sonuit ut ad celestia animos rapiat. Non
sic sonat spiritus concupiscentie ut avaricie nec spiritus
superbie. Sonat est spiritus iste de concupiscentia inde
carnis sic sonitus auri et argenti. Iste est
sonitus terrenus. Sexto ponitur eius ad-
ventus aliud signum tamquam advenientis.
Hoc signum fuit commotio. Neque enim spiritus
sanctus materiali motu movetur neque vento
in apostolos mutavit locum qui ubique est per eum
motum corporalis flatus visibilis dedit intelligere
quod omnem inordinatum abstulit a cordibus discip-
ulorum et ad eorum mentes invisibiliter venit.
Septimo ponitur maiestas venientis. Spiritus
vehementis. Vehemens dicitur spiritus quia ultra
comprehensionem est mentis sua magnitudine et
maiestate. Sic dicitur vehemens id est ve [...]
adimens quia tollit omne ve pene et culpe et
omnem tristiciam. Sic dicitur vehemens quasi mentem
vehens quia mentem sustinet et vehit ad
bonum operandum. Sic dicitur vehemens quasi vehens
mentem quia a carnalibus venit ad spiritualia.
Gal. 4. Spiritu ambulate et desideria carnis
non perficietis. Octavo ponitur spiritus plenitudo
et replevit. Iste sonus repetitus spiritus.

vehementis totam domum replevit quod domus etiam significat ecclesiam ubi soli replentur spiritu sancto qui ibi manent per fidem et dilectionem unde dicit erant sedentes. Nono ponit aliud visibile signum et apparuit illis dispertite lingue. Insignum lingue eis apparuit quia loquaces fecit eos. Luc. 12. x. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Decimo ponit aliud signum visibile tamquam ignis radioli quidam ignis ardentes apparuit super eos in linguis igneis quia spiritus sanctus mentes accendit igne sui amoris unde dicitur Veni sancte spiritus et [illegible] Iste enim ignis consumit peccata et calefacit desiderio celestium unde [illegible] est ignis sursum tendens et elevat ad cognitionem veritatis iuxta illud [illegible] te sciamus patrem noscamus atque filium te utriusque spiritum credamus omni tempore. Undecimo ponit quod spiritus sedit ille ignis super singulos eorum. Beda super actus. Et sedisse dicitur regie potestatis [illegible] qua requies eius in iustis. Duodecimo ponit istius missionis effectus repleti sunt omnes spiritu sancto. Illi spiritu sancto replentur qui omnem mundanum abiciunt amorem ut in eis nichil remaneat vacuum quod spiritus sanctus non possideat. Et ceperunt loqui variis linguis. Beda super actus unitatem linguarum quam superbia dispersit humilitas ecclesie recollegit. Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Beda ibidem Non incongrue spiritus sanctus intelligitur donum linguarum dedisse hominibus quibus humana sapientia adiscitur et docetur ut ostendat quam facile posset sapientes efficere per sapientiam dei. Deinde ponit spiritus sancti magisterium Ille nos docebit omnia. Dydimus [illegible] nam docebit que spiritualia sunt intellectualia veritatis et sapientie. Docebit vero non sicut artes aliquas et sapientiam studio industria discere sed quasi ipse ars atque doctrina et sapientia veritatis spiritus invisibiliter menti insinuat scientiam divinorum. Et suggeret vobis omnia. Suggeret secundum Augustinum id est commemorabit omnia ut dicit Theophylus spiritus sanctus et docuit et commemoravit. Docuit quidem quecumque non dixerat Christus tamquam non valentibus portare. Commemoravit vero quecumque dominus dixerat sed obscuritatis causa vel

intellectus tarditate commendare memorie nequiverant vel aliter per [illegible]. Invisibilis spiritus suggerere dicitur id est submittere non quod nos sciamus ab imo nisi sed ab occulto vel aliter suggerere idem est dicere aut consulere ad adagendum. Spiritus sanctus docet quantum via dei [illegible] quod est suggerendo consulit et inducit ut ipsius precepta servemus. Et iterum Dixeo vobis scilicet sine magisterio quod est ad [illegible] huius spiritus nec divina veritate intelligere nec precepta possumus servare certa [illegible] in [illegible] in nisi nubes est igne intelligentia per sua obumbratione et tamen revelavit nobis dei filius quedam intelligibilia tante altitudinis et profunditatis extrinsecus de divinitate divina et carnacione [illegible] quod est angelico intellectui [illegible] pergrandam manifesta et non potest sua [illegible] necessarius est nobis spiritus sanctus magister veritatis ut credamus et intelligamus. Licet ex parte [illegible] sub tanta est nostra fragilitas quod qui precepta servare non possumus super omnia humane vite precepta et consuetudinis ardua sunt et difficilia unde necessaria est nobis suggestio spiritus sancti quo consiliante et adiuvante legem implevimus [illegible] Rom. 8. Spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Tercio ponit sanctificationis hominis ordine approximum quod consistit in pace animorum Augustinus de verbis domini Pax mea est serenitas mentis tranquillitas animi simplicitas cordis amoris vinculum consortium caritatis. Ista pax est per spiritum sanctum qui habitare facit unanimes in domo de qua pace dicit Pacem relinquo vobis Augustinus pacem nobis relinquit in hoc seculo in quo manentes hostem vincimus et nos diligimus invicem. Relinquit homines hominibus sua bona temporalia. Christus non relinquit suis discipulis pacis donum quo nichil melius. Receptor istius pacis est spiritus sanctus primus. Pacem meam do vobis. In futuro seculo quando sine hoste regnabimus ubi numquam dissentire poterimus ita ut dicit Augustinus. Licet per spiritum sanctum habeamus pacem in presenti hac possimus plena tamen non erit nisi in futuro seculo quia adhuc peccatum est quia et pacem habemus quia credimus quod invicem diligimus nec tamen pacem in nobis admittere ignorantes sed in futuro seculo erit plena pax ablata omni perturbatione peccati

[illegible]

[illegible]

et uisa dilectione cordis intima. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Aug. mundani inquid homines mundani amatores pacem dant sibi pacem ut sine molestia mundo perfruantur que non est vera pax. Xpistus non dat pacem ut adversa mundi sine perturbatione tollerent.

Dist^o 2^a

Secundo cum dicitur Distinccio secunda
Non turbetur cor vestrum etc. ostendit quam dulciter spiritus sanctus consolatur mestos de absentia Xpisti et repugnatione vite presentis et corporis tangitur. Primo enim tollit turbacionem et formidinem. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Timere poterunt sine Xpisto duce persecutiones iudeorum et mundi adversitates sed spiritus eos confortavit. Unde spiritus oris eius omnes uirtutes eorum. Nam petrus qui ante adventum huius spiritus negavit Xpistum unius mulieris voce pavefactus accepto spiritu sancto libere confessus est coram principibus et omnibus. Secundo ostendit quia recedebat ab eis et manebat apud eos. Audistis quia ego dixi vobis vado etc. scilicet trahendo corporalem presentiam moriendo resurgendo et celos ascendendo. Et venio ad vos. Dicit enim prius quod si quis diligit me pater et ego ad eum veniemus. Non igitur debebant turbari neque formidari. quem sic desiderabat eos corpore quod desiderabat eum corde. Non quod soli dilectione est qui Xpistum facit venire ad nos et esse presentem cordi nostro non quidem ymaginaria visione sed vera sue divinitatis presencia. Efficimur enim amamus virtute dilectionis presentes nos facimus. Unde ut dicit Bernardus de spiritu et anima non est presencior spiritus ubi animat quam ubi amat. non forte magis putamus esse ubi inuitus ex necessitate tenetur quam quod sponte et per voluntatem. Si autem quod amamus esset eque spirituale sicut anima vel amplius amor quo amamus nichil impediret quin nostra mens fieret presens. Nunc non quia creaturas amamus per amorem eas nobis presentes facimus et ymaginem. Deus autem in creatura trinitas longe spiritualior mente nostra est et ideo amor facit nobis deum presentem. Unde pe. ra. dicit Sola dilectione quam non altrat carnalis eventus quam separacio corporalis non dividit. quam temporis longitudo non abolet quam defectui non subiacebit. Sola dilectione per quam amicos absentes videmus alloquimur amplexamur: quasi quadam angelica agilitate et ymaginario quectata et insolat et irruit ut nichil dampno corporis mole aut distancie localis iniuria quominus est cum illis hec de amicitia. Amore igitur absentes adsunt egentes habundant inbecilles valent et quod difficilius est dicitur mortui vivunt. Tercio ostendit quod gaudere debebat de eius recessu. Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem. Primo secundum humanam naturam quia erant Xpisto ire ad patrem secundum eam divina scilicet numquam recessit a patre. Fuit autem humane nature gratulandum ut dicit Aug. eo quod sit assumpta a verbo unigenito ut immortalis constitueretur in celo atque ita fieret terra sublimis ut incorruptibilis pulvis sedeat ad dexteram dei patris et mens non. Quis non gaudeat qui sic Xpistum diligit ut et suam naturam iam immortalem gratuletur in Xpisto. Unde super hec verbo Bernardus qui diu in terris laboravit assistit ei ab eo qualis sibi erat cui ait maximum gaudium michi est amicitiam associatum eo quod in specie humana qua ibat ad patrem ipse est minor patre. minor spiritu sancto minor et seipso amplius minor fuit angelis. Primo enim est ut dicit Aug. minor erat parentibus quando parvulus erat subditus illis. Sed secundum naturam divinam secundum quam non vadit ad patrem non semper est ipse equalis patri et spiritui sancto et maior quam creata et maior est sua humanitate. Vel aliter secundum hylarium ix. de trinitate et in omnibus pater maior est filio sed filius non est minor. Est enim pater maior filio auctoritate donantis filius non non est minor quia unum esse equale est esse sibi donatum. Quarto ponit rationem fidei eorum. Et nunc dixi vobis prius quam fiat ut cum factum fuerit credatis. Predixit enim se iturum ad patrem moriendo resurgendo et celos ascendendo. ut cum factum fuit credatis. Aug. dicit. Ex rebus que evidenter aguntur in eis ut illa credantur que non videri poterant discipuli Xpistum post mortem viventem et ad patrem ascendentem quo viso firmant credidit quod ipse esset Xpistus filius dei qui hec potuit facere et predicere antequam faceret. Distinccio tertia

Tercio cum dicitur Iam non multa loquar vobiscum etc. ostenditur quam suaviter impetus

amoris fecit ut Christus moriendo impleuit patris obedientiam et ita fecit. Secundo enim ponitur modica Christi conuersatio in mundo quia iam non multa loquar uobis. Beda: hoc inquit dicebat quoniam iam tempus instabat nos comprehendendi et ad mortem tradendi. Secundo ostenditur sua innocentia et sanctitas. Uenit enim princeps mundi huius. Certa princeps mundi dyabolus est quia non creatione sed peccatoribus et mundi amatoribus principatur. Iste est deus amoris mundani ydolum quod finxerunt sibi homines seculi qui facit luxuriam auariciam et superbiam quibus uiciis amor seculi amatur. Unde de amore mundano dicit Jo. 2. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt quoniam omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia uite. Et mundus transibit et concupiscentia eius. Et in me non habet quicquam quia in Christo nichil erat mundanum. Iste ueniens dyabolus cum temptando et accipiendo nichil in eo suum repperit. Unde dicebat ut refert Augustinus: Nichil inueni in eo quod me delectet. Uenit enim dyabolus circa tempus passionis ut uideret si timore mortis mortem fugeret et ita timorem et tristiciam in Christo repperit quod tamen propter consolationem cognouit cum morte pati. Non quod sicut dyabolus non in Christo uicii nec Pylatus princeps Iudeorum aliquam causam mortis in eo repperit Luc. 23. Nullam causam mortis inuenio in homine isto. Et non repperit in Christo que mundani homines cum fugiunt. Ier. 2. Hec dicit Dominus: Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis quia elongauerunt a me et ambulauerunt post uanitatem. Ex eo enim amore delectatur cor eius suauior est omnibus si pulcritudo placet ipse est speciosus forma pre filiis hominum, si desiderant diuitias ipse est diues in omnes qui inuocant eum. Si pro quererem in eo nichil possum facere. Tercio ponitur quod ex dilectione mortem sustinuit. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. Diligit filius patrem amore diuino procedente a patre et filio et hic est Spiritus sanctus. Et uoluit Christus notificare mundo quod patrem diligeret atque per hoc dilectionem manifestare uoluit ut adhuc nos rapet amorem licet sit aliquid quod tamen hanc dilectionem manifestaret quod sine peccato existens in ipso nichil erat dignum morte ipsam tamen mortem sustinuit. Unde subdit: Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Mandauit pater filio ut pro reparatione humani generis ipse moriens fieret sacrificium. Sic facio usque adhuc quod Gregorius: Prouenit huius amor Spiritus sanctus ut est cum qui nullam causam mortis habebat ex sola dilectione faceret mori quia fortis est ut mors dilectio Cant. viii. Qui per Spiritum sanctum obtulit semetipsum immaculatum Deo Hebr. ix. Unde subdit: Surgite eamus hinc. Ecce quo dilectio patris eum impellebat ad mortem ut mandatum ipsius impleret accedens sponte ad locum ubi tradendus erat. Surgamus et nos per Spiritum sanctum eleuando mentem nostram ad celestia et eamus contemptendo ista transitoria et figamus desiderium et amorem cordis nostri ad supernam illam ciuitatem Jerusalem cuius per Spiritum sanctum ciues facti sumus. Et ipse. Iudica eum [illegible] ugib[us]

Cum uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre. Jo. 14. De hac re ut dicit Augustinus primo de trinitate summa excellentissima cum modestia et timore agendum est et attentissimis auribus et deuotis audiendum ubi queritur unitas trinitatis patris et filii et Spiritus sancti quia nec periculosius alicubi erratur nec laboriosius ad queritur nec fructuosius ad inuenitur. Adamus notitiam fidei et neccessaria quia ut dicit Ricardus humane inualida acies mentis excellenti luce non figitur nisi per iusticiam fidei nutriatur. Sed hec omnia ut idem dicit lib. iv. Oratione melius habentur quam disputatione inuestigentur. Unde ad ipsam intuendam quia Deus est de quo locuturi sumus deuote attendamus corde postulantes ut sui notitiam nobis infundat quod ut assequi mereamur ubi de a genitrice pro nobis intercedente postulemus dicentes Aue Maria.

Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret Jo. Euangelium quod supra in loco Dominica feria 2. de pentecoste.

[illegible] Feria secunda post dominicam quartam quadragesime

z. Unigenitus consolator dixit et edificia baptizmalia pervenerunt exemplo incarnationis ut patebit in die crastino. Johannes declarat qualiter ista incarnatio sit facta d. et non est facta ex humano merito nec exigentia sed ex gratuita dilectione dei ad nos unde dicit Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. quod est bonum infinitum ex hoc apparet dei maxima dilectio cum diligere est velle alicui bonum. ipse autem voluit nobis nostram utilitatem efficaci unde bonum infinitum unde dedit nobis filium suum ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam. Ex hoc erraverunt aliqui heretici dicentes quod credentes non dampnabuntur etsi moriantur in peccato mortali et confirmant dictum suum per verbum apostoli 1 Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. Et sequitur si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem. fundamentum enim istud est nunc fides et ideo super hoc fundamentum si ponantur opera combustione digna per talia homo punietur ad tempus tamen finaliter salvabitur. Sed hoc est erroneum et reprobatur per dictum apostoli ad Gal. 5. ubi dicitur Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio impudicitia immunditia et sequitur qui talia agunt regnum dei non consequentur. Ex quo patet quod non solum dampnabuntur aliqui per infidelitatem sed etiam per alia peccata mortalia. Et ideo dicendum quod salvator non tantum accipit hic fidem pro actu fidei informis sed fidei formate per caritatem et tantum est quod talis salvabitur et adhuc hoc nondum dicit ut omnis qui credit in eum s. tendendo in eum per caritatem non pereat. Ad dictum autem apostoli prallegatum dicendum quod loquitur de peccatis venialibus sicut exponunt doctores et ego tunc plenius dixi. Et contingat me super illum textum de peccatis venialibus fideles quasi ponuntur igne purgatorii tamen finaliter salvantur. Et sequitur Non enim misit deus filium ut iudicet mundum. hic removet quoddam dubium. Ubi est nondum. Et aliqui scripture loquendo de secundo adventu Christi in mundum dicunt ipsum venire ad iudicandum. Et ideo ne aliqui credant quod debeat fieri in primo adventu eius hoc removet dicens Non enim etc. s. in primo

suo adventu tunc enim non venit iudicare sed magis iudicari pro mundi salute. Ideo sequitur Sed ut salvetur mundus per ipsum. Et quia probat hoc dictum cum in primo adventu Christi aliqui crediderunt et alii non crediderunt et est dicto primo [?] mediata cum inter contradictoria non sit medium sed non venit ad iudicandum non credentes nec credentes ut statim patebit. unde sequitur Qui credit in eum non iudicatur i. non habet causam ut condempnetur. Qui autem non credit iam iudicatus est i. habet in se causam manifestam sue dampnationis sicut ille dicitur mortuus qui causam habet in se mortis manifestam. Ideo subditur Quia non credit in nomine unigeniti filii dei Qui venit pro salute mundi unde tamen causam huius dampnationis dabit excecationi in secundo adventu Christi. Et tunc declarat suum dictum scilicet quod non credentes in filium dei iam habent in se causam manifestam sue dampnationis quia sunt extra fidem salvatoris sine qua nullus potuit salvari. unde sequitur Hoc est autem iudicium i. causa dampnationis quia lux i. Christus qui est vera lux ut dictum est Jo. 1. venit in mundum carnem assumendo et opera eius salutem humani generis operando. Et dilexerunt magis homines tenebras quam lucem infidelitatis tenebras preeligendo. Et subdit causam Erant enim illorum mala opera ad cuius intellectum notandum quod legis periti alia notitia habuerunt de Christo cognoscentes ipsum esse verum Christum ut plenius declaratum est supra c. 2. Super istum locum exponit [?] hic et habes ut visum est supra fo. vi. post [?] unde tamen quia arguebat eorum vitia moti sunt contra eum invidia excecante illam cognitionem quam habebant de eo. Cuius pars fortis punitur iudicium rationis sicut patet in continenti qui in parte [?] iudicat esse fornicandum tamen ex passione potius iudicat contrarium ut habetur vi ethicorum. Sic iudei odio et invidia moti persecuti sunt Christum. Et ponit ad hoc exemplum salvator d. Omnis enim qui male agit odit lucem sicut patet de adulteris et furibus et latronibus. Et non venit ad lucem i. non facit suum factum in palam. Ut non arguantur opera eius i. puniantur per iustitiam secularem. Qui autem facit veritatem i. opera conformia voluntati divine

[illegible marginal notes]

[illegible marginal annotation]

que est ydea et veritas prima venit ad lucem i. in palam ut ad Christum qui est lux vera ut manifestentur opera eius. Non ad propriam laudem sed ad dei gloriam et proximi edificationem. Quia in deo facta sunt i. virtute dei sine cuius virtute opus meritorium non potest fieri. **Feria tercia**

Amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille est fur et latro. Jo. x. Hic ostendit quod doctrina Christi sit vivificativa. Et primo hoc ostenditur proverbium secundo per sensibile signum. Quia consuetudo est huius evangeliste adiungere signum sensibile correspondens doctrine ut patet aut inde de languente Jo. xj. Et immediate sequitur istud proxima adhuc iudeis. Quia primo salvator premittit quandam parabolam secundo eius exposicionem ibi hoc proverbium in parabola exprimitur condicio furis et pastoris per diversum ingressum ipsorum ovium unde dicit Amen amen etc. Non enim venit per bonum ideo caret debitum ingressum. Qui autem intrat per ostium pastor est ovium. Secundo ostenditur eorum distincio per passionem subditorum. Huic hostiarius aperit quia facit eum benivolum ovibus. Et oves vocem eius audiunt i. cognoscunt. Quia bruta animalia suos benefactores recognoscunt ut patet per experienciam et per Isayam prophetam primo capitulo ubi dicitur Cognovit bos possessorem suum etc. Et proprias oves vocat nominatim. Quia distincte eas cognoscit quod non facit alienus et educit eas ad pastum. Et cum proprias oves emisit ante eas vadit. Sunt enim modum veri pastores sunt terra illa qui precedunt greges sibilando voce vel intendendo ad eiusque auditum oves diriguntur unde sequitur. Et oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur s. furem sed fugiunt ab eo secundum Crisostomum. Ovile est eccia oves sunt fideles ostium sacra scriptura secundum illud Col. 4. Orantes simul pro nobis ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum misterium Christi. Et sic continuatur ista lectio precedentibus. Crisostomus Christus enim dixerat iudeos esse cecos et mentem ceptuagis quod ostenditur in hac parabola ex hoc quod adventum Christi debent considerare ex testimonio scripturarum quas habebant. Qui autem

[illegible marginal annotation]

intrant per ostium i. per intimacionem sacre scripture que tempus locum et modum veniendi declaravit ut dicitur est Jo. v. feria post reminiscere. Et ideo alij aliter intrantes sunt fures sicut Machometus et Antichristus. Huic hostiarius aperit i. Moyses cui primo data est sacra scriptura unde hoc salvator dixit super Jo. v. Si crederetis Moysi etc. Et oves illud audiunt i. simplices sicut fuerunt apostoli credentes. Et vocat nominatim. Hoc patet de capitulis quibus distincta nomina imposuit. Et educit eas de tenebris ignorancie et culpe. Et ante eas vadit per exempla bonorum operum secundum quod dicit Joh. 13. Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci ita et vos faciatis. Et oves illum sequuntur per imitacionem. Quia sciunt vocem eius i. per fidem cognoscunt et approbant. Alienum autem non sequuntur recipientes falsam doctrinam. Quia non noverunt vocem alienorum i. non approbant. Sed contra dicitur Crisostomus potest argui. Quia Christus hanc parabolam exponendo dicit se esse hostium sed sacra scriptura non est hostium potest dici consuetudo secundum Crisostomum. Quia Christus non solum vocat se ostium sed et pastorem ut visum est supra dominica secunda post pascha. Et ex eo illud sequitur immediate. Et secundum hoc distinguitur ab hostio per quod sacra scriptura dicitur hic hostium. Unde Christus est pastor ovibus et sui ingressus in mundum sed alij sunt per ipsum ingressi ad eum secundum Augustinum hostium est Christus. Et continuatur lectio sic precedentibus. Quia iudei in precedenti capitulo scilicet Jo. xj. dixerunt iudei se viderent sine Christo et per consequens posse ad vitam venire sine eo per quod salvator ostendit in hac parabola impossibile hoc dicens. Qui non intrat et mensuracione fidelium per hostium i. per Christum fur et latro. Quia faciunt omnibus fideles et est mali fideles statum prelaciones indebite sumentes seu assequentes. Qui autem intrat per ostium i. per fidem Christi et humilitate talibus virtutes eius pastor est ovium secundum veritatem. Huic hostiarius aperit i. spiritus sanctus revelat veritatem ut possit oves pascere et oves eius vocem eius audiunt i. doctrina recipiunt. Et vocat nominatim condescendendo familiariter subditis. Et educit eas de tenebris ignorancie et culpe. Et ante eas vadit per exempla

[illegible marginal annotation]

ut per eorum fur ... sine ... spualia ... et mactat ... temporalia applicando et perdat ... in ...

vita et hoc puerbium dixit eis ihesus Et post predicte parabole expositionem. Circa quod nondum quod ista indigent expositione quia sunt obscuritate. Tale erat verbum quia erat parabolicum et ideo intellectus eius audientibus erat occultus. unde dicit hoc puerbium quod puerbium dicitur quando verbum pro verbo ponitur sicut est in parabola eciam per vocem unam rem significantem aliud designat. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur. unde propter claritatem expositionis dixit ergo eis iterum ihesus hic ponitur ipsa expositio parabole. Parabola autem duas partes habet. una est quod intrans aliunde fur est et latro et hoc primo exponitur. Secunda est quod intrans per hostium est verus pastor. Et hoc secundo exponitur ibi Ego sum pastor bonus ut super in clausula fecit mencionem de hostio ovilis et de fure ideo utrumque exponit dicens. Amen amen id est in veritate et sic hec replicatio dictionis propter maiorem dei certitudinem Dico vobis quia ego sum hostium ovium Non huius predicta est Omnes qui venerunt ante me fures sunt et latrones hoc non est intelligendum de prophetis a deo missis. Debet de illis qui venerunt capite suo sicut dicitur Actuum v. de Theoda et iuda galileo. Theodas enim ut dicit Josephus fuit quidam magus qui decepit multos de populo et reduxit eos usque ad iordanis fluvium promittens eis dividere aquas ut transirent sicco pede sicut patres eorum. Judas autem galileus tempore quo xpistus fuit natus prohibebat populum iudeorum prestare cesari censum dicens deum adorare solum et multi secuti sunt eum Sed non audierunt eos oves id est fideles in omni licet permanentes Quia ipsi perierunt et sequaces eorum ut dicitur Actuum v. Ego sum hostium hic probat utrasque dictionem iudicatam expositione primo quod sit hostium quia officium hostii est salvare ea que infra domum sunt Et quod per ipsum sit ingressus et egressus et sic est de xpisto Quia per ipsum fideles salvantur et conservantur sicut dicitur Actuum 4. Neque enim aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri unde sequitur Per me si quis introierit salvabitur Similiter est per ipsum ingressus ad fidem et egressus de miseria ista ad gloriam et sic inveniuntur pascua eterne vite

unde dicit et pascua inveniet Quia ibi reficiuntur intellectus et aspectu divinitatis Et exterius aspectu humanitatis xpisti per quam sunt salvati et ideo pascua multi Et tunc probat secundum quod alii fuerunt fures quia non venerunt ad salutem populi sed magis ad eius destructionem unde sequitur Fur non venit nisi furetur usurpando quod non est suum. Sicut isti venerunt usurpando eis quod non erat eis deditum Et mactat et perdat Quia multi decepti occisi sunt corporaliter et spiritualiter credentes persuasionibus illorum Ego veni non sicut ipsi sed ut vitam habeant per gratiam in presenti Et habundancius habeant per gloriam in futuro Quia gloria est consummata **Feria quinta**

Nemo potest venire Jo. vi. Notandum quod dominus inter alia se dixit iudeis panem esse vivum qui de celo descendit Et qui hunc panem manducaverit vitam habebit eternam Sed quia iudei credebant eum esse hominem purum de semine Joseph ex maria conceptum ignorantes ipsum formatum virtute spiritus sancti ideo murmurabant de hoc quod dixit Ego sum panis vivus qui de celo descendi unde hic ostenditur contra predictam murmurationem. Non enim tribatur ex ...orum xpisti fidelitate cum essent verissima sed ex incredulitate eorum unde dicit Nemo potest venire ad me per fidem formatam nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Nichil enim potest ascendere ad illud quod est supra naturam suam nisi ab illo trahatur sicut lapis non potest sursum ascendere nisi per motum alterius fides autem formata caritate trahit quodam modo hominem ad naturam divinam. Sed hoc per se potest. Magna et preciosa promissa donavit nobis ut per hoc efficiamini divine consortes nature Et ideo tale donum non potest homo consequi nisi a deo trahatur. Judei autem non sic erant tracti ideo murmurabant de verbis xpisti Illi autem qui a patre trahuntur ad salutem per fidem formatam trahuntur et consequuntur vitam eternam ideo sequitur Et ego resuscitabo eum in novissimo die Quia anima non est ad plenum beata donec fiat corporis reunitio Et quia predictus tractus est per divinam inspirationem ideo hoc ostenditur per divinam scripturam dicens. Et scriptum est in prophetis id est docti a deo. Quia enim huius lectum

qui remittit offensam qui supportat
aliorum defectus et qui orat pro proximis
Et quia iste nullus est qui aliquod istorum
numerorum non possit dare elemosinam nullus a prece
pto esse penitus excusatur Et dabitur vobis
vulgariter dicitur dare facit recipere pro tempora
libus dare eterna pro vilibus preciosa pro tran
sitoriis perpetua ¶ Secundo quia multa sunt que
dantur elemosinam largientibus ¶ Primum est
sanitas anime ysa. 58. Cum feceris elemosinam
sanitas tua citius orietur ¶ Secundum est
mundicia cordis Luc. xi. date elemosinam et
omnia munda sunt vobis ¶ Tercium est illuminacio
mentis ysa. 58. orietur in tenebris lux tua
et tenebre tue erunt sicut meridies ¶
Quartum est virtutum fecunditas ysa. 58. Eris
quasi ortus irriguus cuius non deficient
aque ¶ Quintum est extinctio peccati Eccli. 3.
Sicut aqua extinguit ignem ita

elemosina extinguit peccatum. Extinguit ignem
inferni extinguit vim sub ira dei ¶ Sextum
est libertas Thob. 12. Elemosina a morte eciam
liberat ¶ Septimum est quod bonis conseruat
Eccli. xvij. Elemosina viri est quasi sacculus cum ipso
et gratiam hominis quasi pupillam oculi conseruabit ¶
Octauum est quia expugnat pro nobis inimicum
Eccli. 29. Super scutum potentis et super lanceam
aduersus inimicum tuum pugnabit ¶ Nonum
est quia orat pro nobis Eccli. 29. Conclude
elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro te
¶ Decimo quia tandem coronat in vita eterna
Illis enim qui dederunt elemosinam dicetur in fine
seculi Venite benedicti patris mei percipite
regnum quod vobis paratum est ab origine mundi
Sola enim nunc opera de iudicii remu
nerantur **Distinctio sexta.**

Secundo cum dicitur In mensam bona re
ponditur quanto primo sit nimia remu
neranda et multiplicat describit beatitudinem
eternam ¶ Primo quidem quia iuste beniuolentia
distribuitur iuxta mensuram meritorum
Secundum enim mensuram meriti est mensura
premiorum vnde Gregorius 4. li. mor(alium) Sicut enim clarior in
hac vita est distantia operum et in alia vita
procul dubio erit distantia dignitatum ut quomodo
hic alius alium superat illic alius alium
retributione transcendat Et quamvis illa re
tributio dignitatis equalis non sit bona tamen
cum omnibus beatitudinibus vita erit propter quod
Apoc. 22. dicitur Et illa superna sancta ciui
tas Jerusalem mensa [illegible] [illegible] motata
est quia etas gradibus dignitatum mensurati
superni ciues celestis ciuitatis ordine con
stituunt ¶ Secundo describit eius premium quantum
ad perfectionem bona. Bonum est illud beatitudinis
premium in omnibus bonis complectens et tanta
ubi sunt bona secundum Boecium 3. de consolatione Beati
tudo est status omnium bonorum aggregatione per
fectus. Sunt ne illa bona que preparauit
deus diligentibus se fide non capiuntur
spe non attinguntur caritate non comprehenduntur
desideria et vota transgrediuntur acquiri possunt estimari
non possunt ut dicit Aug. 22. de ciuitate dei
Ibi enim ut dicit idem erit quicquid amabitur
aderit quod non desiderabitur non aderit ideo qui

bonum erit. Tercio describit hoc premium quantum ad plenitudinem. Et confertam id est plenam. Plena namque erit anima celesti beatitudine ita ut nichil anime ac voluntas ac intellectus sit vacuum quia plus sit repleberemur in bonis domus tue. Quarto describit hoc premium quantum ad sui firmitatem. Et coagitatam. Que enim firma esse volumus coagitamus. Tale enim erit vestrorum premium quia stabilitum et securum. Unde propter hec de vita contempla futura vita ibi creditur et ubi est tota securitas secura tranquillitas tranquilla iocunditas felix eternitas eterna felicitas ubi est amor perfectus timor nullus dies eternus alacer motus et unus omnium spiritus. Vel illud premium dicitur coagitatum voce gaudii diminuta beatitudine sanctorum qui deum omnes gaudebunt de beatitudine alterius beatitudo cuiuslibet alterius coagitabitur. Quinto describit hoc premium quantum ad habundantiam. Et supereffluentem. Supereffluens dicitur quia excedit merita nostra dedimus temporalia percipimus mundana pro divinis pro terrenis celestia. Vel dicitur supereffluens quia a plenitudine beatitudinis anime redundabit gloria in corpus unde Augustinus in epistola ad Dyoscorum. Tam potentem deus fecit animam ut de eius plenissima beatitudine que in fine temporum sanctis promittitur que redundet in inferiorem naturam que est corpus. Ita beatitudo que intelligentis et fruentis est propria sed incorruptionis vigor. Dabunt pater et filius et spiritus sanctus vel secundum glossam. Dabunt illi quibus impendistis misericordie opera quia erunt ca ut dos det in sinum vestrum secundum glossam. Nec securius et amabilius eo quod collocaturi in sinum. Secundo ponit equalitatem retributionis cum nostris operibus. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.

Primo quia ut dicit Basilius Basilius eadem mensura unusquisque peccat aut bene agit eadem premia aut penas feret. Et omnis pena sit secundum mensuram culpe. Legitur deut. 24. Secundum mensuram delicti erit et plagarum modus. Et apocalipsis 18. Quantum glorificavit se et fuit in deliciis tantum date illi tormentum et luctum. Sed dices non videtur quod secundum eandem mensuram mali puniantur qua peccaverunt quia peccat homo temporaliter et eternaliter punitur. Et dicendum quod peccatum quod fit in anima non delet quia in futura vita durat eternum ideo pena ei debetur eterna i. secundum glossam quia homo impenitens quantum in ipso est peccaret eternaliter ideo eternaliter punitur quia contra eternum et infinitum bonum peccavit. Considerandum est autem quod tot opera simul sunt misericordia et iustitia unde sicut reprobos eternaliter punit iuste quod tamen misericorditer mitigat eorum penam. Non enim continet in ira sua misericordias suas. Iustos non sic eternaliter iuste glorificat quod tamen misericorditer ultra merita dat gloriam Romanos 8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis.

Distinctio tertia

Secundo cum dicitur Dicebat autem illis tangitur quo ordine faciendum sit condempnatione operis quod est correctio quia corrigens debet incipere a semetipso. Eccli. 30. Miserere anime tue placens deo et contine cor. Et natura iudicanti. Primo enim debet habere iuris noticiam unde dicit Dicebat autem illis similitudinem. Numquid potest cecus iudex populum cecum ducere i. dirigere in regula iustitie et vita eterna ratione. Ambo in foveam pro dictionibus cadunt. Ysaie Grex perditus factus est populus meus pastores seduxerunt eos. Nam ut dicit Augustinus 19 de civitate dei ignorantia iudicantis plerumque est calamitas innocentis. Et si ab dicet ignorantiam iudicium posse corrigi per subiectos quia iudex aut non est discipulus super magistrum. Ideo sufficit discipulo imitari magistrum. Unde addit. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Perfectio namque discipuli est disciplina magistri. Secundo non est iudex ydoneus qui in minoribus detinetur criminibus et si habeat iuris noticiam unde subdit aliam parabolam. Quid autem vides festucam i. parvum aut leve peccatum sicut yre aut iocosi verbi vel temptationis carnis in oculo fratris tui. Quam tum oculi non aspiciunt licet habent trabem autem magnum peccatum vel odium adulterium vicium contra naturam et talia huius. Dicit quod merito trabes dicitur quia magno peccato tantum visus anime pertinet a profunda trahit inferni que in oculo tuo est non consideras quia relicta sui consideratione aliorum considerant culpas.

Distinctio 3

Tercio non est ydoneus aliorum corrector q
primo se non corrigit unde subdit Aut quo
potes dicere ferendo sinam fratri tui frater sine e-
icit absoluendo aut corrigendo aut satis-
ciendo iniungendo festucam de oculo tuo ipse in
oculo tuo trabem non vides hoc enim dicere
non potest sine confusione sui scilicet peccatum eius
notum sit nec dicere potest saltem sine reprehen-
sione proprie consciencie si peccatum sit occultum quia
non vult deus ut correctionis assumat
officium qui peccatis est obnoxius unde
Jo. viii. Qui sine peccato est vestrum primus in illam
lapidem mittat Quartum documentum ad-
iungit dicens ypocrita ypocrita dicitur simulator
Et revera peccator corrigens alium ypocrita est
qui actu correctionis innuit se ostendit
aptum cum non sit Eice primum trabem de oculo
tuo hic est verus ordo ut primo se ipsum corri-
gat unde Gregorius durum est ut qui nesciat te-
nere moderamina vite sue iudex fiat a-
liene Ecclesiastici vii. Noli querere fieri iudex nisi va-
leas virtute disrumpere iniquitates Et tunc
perspicies id est perfecte aspicies ut educas auc-
toritate regis festucam de oculo fratris tui
Quia licet iudex sit superior auctoritate regis
frater tamen non est paritate fidei tuo tamen correctionis
Et ideo superiore fratre debet corrigere omnibus
ipsis ut dicit Basilius Considerandum est
quante sit difficultatis alios iudicare
qua oportet ut servos complaciant tendet
quod videtur Turpissimum omnium Quia cum oculus
videat cuncta extra tamen supra se visu
non videt Ista et vicium multas cum aliorum
velociter correctat peccatum letus est ipsos
despicis pape Dominica secunda post trinitatem

Dominica 2a post trinitatem

Homo quidam fecit cenam magnam
et vocavit multos Luce xiiii. Et ho-
mines si tamen vespere soli habent nam spi-
rituum non est eas tam ardent prosequi
sicut bona corporalia ceteris malibus quia
Nunc vero habentes discretionis iudicium tros
tue fagatorum multum est reprehensibile ut
vera bona omnis eius propria que obnutat
solum sensibilibus Et ideo sicut ad cenam
non fuit tempus qui voluit probare bo-
ves et qui voluit videre villam et qui duxit
uxorem Ista tamen hec vicia scilicet concupiscentia

Et pro exemplo ad magnam cenam invitati [illegible]
[illegible]

carnis concupiscentia oculorum et superbia vite ce-
lestem patriam claudunt mundi amatoribus
unde versus Uxor villa boves cenam clausere
vocatis in studiis carnis celi clausere
veniatis De hoc quere supra sexagesima figura agri
et puncti clerum quod in tres partes dividitur Singu-
la sermonis tangitur divina magnificencia Secundo
subditur humana negligentia ibi Et cepit
omnes et Tercio proponitur iusta sententia ibi
Dico autem vobis et Circa primum divina mag-
nificencia talibus ostenditur primo in persona
magne cene magnifici cum est magni-
ficus unde dicit Homo quidam iste homo
secundum Cyrillum deus pater est non secundum nativi-
tatem sed quia ad similitudinem eius conditus
est homo Vel ut dicit doctor quidam huius homo
est ratione benignitatis et clemencie ad homines
potest et dici quod iste homo xpistus est ratione veritatis nature
quia verbum caro factum est et homo in gestu ipsius
veritate quia inscitum nominis eius nulla potest
natura comprehendere Ysa. ix. vocabitur nomen eius
admirabilis Sed describitur cum nomine distincto
cum dicitur homo quidam homo ratione veritatis nature sed
quidam ratione singularitatis Cuius singularitas
in multis apparet Primo in sermone ad verbum
Hebreorum primo Cui enim alicui non dico hominum sed et
angelorum dixit deus pater filius meus es
tu ego hodie genui te Et est singularis
in nocentia Ecclesiastici a. virum unum de mille
reperi Est singularis in origine quia conceptus
de spiritu sancto natus de virgine Ysa. vii. Generacionem
eius quis enarrabit Est singularis
in salute quia non datum aliud nomen
hominibus sub celo in quo oporteat salvos
fieri credentes Actuum iiii. Est singularis in
redempcione quia non est inventus neque in
celo neque in terra neque subtus terram qui
esset dignus aperire librum redempcionis
nostre et solvere signacula eius nisi hic ag-
nus innocens qui tollit peccata mundi ut
dicitur Apocalypsis v. Fecit id est preparavit cenam ma-
gnam Cena ista refectio vite eterne est Luce
xxii. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi
pater regnum ut edatis et bibatis super
mensam meam ubi editur atque bibitur in regno
de spirituali vita et non carnali Sed edunt sa-
cramenti se vitam eternam ita debere esse
in comestionibus et actibus carnalibus sicut

hic. Turpis enim esset talis vita eterna. Secundo
est spiritualis ista refectio intelligenda. Neque enim
corpus tuum indigebit cibo quia sancti non esurient
neque sitient amplius. Sed ista refectio erit
in gustu anime clare deum videndo, glorie
amando et perfecte illum possidendo. Et vere ista
beatitudo cena dicitur quia sicut cena post
declinatam diem post quam nulla est refectio sic vi-
ta eterna datur post diem presentis vite ubi
nil aliud expectatur. Sed dicitur cena magna
primo maior primo sit maxima ut eius
immensitas in cor hominis non possit ascendere
prima Cor. 2. oculus non vidit nec auris audi-
vit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus
hiis qui eum diligunt. Aliter secundum Guillelmum
Cena ista magna sacramentum est corporis et
sanguinis domini nostri Ihesu Christi quo reficiuntur
anime spiritualiter digne sumentium Io. vi.
Caro mea vere est cibus et sanguis meus
vere est potus. Hec refectio cena dicitur et dicitur
magna et dicitur facta ab homine Christo. Cena autem
dicitur non solum ex hoc quia hoc sacramentum
institutum fuit in cena domini sed est et propter
vocabuli dicitur enim cena a cenon quod est novum
Et quia vetera hoc sacramentum renovet nos
ab omni vetustate peccati replet in bonis desi-
derium tuum renovabitur ut aquile iuventus tua. Et dicitur
cena a ceno quod est commune quia ut dicit Urbanus
papa. in hoc sacramento spiritualiter omnis dulcedo
carismatum quasi in uno fonte potitur. Et dicitur
cena a scenon quod est umbra quia sub um-
bra accidentium panis et vini verum sanguinem
et corpus Christi carnem sumimus. Cant. Sub
umbra illius quem desideraveram sedi et fructus
eius dulcis gutturi meo. Dicitur est cena
ista magna quia non quicumque cibus in
ea paratus est sed ipse qui dat escam omni car-
ni magnus et filius altissimi. Iste cibus est
nobilis. Primo quia celestis Sapientie 16.
Panem de celo prestitisti eis Io. vi. Ego sum
panis vivus qui de celo descendi. Secundo cibus
est angelicus psalmus. Panem angelorum manducavit
homo. Tertio cibus est vivificus unde Augustinus
Cum enim cibo et potu id appetant homines ut
non esuriant neque sitiant hoc veraciter non
prestat nisi iste cibus qui eos a quibus sumitur
immortales et incorruptibiles facit. Ul-
timo iste cibus est deificus unione enim
ad deum nos facit in ipsum. glossa unde Augustinus libro
Confessionum. Nec tu me mutabis in te sicut cibum
carnis tue sed tu mutaberis in me. Io. vi.
Qui manducat meam carnem et bibit meum san-
guinem in me manet et ego in illo. Ultimus
facit cenam istam ipse. Neque enim virtutum
muti atque hominis fieri potest nisi in sermone Christi unde
dicit Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus
dicit hoc sacramentum non in merito sed in verbo effica-
catoris. Et Ambrosius libro de sacramentis. Ubi Christi
verba accedunt ad panem et vinum est sanguis
et corpus domini. Lucas accipiens et manducate
ex eo omnes hoc est corpus meum. Et cum verba
Christi calix vini et aqua est plenus verba Christi
cum prolata fiunt sanguis efficitur. Secundo
divina magnificentia quam dat in multorum
vocatione. Et vocavit multos ad cenam vite
eterne vocati sunt multi omnes sed multitudo
credentium prima Pe. ii. Deus omnis gratie vocavit
nos credentes in eternam suam gloriam in Christo
ipsum modicum passos ipse perficiet confirma-
bit solidabit. Sed est enim deus liberalis et
magnificus unde vult multos quicumque
maiestatis sue gloriam. prima Thy. vult omnes
homines salvos fieri et ad agnitionem eius nominis
pervenire. Tertio quam dat dei magnifice-
ntia in missione servi. Et misit servum suum
Iste puer ut dicit Cyrillus Christus est qui cum
esset naturaliter equalis deo exinanivit semet
ipsum formam servi accipiens. Cuius missio
eius est incarnatio unde Augustinus Eo intelligitur mi-
ssus quo incarnatus. Hora cene tunc gratie
est hora cene quo tempore missus est Christus
Gal. 4. At ubi venit plenitudo temporis
misit deus filium suum factum ex muliere dicens
invitatis ut venirent. unde clamat iste
servus venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego reficiam vos. Quia iam
parata sunt omnia. Ante Christi adventum non erat
ista cena preparata quia nullus poterat in
gaudii vita eterna. Sed ymolato Christo ut dicit
glossa patet celestis regni aditus. Sed ut autem
missus fuit apte ut invitaret et vocatos
ad cenam ipse servos apostolos misit et mittit
nobis predicatores ut dicant venite ad ce-
nam quia parata sunt omnia Io. 20. Sicut

Bern

Cyp(ri)an

Distinctio 2a

amisit me p(ate)r et ego mitto vos nos festiuos
ut dicit Bern(ardus) Ad locum tuciorem ad agros vberiores
ad pastum suauiorem ut sitemus sine metu
ut gaudeamus sine defectu ut epulemur sine
fastidio Et cyp(ri)anus dicit Properemus et curramus
ad patriam nostram ut vide(re) possimus ut parentes
salutare magnus illuc carorum numerus nos
expectat parentum fratrum filiorum nos frequens et copi-
osa turba desiderat iam de sua incolumitate
securum adhuc de nostra salute sollicita ad horum con-
spectum et complexum venire magna nobis et illis
i(n) co(mm)une leticia erit &c.

distinctio secunda

Secundo cum dicit Et ceperunt omnes
&c. tangitur humana negligencia qua
peccatores amantes temporalia excusant se
de spiritualibus et dividitur in tres partes Et primo
generaliter ponit vocatorum excusationem Et cepit
omnes simul se excusare Ecce homo dives
invitatur et pauper occurrit festinat Et tamen ad
divitem invitantur quinimmo et nos excusamus ostendit
quod deus quos rogans debuit non rogare dare
volebat tamen omnes sic se excusant Vnde fre-
quenter sic contingit quod nolentes se excusare
accusant Contra tales excusationes Augustinus
vbi est excusatio ibi accusatio et nulla enim potest ex-
cusatio haberi tamen Et videmus quod excusant
se iuvenes ab ista cena tamen nolentes
vbi causa excusatio in iuventute sua Et propter-
ea dicit quod in senectute sua conuertuntur sicut ut
dicit Augustinus viii confessionum miseri adolescentes qui
petunt a deo castitatem et continenciam sed nolunt
eam adhuc habere timent enim cito exaudiri
et sanari a morbo concupiscencie quam pocius volunt
expleri quam extingui Et excusant se alii
de defectu etatis Et quidam de inopia cum tamen
nichil impossibile deus mandauit Et quidam
de sollicitudine vel scolaribus Et quidam se excu-
sant quod nesciunt vitare et a deo primum non admittunt
ad omnia contingunt ut dicit Gregorius propter differenciam
spiritualium deliciarum et corporalium Corporales
enim cum non habentur valde desiderantur habite vero
fastidiunt Sed spirituales non habite in fastidio
sunt habite autem in desiderio sunt quas gustaverint
homines quam suaues et dulces et aliquando odore eis
tenere percipiunt profecto ad spirituales delicias
currunt Nunc vero infectum habent gustum sicut
febricitantes Vnde illa non senciunt dulce-

dinem Et ideo in speciali vocatorum ponuntur
tres excusationes Quarum prima est superborum
qui amant dominationes mundi Primus dixit

p(ri)a

prima excusatio de superbia vbi quod est superbia
Villam emi Augustinus In villa empta dominatio
notatur qui enim habet villa regionis et municipalis
dominatur Et vnde dicitur est empta quia mag-
nis periculis laboribus et tribulationibus
emitur dominatio Et necesse habeo Necessitas ista
assumpta est non coacta exire propter dominationem
exit homo et exit a se ipso quia relicto
proprio regimine et dominatione sui ipsius abijt
ad regimen exteriorum videre illam videntur
et diligunt attendunt tyranni ne ista villa
ab eis auferatur conspirationibus inimicorum aut
alio modo habe me excusatum Non excuditur
iste rogatus excusacionis nomine cum dolorosus
cos sic est dispositus quod si vocent se non
habere excusationem tamen exirent videre villam
Et attendunt quod ista rogatio vel est humili-
tatis enim superbi quod numquam exaltatur nisi
humilitatis Contra ut dicitur Ecclesiastici x Odibilis
est coram deo et hominibus superbia non enim
superiorem aut parem pati patitur et ideo ut
premant admittunt dominandi humilitatem
quia in corde non habent humilibus ostendunt et gesti-
bus de quibus Ecclesiastici xix Est qui nequiter se
humiliat et interiora eius plena sunt dolo

2a

Item enim ponit secundam excusationem que est ava-
rorum Et alter Avarus alterum vicium post
superbiam est avaricia Dixit Iuga boum
emi v. Bos secundum Hugonem tastem eius
significat bos enim non portat sed trahit
Contra ipsius non portant spem sed habent bos est
pigrum est animal et recalcitrat stimulo
Ita ipsius piger est ad bonum et ratione ad
bonum recalcitrat Dicitur autem v
iuga boum Iugum enim est ex duobus bobus
Hic ipsius quinque duobus vtitur organis
ut iugum sensus visus ex duobus est
oculis Auditus ex duobus auribus Ol-
factus in duabus naribus Gustus in
palato et lingua Tactus licet sit in toto
corpore tamen ut dicit Augustinus voluptatis carnis

nis quod ad tactum pertinet geminatur est in-
trinsecus et extrinsecus vel geminatur
quia due sunt manus tactui deservien-
tes contra istos. Avarus dicit emere quia
bona temporalia habens precepta sensibus cum
ipsius sint, ea tamen desiderio vendicat.
Artem emit quia magnis periculis labo-
ribus multis et servitutibus duris acquirit
hec temporalia et comprobare illa vult avarus
probat iuga boum quando experitur quod possint
temporalia que sibi desiderantur probat villam
vicinamus quod possit pecuniam melius probat
cupidus quod possint possessiones in fructu.
Rogo te habe me excusatum. Si igitur causa ex-
cusationis iusta fuisset dignum erat ro-
gationem eius exaudiri. Nunc non quia
rusticanum opus preposuit nobiliti celesti
cene nulla est excusationis ratio. Item post
tertiam excusationem que est luxurie. Alius
dixit scilicet luxuriosus: Uxorem duxi. Ista
uxor ut dicit Augustinus voluptas carnis
est que multos impedit quod voluptatem honorabili
vocat nomine coniugii. Quamvis ut dicit Gregorius
Licet coniugium bonum sit ad propagandam so-
bolem divina prudentia institutum, non nul-
li tamen non fecunditatem prolis sed desiderium ex-
plent voluptatis vel carnis. Volupta-
tem nomine uxoris appellat eo quod quidam sic
fruuntur passim illicitis desideriis ac si
voluptas esset uxor. Et ideo non possum
venire etc. Quia vinculum huius vicii liga-
tam tenet animam ut ad dominum non possit
accedere et quando vult. Quamvis ut dicit Basilius
intellectus humanus urgens ad iudicandum
et illecebras debilis est ad agendum divina
consuetudinem actus carnalis fit ca-
thena necessitatis constringens hominem. Unde
Augustinus viii confessionum: Ex voluptate perversa facta est
libido et dum libidini servitur facta est consuetudo
et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas.
Et attendendum quod non rogavit iste se haberi
excusatum quia homines tales dispositi contra
tribescunt et orare dominum vel quia con-
tempsit et iram incitant. Sicut impius
cum in profundum venerit viciorum contempnit.
Et reversus renunciavit servus patri suo. Et re-
versus servus predicatores dicuntur reverti
ad dominum quando post exortationes ubi occupationes
videntur ad se ipsos descipi considerantes
et dominum in intima mentis contemplatione
intuentes. Nunciavit hec domino suo. Nun-
ciant predicatores deo factum quod fecerunt in
predicatione de querelis deum laudando et ora-
ndo pro eis, pro his vero qui verbum dei contempnunt
dolendo et gemendo coram domino. Quam nunciacio est. Et
ut dicit Augustinus non indiget deus nunciis
sed inferiorum salutem quod peccatores sciencior fiat quia
omnia novit stabiliter et incommutabiliter.
Unde nuncii sunt ut deo assistant cum de in-
ferioribus agendis consulant. Job 38:
Mittes fulgura et ibunt et revertentia di-
cent tibi adsumus.

Distinctio tercia

Vero cum dicat dominus iratus paterfamilias
iusta consecuta sententia qua tempus est
prima scilicet de aliquorum introductione. Tunc
iratus paterfamilias. Paterfamilias deus
est cuius familia sunt omnes angeli omnes
electi fideles. Habet et familiam ipse ca-
nit conservat ordinavit et distribuit officiis.
Iuste non deus irascitur de negligentia homi-
num pro quibus celestem cenam contempnunt
et vilibus cibis implent mentem. Est non
ut dicit Basilius quod deus irascitur non quod
passio ire divine sic accidat sed talis o-
peracio talis in nobis sit habitu. Per ira
dei ira et indignacio eius dicitur quia ira
quanto pacientior tanto firmior
est et gravior. Ysa. vi. Ab indignacione eius
commovebitur terra et non sustinebunt gentes
comminacionem eius. Et in oratione Mana-
sse regis dicitur: Omnes pavent et tremunt
a vultu maiestatis tue et insustentabilis
ira tua comminacionis tue super peccatores for-
midine nec eius ullus potest sustinere.
Unde Apoc. vi. Reges terre et principes
terre et tribuni et divites et fortes et omnis ser-
vus et liber absconderunt se in speluncis et
petris montium et dicunt montibus et

[illegible]

[illegible marginal note]

et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super tronum et ab ira agni quoniam veniet dies magnus ire et quis poterit stare. ¶ Decimum mandatum imponit. Dixit servo suo exi cito. Prelatos exire ab internis contemplacionibus ad exteriorem ubi demittacionem Mt. 13. Exiit qui seminat semen suum seminare. Cito. quia hic moram trahit presens tempus cum breve est. 1 Jo. 2. filioli mei novissima hora est. In plateas et vicos civitatis. Civitas ista mundus est cuius platee prospera eius sunt vici non adversa mundi. Et pauperes qui sunt sive defectum dicuntur enim pauperes quia temporalium parum habentes ac debiles qui sunt virtutibus et vigoribus defectum. Cecos qui nullius ingenii lucis sunt ut dicit Greg. Et claudos qui in operibus inopes gressus non sunt. Introduc huc. De plateis enim id est prosperitate mundi ceci introducuntur et claudi. Ceci sunt quia temporalium successu ignorant quod futurum est parat dies. Claudi ergo sunt qui sunt de privatum affectum ad prospera mundi vel ceci sunt et claudi qui scandalizantes pedem aut oculum absciderunt intencionem vel affectum mundi introducuntur. Cum tales ad vitam Mt. 18. Bonum est ad vitam ingredi debilem vel claudum. De vicis id est adversitatibus mundi introducuntur pauperes quibus est bonorum temporalium defectus. Luc. 6. Beati pauperes quia vestrum est regnum dei. Introducuntur et debiles qui in isto mundo non sunt statum dignitatis aut potencie. 1 Cor. 1. Infirma mundi elegit deus et ignobilia atque contemptibilia ut confundat fortia. ¶ Decimum ponit huius obitum. Et ait servus Domine factum est ut imperasti. Secula ita fit ut dominus imperat. Circa in regnum eterne beatitudinis per magnam partem introducuntur qui ad tacite temporalibus aut habentes ea contempnunt et adhuc locus est. Extra Ordens explicatione. Adhuc est modo et locus vacuus quod predestinatis oportet impleri antequam mundus finiatur. Apoc. 6. Responsum fuit animabus

sanctis petentibus corporum vindictam. adhuc sustinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrum vestrorum. ¶ Undecimo ponit formam de quorundam compulsione. Et ait dominus servo suo Exi in vias et sepes. In viis habitant qui multa vera vitare et adversitate compelluntur non figere animum in mundo set ei quasi via peregrinacionis uti. In sepibus non habitant quos mundus despiciens quasi extra abicit. Et compelle intrare. Compellit nos intrare ad eternam timor inferni et adversitas temporalium. Ber. Hos elegit deus quos mundus despicit quia plerosque ipsa despectio hominum revocat ad se ipsum et tanto celerius a qui vocem dei audiunt quanto in hac mundo non habent unde delectentur. Unde alibi dicit Mala que nos hic premunt ad deum acius ire compellunt. Ut impleatur domus. Domus patrisfamilias ubi fit eternum convivium celestis patria est que magne capacitatis est. Baruch 3. O Israel quam magna est domus dei et ingens locus et mundicie et sanctitatis. Ps. Domum tuam decet sanctitudo. Est decoris pulcritudinis. Ps. Domine dilexi decorem domus tue. Est laudis et beatitudinis. Ps. Beati qui habitant in domo tua in secula seculorum laudabunt te. Ad hanc domum suspirabat dicens. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria domini. ¶ Notandum quod 4 genera hominum introducuntur ad celestem cenam scilicet ceci et claudi pauperes et debiles qui omnes assumuntur de 4 statibus quorum duo sunt in mundo mundi huius civitate scilicet platearum prosperitas et vicorum adversitas. Duo vero sunt extra mundum scilicet status religionis qui est via et status prelacionis qui est sepibus sepes cum protegit ea que includit. De prelato non dicitur Ezech. 13. Quesivi virum qui interponeret sepem et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam. ¶ Ultimo quod celorum regnum quidam violenter rapiunt illud est intres et quicumque carnem macerant Mt. 11. A diebus Johannis regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Quidam vero illud furantur per contemplacionem sicut maria magdalena que sedebat ad pedes domini

audiens verba eius Luc. x. Secunda autem illud emunt peccatores largitionem unde Aug. hoc despectum et minima precii mercedem venale est regnum dei emere. si vis tamen valet quantum habes quia sumptum habes te ipsum da et habebis id. Ambros. dicit ideo hoc regnum gratuito datur pueris scilicet decedentibus in sacro. qui nullis suis meritis salvantur qui per merita. Quilibet terra despicabilem Secunda et operculum intrare urgentibus adversitatibus inedie et egestate qualis fuit filius prodigus qui egestate compulsus redijt ad patrem Luc. xv. Ps. imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine. Tercio ponit metuendi sententia de quorundam reprobatione unde dicit Dico autem vobis quod nemo infallibile est quod nemo virorum illorum qui vocati sunt et neglexerunt venire gustabit cenam meam. secundum ut dicit Gre. Nemo contempnat ne dum vocatur excusat cum voluerit intrare non valeat Rogerus &c.

Dominica tercia de prima et

Erant appropinquantes ad Ihesum publicani et peccatores ut audirent illum Luc. xv. et infra. Quanta sit benignitas dei et mansuetudo erga peccatores presens euangelium declarat in quo primo ostenditur quia misericorditer deus suscipiat ad se redeuntes. Secundo quanto labore requirat errantes ibi Et ait ad illos &c. Tercio quam diligenti sollicitudine invenit aberrantes ibi Aut que mulier &c. Circa primum duo facit. Primo enim ponit peccatorum accessum ad Christum unde dicit Erant appropinquantes ad Ihesum publicani et peccatores. Publicani dicuntur qui exigunt tributum rerum venalium maxime earum rerum que navigio feruntur. Et quia difficile fit sine peccato se implicare curie secularis. ideo inter peccatores computantur et propter hoc quia prohibita erat iudeis talis exactio primo Esdre. A. Tributum et annonas non habebitis potestatem imponendi. Ideo isti et aliorum raptores dicuntur publicani et peccatores unde et alio dicitur publicanus eo quod publice peccet. Nota quod peccatores infirmi spiritualiter debent accedere ad Christum sicut infirmus ad medicum pauper ad thesaurum. sitiens ad fontem. esuriens ad cibum. cecus ad lumen. servus ad libertatem. captivus ad redemptorem. lapsatus ad requiem. et mortuus ad vitam. Sunt enim peccatores infirmi spiritualiter. Math. ix. Infirmati sunt mente et clamaverunt. Tot enim paciuntur genera infirmitatum quot peccatis sunt vulnerati. Unde necesse habent accedere ad Christum medicum ut sanitatem sanentur qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis et sanat omnes infirmitates tuas. Item sunt peccatores egentes et pauperes dicens Ps. Ego vero egenus et pauper sum. Et ideo accedant ad Christum thesaurum omnis boni ut ditentur qui dat omnibus affluenter. Est enim dives in omnes qui invocant illum. Ps. adiuvit pauperem de inopia. Item sunt peccatores esurientes et sitientes. Ps. Esurientes et sitientes anima eorum in ipsis defecit. Hec enim temporalia non possunt tollere famem. Sunt enim sicut siliqua cibus porcorum quia intus vacue sunt et vacuus inflant ventrem quam saciant. Rursus ista temporalia non extinguunt ardorem sitis. Sunt enim velud aqua salsa que amplius sitim accendit quanto amplius fuerit gustata. Et ideo necessarium est peccatoribus ad dominum accedere qui est cibus vivus et fons vite ut non esuriant neque sitiant amplius. Item sunt peccatores ceci mente. Excecavit enim eos malicia eorum. Ps. Lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Ideo ad dominum accedant qui vera lux est in quo tenebre non sunt ulle. Ps. Accedite ad eum et illuminamini. Item peccatores sunt servi. Omnis enim qui facit peccatum servus est peccati. Io. viii. Ideo accedat ad dominum qui abstrahat et liberat servitute. Unde Si filius liberabit vos vere liberi eritis. Item peccatores sunt captivi a dyabolo detenti. Ysa. v. [illegible] eorum in captivitate ibit. Accedant ergo ad dominum qui non dedit nisi precium in se ipsum pro nostra redemptione. Ysa. xlv. Captivitatem meam dimittet non in precio neque in muneribus. Gratis venundati estis et absque argento redimemini. Item peccatores sunt lassati et fatigati opere

peccatorum ysa. 9. 6. Nova vita sine pondere ad
lassitudinem verum veterum est illis addendum acce-
dere qui tollat hec Gradiamini et dicet fatigatis
requiem iuxta Venite ad me omnes qui la-
borati et honerati estis et ego reficiam vos.
Ultimo peccatores mortui sunt per peccatum cum
tamquam venenum tollit vitam anime et ideo
sunt sedentes in tenebris et umbra mortis
Circa quod necessarium est nobis addendum accedere ad te
vitam primam et eternam ut mereamur in ea vivi-
ficari. 1. Cor. 14. Sicut in Adam omnes
moriuntur ita et in Christo omnes vivificantur
Deinde ostenditur adhuc accesserunt peccatores ad Ihe-
sum ut audirent illum quia delectabant
peccatores audire verba Christi qui racionabiliter
peccata reprehendebat quia non cum austeritate
sed benigne eos admonebat quia non
fulminabat ad condempnandum sed misericor-
diter spem venie promittebat. Secundo ponitur
iniquus murmur iudeorum. Et murmurabant pharisei
qui religionis cultu et simulata sanctitate
ab aliis erant divisi. Et scribe qui legis
noticia erant doctores populi. dicentes
non quidem murmurabant de eo quod peccatores
appropinquabant Christo sed quia ad se appropinquantes
recipiebat et manducabat cum illis. Quasi hic
qui dicitur bonus et iustus peccatores recipit
ad suam conversationem et graciam Et quod amplius
est cum illis manducat tamquam amicus
eorum Si cognovissent scribe et pharisei quia
Christus venit in hunc mundum peccatores salvos
facere ut dicit apostolus 1 Thy. 1. nequaquam
murmurassent ~~[struck]~~ recipiebat Non enim
salvatur infirmus nisi accedat ad ipsum
medicum nec illuminantur tenebre nisi presencia
lucis nec vivificatur corpus nisi adsit vita
Et ideo cum Christo tanta fuit cura de peccatoribus
ut prelatus curam suscipiens sumeret amorem non est
mirum si eos recipiebat et conversando cum
eis quidem eos a peccatis sanaret et illuminaret
hoc enim totum fuit amoris et benignitatis
Ex nimia scribarum et phariseorum erat arrogancie
et superbie ut dicit G. Distinctio secunda

Secundo cum dicitur Et ait ad illos et
ponitur parabola una qua declaratur
quanto labore Christus errantes per
quirat 4 vj. Fuit Primo enim tangitur multitudo
subiectorum Christi Et ait ad illos parabolam istam
dicens quod similitudine dedit quod et ho-
mo in se ipso recognoscat tamen ad amorem
hominum pertinet Quis ex vobis homo Iste
eos arguit quibus sit iste homo et ipse est homo
iste homo et ipse est homo iste licet ipsum
non cognoscerent Iohannis 1. Medius vestrum
stetit quem vos nescitis. Qui habet centum oves
oves Christi secundum Ihe. totum genus humanum est
Eze. 34. Oves pascue eius i. Christi mee
non omnes est ex quibus ovibus nonagin-
ta novem sunt iusti una non est peccator secundum
quod in fine istius dicitur parabole Vel secundum
Ambrosium oves Christi unum sunt genere non specie/
angeli scilicet et homines/ Circa ut dicit G. Ipse
centum oves habet cum statum angelorum et
hominum numerum possidet/ Ex quibus ovibus
nonaginta novem angelici sunt spiritus
Una non perdita ovis genus humanum
intelligitur. Quinque oves quod est pastor ut dicit
Ambrosius cuius nos omnes centesima portio
sumus. Secundo ponitur ovis perdite requisicio
Et si perdiderit unam ex illis. scilicet unam in qua
omnis tunc perit quando peccando homo pas-
cua vite reliquit/ Et audi pastoris
dilectionem et dignitatem Nonne dimittit
nonaginta novem in deserto. desertum est
celum quod per malum angelus deseruit primum
et homo per peccatum/ in quo celo salvator in-
venis pastor ovium nonaginta novem
reliquas oves Nota scilicet novem spiritu ordines
angelorum archangelorum virtutum potestatum
principatuum dominacionum thronorum cherubin
et seraphin quos secundum Math. reliquid
in montibus i. sublimibus celorum
non quod secundum divinitatis presencia que per omnia
ubique est nec secundum gubernacionem cuius pro-
videncia et potestas ad omnia diffunditur sed
dimisisse eos dicitur racione humanitatis assumpte
secundum quam venit in mundum Vel dimisit eos
quasi adhuc ordine prudencie qui est redi-
me delinquentes/ licet enim angeli qui non

qui non peccavit relicti sunt eo quod redemptionis capaces non fuerunt. Et vadit ad illam que perierat. Prima via Christi fuit incarnatio de celo in uterum. Secunda via per mundum istum predicando in fame et siti atque multis laboribus. Tertia via fuit ad mortem. Quarta fuit ad inferna. Quinta via fuit regressus eius in celum donec inveniat illam. Invenit hominem quando carnem assumpsit humanam. Invenit eum predicando et conversando nobiscum. Invenit eum in morte quia recuperavit eum de manu diaboli. Invenit eum in inferno unde eum duxit ad celum. Tertio ponitur inventae ovis susceptio. Et cum invenerit illam etc. Gregorius in omelia dicit: Cum pius pastor ovem perditam repperisset non punivit non verberavit non urgendo duxit ad gregem, ipse enim penas verba et maledicta digna ovi sustinuit; unde eam voluit molestare sed supponens humeris humeros et portans clementer annumeravit gregi; unde sequitur: Imponit in humeros suos gaudens. Ysidorus: Quemadmodum bonus pastor quia propter nimiam infirmitatem ambulare non potuit propriis humeris recepit ad reliquum gregem; tunc non ut dicit Gregorius. Quem humeris suis imposuit quando naturam humanam suscipiens peccata nostra ipse portavit. Et Ambrosius: Christus te corpore suo revehit quia nostra ipse peccata portavit. Humeri enim Christi ut dicit Ambrosius crucis brachia sunt; illic nostra peccata deposui in illa patibula nobilis cervice quievi. Et attende quod Christus gaudens imposuit ovem humeris suis quia licet magnus fuit dolor passionis et mortis quo genus humanum requisivit et humeris imposuit, hunc tamen laborem et dolorem sustinuit letanter ut perditam ovem recuperaret. Quarto ponitur suscepte ovis reductio. Et veniens domum, domum usque adeo redijt Christus cum ove inventa celeste est enim quando rursus est in celum ascendit. Ascendens enim in altum captivam duxit captivitatem. Quinto ponitur reducte ovis gaudium et exultatio. Et convocat amicos suos angelici spiritus amici Christi sunt et

vicini ita ut dicit Beda. Superne virtutes omnes dicuntur in comparatione ad deum cuius respectu omnis natura nostra creata bestialis; sed tamen inter nos quod rationales amici et vicini dicuntur. Amici quidem ut dicitur qui voluntatem eius in sua stabilitate custodiunt. Vicini ideo quia claritate visionis illius sua assiduitate fruuntur. Vel ideo vicini dicuntur eo quod angelica natura ratione nobilitatis sue proximior est deo omni creata secundum quod dicit Augustinus 12 confessionum: Duo fecisti domine unum prope te scilicet angelicam substantiam alterum prope nichil scilicet primam materiam. Istos angelicos spiritus Christus convocavit quando redemptionis humane misterium eius manifestavit interrogantibus quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ysaias 63. Et videt: Ego qui loquor iusticiam et propugnator sum ad salvandum. Dicens congratulamini michi id est sitis omnes mecum et michi congratulemini. Quia inveni ovem meam que perierat. Luce 14. Epulari et gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuus fuerat et revixit perierat et inventus est. Non ut dicit Gregorius quia non congratulamini invente ovi sed michi quia scilicet eius est gaudium vita nostra; et cum ad celum reducimur sollempnitatem leticie eius implemus. Vel ideo congratulandum est sibi quia non frustra mortuus est neque frustra laboravit, ex quo invenit ovem perditam. Omni vero non est congratulandum quia multis suis inventa est. Sexto ista parabola ovis adaptatur ad propositum: Dico vobis quod nonaginta novem iustis et ceteris de eo quod peccatores recipio. Et ita gaudium est in celo angelicis spiritibus qui gaudent eo quod numerus angelorum suppletur ex conversione peccatorum super uno peccatore penitentiam agente. Non est gaudium solum de redemptione generali humani generis sed quacumque hora convertitur unus peccator gaudium fit in celo. Dicitur enim de eo: Et quidam vir magne sanctitatis adeo molestie ferebat fidelem quendam esse pusillum a quodam infideli ut unusque mortem miserabilem ardenter desideraret. Cui circa noctis medium apparuit Ihesus in aere cum multitudine angelorum; in terra vero apparuit fornax accensa ad quam trahebant illi duo homines illum non intendenti magno desiderio ut mitterent in

fornacem et moleste ferentem dilacionem pene exte
rioris iustus descendit de solio iustitie extensis
manibus homines illos eripuit elevataque ma
nu dixit Carpo iam percute me lancea paratus
enim rursus sum mori pro salute istorum. Est ergo gau
dium deo in conversione unius peccantis hominis
pro quo si non sufficeret passio sua rursus pati et
mori sit paratus. Quam super nonaginta novem
iustis qui non indigent penitentia. Cum enim penitentia non
indigent nullum gaudium potest esse de conversione eorum
et tamen gaudium est in celo de innocentia et perseverantia
ipsorum quia ut dicit Gregorius plerique sunt iusti in quorum
vita tantum est gaudium ut eis quelibet peccatorum venia
penitentium illatenus possit. Querit Augustinus viii confessionum
cap. 3 quid causae sit ut maius sit gaudium de salute de
sperate anime quam de ea cuius semper fuit spes salutis
sicut enim eventus apparet testimoniis et adducit
v exempla. Triumphat enim victor imperator et
tanto maius est gaudium victorie quanto maius
periculum fuit in prelio. Item tempestate navem iactante
cum tranquillatum fuerit celum et mare omnes nimis ex
ultant quia timuerunt nimis. Item cum sanitati re
ditur quis amarius tale fit gaudium quale non fuit
cum ante fortis esset. Item ebriosi quibusdam falsis in
gulis utuntur quo fiat molestius ardor quem dum ex
tinguit potatio maior fit delectatio. Item institutum
est ut iam pacte sponse non tradantur statim ne vilem
habeat maritus datam quam non suspiravit sponsus dila
tam. Et idem quod generalis causa omnium istorum est quia
gaudium nascitur ex amore pretiose rei amate. Cum
ergo res quam amamus perdita est et gratia exposita periculo
quasi pro non habita reputatur sed cum acquiritur fiat ac si nova
haberetur gaudemus et tanto amplius de eius receptione
quam prima acceptione quanto magis nunc diligitur quam
ante quam haberetur. Item magis gaudet pater de filio re
dito saniori quam gaudeat de filio qui natus fuit quia
magis postea dilexit quam ante nativitatem. Et ma
gis gaudet homo de reditu amici quam recessu quia
in mutua conversatione eius amplius eum fecit diligentem.
Probat autem generali causa sumunt. A. rationes quare
maius gaudium est de conversione peccatorum quam de in
iustis qui non indigent penitentia. Prima quia Christus

magis laboravit pro conversione peccantium
s. usque ad mortem magis autem diligimus in
quibus amplius laboravimus. Unde amat ma
ter plus filium quia magis in eo laboravit.
Et homines plus diligunt pecunias acquisitas
quam donatas aut hereditate possessas. Propter
quod videmus eas esse tenacius amatores. Secunda
ratio est ratione maioris gratie. Maior enim gratia
conceditur peccatoribus quam iustis Ro. 4. Ubi
habundavit delictum super habundavit et gratia.
Maius est enim inimicos reconciliare. Unde
maius est gaudium. Tercia ratio est quia
maius gaudium est de maiori victoria
ut autem dicit Augustinus plus vincitur hostis in
eo quod plus tenet. Et ideo de conversione peccatorum
est gaudium de liberatione a malo et adeptione
boni. Gaudium non de iustis est solum de consecutione
boni. Quarta ratio est secundum Gregorium. Quia peccatores
conversi convertunt fortius dimicare contra dyabolum
quam iusti et ideo maius est gaudium sicut dux
amplius illum militem diligit qui post fu
gam et vulnera reversus fortiter premit hostem
quam eum qui numquam fugit nec tamen aliquid
virile fecit. Quinta ratio est secundum eundem quia
peccatores post conversionem convertunt amplius
in bonis operibus fructificare considerantes
vite preterite statum. Agricola magis illam terram
diligit que post spinas et tribulos uberiores
fructus producit quam eam que numquam spinas habuit
nec tamen multum fructum produxit. Sexta ratio est
secundum Augustinum quia peccatores sunt exemplum con
versionis aliis et ideo maius est gaudium de
ipsis quanto plures eorum exemplo sunt convertendi
et plures a fidelibus deo sunt laudes reddende.
Textus cum dicitur Aut que mulier et ponitur
Secunda parabola in qua declaratur quanta
sollicitudine et diligentia Christus perditos
inveniat ubi congruit facit. Premittit enim primo
perditi hominis sollicitam inquisitionem unde dicit
Aut mulier. Glossa. Que significat pastorem
ipse personam ipse enim deus et dei sapientia
habens dragmas decem. Dicit magister
Petrus quod dragma huius dragme est

[illegible marginal annotation]

minus est castitatis in quo Christus accipitur. Hec dragma dragmatis que est quarta pars stateris. Vel dragma in ibi est genus carminis quam amoris canticum consertitur, de quo dicitur autem thorus huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis vel dragmatis. Sicut autem in centum ovibus omnis creatura rationalis intelligitur eo quod specialem ipsius curam habeat Deus sicut pastor ovium, ita in decem dragmis eadem rationalis creatura intelligitur angelorum et hominum, quia ut dicit Cyrillus dragma nummus est in ipsam habens regis ymaginem. Omnis ergo creatura rationalis ad ymaginem Dei et similitudinem condita est, que merito dicitur nummus, quia sicut nummo comparantur alia ita scriptum dat quilibet pretium pro regno Dei. Unde Augustinus: regnum celorum tantum valet quantum habes. Istas habuit Christus decem dragmas, quia ut dicit Gregorius novem sunt ordines angelorum quibus additus hominum ordo fit dragma Christi. Secundo ponitur sollicitudo perditi hominis inquisitione: Si perdiderit dragmam unam et cetera. Tunc perdita fuit dragma quando homo qui ad ymaginem Dei conditus fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Cottidie adhuc ista dragma perditur vel in pulvere divitiarum vel in luto luxurie vel in dimitatione angustiarum errorum. Deinde triplicem ponit sollicitudinem inquirendi. Prima ratione accendit lucernam. Glosa: Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna est lumen in testa, est divinitas in humanitate, ista ergo lucerna accensa refulsit in miraculis, inflammavit dictis, illuminavit exemplis. Collocatus enim erat in obscuris homo in umbra mortis. Unde ista oportuit lucernam incendere. Secunda sollicitudo est evertit domum. In alia littera dicitur et mundat domum. Nam evertit Christus domum conscientie quando fit dum assueta vicia relinquit, ex parte et domum conscientie emundat ab omni rubigine ut relucescat conditoris ymago. Vel domus est mundus iste quem evertit Christus ut perditum hominem inveniret, eiecit enim principem eius dyabolum. Evertit mundi delecta-

[illegible marginal annotation]

menta. Unde ait in festo diem divicias misit contemptui tunc et in ecclesia affligi. Unde secundum evertit domum ut mundum novum faceret. Tercia sollicitudo est: Et querit diligenter. Diligenter querit quod intime diligit. Sic nos querit Christus dilectione sua ad nos ut animam suam posuit pro nobis. Donec inveniat. Non enim desistit querere donec inveniret. Unde sicut enim usque ad contumelias, usque ad minas, usque ad flagella, usque ad mortem, usque ad inferna. Unde versus: Sputa flagella, mine, crux, clavi, lancea, spine, felix fine sunt mea meta ruine. Tercio ponit in inventionis exultatio: Et cum invenerit. Non mirum si invenit eam quam ubique et usque ad inferna quesivit cum divinitatis lucerna ardenti, convocat amicos et vicinos, supreme virtutes, vicine non sunt superiores ut throni, cherubin et seraphin: Congratulamini michi quia inveni dragmam quam perdideram. Cum Deus eternum de se corpore faceat gaudium et angeli gaudeant in eo gaudent tamen de conversione penitentium quando id quod predestinavit impletur. Nec illud gaudium est Deo novum aut temporale, sed eternum. Angeli non quibus effectus predestinationis innotescit de nova conversione temporaliter gaudent. Quarto parabola appositum adaptatur: Ita dico vobis quod gaudium erit coram angelis Dei qui sunt vicini et amici Christi super uno peccatore penitentiam agente et cetera. Penitentiam agere est perpetrata mala plangere et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat ut tamen alia committat adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Advertendum quod maius nobis dicitur esse gaudium de nova conversione si tamen angelis et Dei gaudium. Unde Augustinus in libro viii confessionum: Nos cum magna exultatione audivimus cum audivimus quando exultantis pastoris humeris reportetur ovis que erraverat et dragma referatur in thesauros tuos Domine collectantibus vicinis mulieri que invenit et lacrimas excutit gaudium sollempnitatis domus tue. Unde dicit ambrosius: Unus quisque mittetur ad prioritatem si conversationem suam secundum tuam fidem credidit animabus angelorum quorum ut debet patrocinium affectare vel offensam vereri. Tu igitur esto angelis leticie causa ut gaudeant de reditu tuo. Rogemus.

Dominica quinta. Distinctio prima.

Cum turbe irruerent in Ihesum ut audirent verbum Dei et cetera. Luce v. Maxime desiderant

[illegible marginal annotation]

[illegible]

homines inuitat ista audire noua et uidere mirabilia. Ex quorum primo mens delectatur. De secundo uero admiratur. Unde non mirum si sequebantur saluatorem nostrum multe turbe propter doctrine suauitatem et stuporem operum mirabilium de quibus agitur in presenti euangelio quod in tres partes diuiditur. Primo enim ponitur salutis doctrine predicatio. Secundo ponitur mirabilis uirtutis operatio ibi ut autem cessauit loqui et cetera. Tertio ponitur stupor et admiratio ibi et cum uidisset Symon et cetera. Circa primum tria facit. Primo enim ostendit desiderium audiendi christum. Cum turbe irruerent in eum. Irruere est maliciam et impingere. Et tamen erat turbe desiderium audire christum ut eum comprimerent. Nec mirum ut dicit Crisostomus. Cuius enim discessit ab eo inuitatus? Si tanta quibus noluisset facie eius gloriosam uidere et audire obdurata locutione? Et et hebat enim turba cum impetu quod admirari magis est in ferum. Ut audirent uerbum dei. Cuius uerba erant sapientie profunde gloriose eloquentie noue doctrine et suauitatis benigne. Unde non mirum si tanto audiebant desiderio. Johannis 7. Numquam sic locutus est homo. Et ipse stabat secus stagnum Genezareth. Mare Galilee et id est stagnum. Et dicitur stagnum eo quod aque sine fluxu stent. Hoc stagnum fit Iordane in ipsum fluente. Et dicitur stagnum Genezareth a proxima regione Genezareth. Que admirabilis fertilitatis quam irrigat. Ecce quanto desiderio sequebantur turbe christum quod usque ad mare compellerent eum. Fugiebat autem gloriam et quanto plus fugiebat tanto magis eum sequebantur ut dicit Theophilus. Et uidit duas naues stantes secus stagnum. Una nauis erat Petri et Andree altera Zebedei et filiorum eius Johannis scilicet et Jacobi. Piscatores autem descenderant et lauabant retia tota nocte operi piscationis intenderant et nichil apprehenderant unde fatigati retia lauabant ut lota complicarent. Secundo ponitur sequaci christi actibus. Ascendens autem in unam nauim que erat Symonis rogauit eum a terra reducere pusillum. Ut enim comprimebatur a turbis ne compelleretur nauim ascendere ubi christi mansuetudo consideranda est quia rogauit Petrum et Petri obedientia intuenda quia relicta propriis operibus occupatione in omnibus fuit obediens. Tertio ponitur turbe in

[illegible]

structio. Et sedens quod pertinet ad dignitatem magistri. Johannis 13. Vos uocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim. Matthei 23. Unus est magister uester christus. Unde tamquam magistro exhibenda est reuerentia. Docebat. Ipse docet omnes homines scientiam sine quo doctore nullus est doctor. Ecce nauicula. Ecce cathedra magistralis. Extrinsecus enim in mari piscatores extra turbas. Ecce dispositio auditorum. Qui turbantur homines aduersitatibus mundi. Quia tranquillitatis et pacis que est in mari turbinis pacem seruat. Uero secundum mysticum intellectum quod christus ueniens ad mare presentis seculi duas naues reperit synagogam scilicet Judeorum et ecclesiam fidelium. Ut uero doceret turbas non ascendit in synagogam qua uoluit perfectiorem esse statum fidelium statum Judeorum. Sed ascendit Petri nauiculam id est ecclesiam catholicam quam beato Petro commisit que uere una est sine ulla diuisione errorum et scismatis multitudinis. Enim sicut archa Noe una erat una est et uerum ecclesia. Hanc nauiculam praui ducunt a terra pusillum quando animos auditorum docent terrena contempnere quibus tamen pro necessitate uite prestabis utuntur. De nauicula ista christus docet turbas quia non est doctrina salutis non procedat ab ista ecclesia. Nam christus uerus magister omnem ueritatem docet. Extra ecclesiam namque est error. Filiis Christi uero ecclesie nauicula docet christus credibilium ueritatem que latent carnales homines et quos scientia philosophos sicut de trinitate diuinarum personarum et unitate essentie, mundi recreatione humani generis. Job 34. Docet nos super iumenta terre et super uolucres celi erudit nos. Item docet spiritualium contemptum. Matthei 6. Nolite thezaurizare uobis thezauros in terra. Item docet celestis regni gloriam. Matthei 4. Docebat eos de regno dei. Item docet hoc regnum appetere. Matthei 6. Querite regnum dei. Item docet id est spirare. Sapientie 12. Docuisti domine populum tuum humanum et bone spei. Item docet uirtutes quibus adipiscimur regnum

puenit. Capi. viij. Sobrietatem i. temperanciam vel temperanciam i. prudenciam. docet et iusticiam et ueritate et fortitudine quibus utilius nichil est in uita hominibus. ps. docet orare ut ipsum regnum impetret. Luc. xi. ps. docet amare et amoris regula usque ad inimicos extendere ex quo dignum est ipsum regnum optinere. ut s. 4. ps. docet repugnancia uincere s. mundum carnem et demonia que nobis aduersantur ut regnum non ingrediamur. ps. docet manus meas ad prelium et digitos meos ad bellum. Tandem uero ipso regno beatitudinis docebit nos plenitudinem sapientie quam uidebimus eum sicuti est facie ad faciem et similes ei erimus. Jo. 6. Erunt omnes docibiles dei. **Distinctio secunda:**

Secundo cum diceret. Ut autem cessauit loqui tangitur mirabilis uirtutis operacio que eam facit. Primo enim ponitur xpi ipsum Ut autem cessauit loqui dixit ad symonem. Post doctrine manifestacionem sequitur miraculi opus ut uirtuti dictorum miraculorum prestet fidem. Duc in altum. Ductio est eccia in altum quantum lex est tante altitudinis et psimilitatis fidei uiue q ng contemplacionis excedit omne intelligibile diuinum. Credere enim tunc et uiuum filium genitum a patre eo equalem et ipsum ex uirgine fere natum est magne et ardue sunt altitudinis affectus et operacionis. Diligere inimicos scripturam et mundum contempnere. Insu spare maciare corpus et pro deo se morti exponere ad hanc altitudinem ducatur eccia xpi imperio. Pe. ministerio et dei adiutorio Et laxate retia uestra in capturam. Crisostomus dicit Condescendens xpus hominibus sicut magos per sydus uocauit sic piscatores piscatoriam arte Et ut dicit Cyrillus piscatoria magisteria discipulos piscare uero secundum Ambrosium quia retia tecli ... possimus contemplaciones uborum tortuosas uerum sacre scripture qui sicut pisces capiuntur retibus non uincuntur sed conseruantur ita uba ordinata uocibus complexa capiunt animos auditorum qui sunt uba fidei

captos conseruant Et attende quod soli petro dictum est Duc in altum naui uia in altum Et uos et ceteris dictum est Laxate retia in capturam Quia petrus tamquam pastor et princeps omnium ducit in altum sed reliqui pastores ducti per eum laxant retia in capturam. Sed dd. pe. pet. obedientia Et respondens symo dixit illi. Bene symo quasi obediens preceptor preceptorem appellat quia ipse est qui dedit precepta celestia. ysa. 44. Testem populis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus Uere preceptor summus cui nullus potest preceptum imponere sed omnia ipsius querunt precepta per totam noctem laborantes nichil cepimus. Crisostomus. fatigatus labore et tediatus frustra uoce fiebat. In uerbo autem tuo laxabo rethe. Bone fidei erat petrus ut ad xpi imperium quod nondum plene nouerat laxaret retia iam lota et applicata. Et uero quod predicatores laborantes toto tempore noctis legalis nichil ceperunt quia lex antiqua neminem potuit saluare. Et uero dic. Sit in uerbo xpi laxanda sunt retia predicationis quia multitudo magna credencium ad salutem deducta est. Et uero ponitur captura piscium Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem copiosam. Quia de nauicula petri turbas docuerat. io ut dicit Crisostomus dupliciter mercedem petrus recepit. Quia primo dedit multitudinem piscium. Deinde uero suum fecit discipulum. Et uero quia non in uerbo dominum predicatores sine fidei prauitate nequaquam copiosam concludunt credencium multitudinem. Quia ut dicit Ambrosius. Hoc est hoc humane facundie sed superne uocacionis munus Et attendendum quod non solum multitudo piscium conclusa est sed etiam copiosa habundans et sufficiens. Lex enim uocatorum ad fidem est ut alter alterius subueniat defectibus ut tota multitudo credencium absque inopia sit. Actuum. 2. Omnes qui credebant erant pariter et habebant omnia communia possessiones et substantias uendebant et diuidebant illas omnibus prout cuique opus erat. Et uero ponitur suffragium postulatum. Rumpebatur autem rethe eorum ex quantitate multitudinis piscium Et annuerunt socijs qui erant in alia naui. Pre nimio enim uoce eos. Quia ut dicit Crisostomus. ex stupore miraculi loqui non poterant Ut uenirent et adiuuarent eos Et uenerunt et impleuerunt ambas naues Et hoc est quod inde mirabile ut insita uim rethe rupta

[illegible]

concludatur piscium copia que repleat duas naviculas
ita ut pene mergerentur. Sed nec illud vacat quod xpi
miraculo sustentantibus ne mergerentur navicule.
Illo quia vecta sermonum fidei per multitudinem car-
nalium hominum que rumpuntur erroribus sed adueniente
bus sociis id est pro hiis alterius navicule que synago-
ga est fina testimonium fidei verbum et per ser. hereticus
sermone per hereticum sermonem qui attendentes verbum
factis vel socii alterius navicule vocati suffra-
gatores sunt maiores prelatorum tributarij episcoporum quorum
auxiliis tanto magis opus habent quanto fragilio-
res sunt supplent autem ambe navicule et sine
auxilio nulla fuisset repleta quia maiores et
minores ecclesie credentibus plene sunt et plenitu-
do gencium intrat in ecclesiam donec in fine omnis
israel saluetur ut sit utraque navicula plena. Sed
rursus aliud est periculum quia navicule plene
submerguntur non quod merguntur ut dicit Beda sed in
submersione premuntur quia homines per fidem electi de
seculo morum pravitate velabuntur. Sed ecclesia xpo duc-
tore non periclitatur quidem sed ad portum salutis de-
ducitur et cetera. **Dominica .v. post trinitatem**

Quarto cum dicatur et cum videret symon petrus
et tangitur ibi primo stupor et admiracio et con-
fessio primo cum tangitur per humilitas et cum
videret symon petrus procidit ad genua ihesu cum re-
verencia quam xpo exhibuit. Exi a me quia
peccator sum domine. Ecce per humilitas petrus nam
quia ut dicit Cyrillus reducens ad conscienciam pa-
trata delicta timuit et trepidat et inclusus immundus
mundum non credit posse suscipere. Cui est simile
quod centurio dixit xpo domine non sum dignus ut in-
tres sub tectum meum. Et attende ut dicit
Ambrosius quia prelati quos capiunt non sibi sed verbo dei
attribuunt et ideo dicit petrus Exi a me quia peccator
sum. Secundo ponitur admiracio discipuli Stupor enim
circumdederat eum quia tota mente eius occupaverat et
omnes qui cum illo erant in captura piscium quam cepe-
rant. Adhuc stupent et admirantur prelati ecclesie
quod tanta credencium multitudo sit in ecclesia aggre-
gata. Non quidem per mundi philosophos et potentes sed per pisca-
tores pauperes et simplices nec predicacione magis

sed amicicia collecta eciam xpi. Similiter autem Jacobum et
Johannem filios zebedei qui erant socij symonis
Andream non nominat ut dicit Augustinus quia tamen
intelligitur in eadem navi fuisse. Tercio ponitur
consolacio xpi ad petrum. Et ait ad symonem
ihesus Noli timere Ambrosius dicit. Et tu Exi a me
domine quia peccator sum ut videat et deus.
Noli timere indulgenti deo peccatum fateri ...
est deus et benignus. Ex hoc iam eris
homines capiens scilicet ex hoc quod factum est significatur
quod homines capies vel ex hoc quod sic te humili-
asti habebis officium capiendi homines. Humilitas
est virtus activa. Nota quod principatus ecclesie
collatus fuit beato petro triplici racione.
Primo racione sue humilitatis ut sic dignum
est eum ut ille aliis preesset qui nesciunt
prelate extolli. Regum .20. Nonne cum parvulus
esses in oculis tuis caput in tribubus israel
factus es. Secundo datus est ei ecclesie principatus
racione constantis confessionis fidei. Math. .xvi. cum
dixisset Tu es filius dei vivi respondit
illi dominus Tu es petrus et super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam et tibi da-
bo claves regni celorum. Tercio ei collatus
tus est iste ecclesie principatus racione ar-
dentis dileccionis Jo. 21. Tribus vicibus
interrogavit eum xpus Symon iohannis
amas me quo respondente Tu scis domine
quia amo te. Tribus vicibus dixit ei
ihesus Pasce agnos meos. Quarto
ponitur adhesio discipulorum xpo Et subductis
id est tractis ad terram navibus relictis
omnibus secuti sunt eum. Considera magis
fidem eorum et obedientiam. Habentes enim primariis
appetibile piscacionis opus mandatum tamen
domini non distulerunt sed relictis omnibus
sequebantur eum. Ubi notatur quod ex hoc magis
sequebatur xpm quia omnia relinquebat quam
ex eo quod passu corporis imitabantur eum. Ubi
attende quod potissime necessarium est prelatis
ecclesie ut rerum temporalium sollicitudinem re-
linquant et omnem fugiant avariciam

qua non est ydoneus ecclesie rector qui non omnibus relictis nudus nuda xpi crucem sequitur ut dicit ...

Dominica v^a Distinctio p^a

Amen amen dico vobis nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum Math. v. Videmus quod pueri discentes litteras cum edocti fuerint principia et elementa scienciarum traduntur doctoribus et magistris ut nobilioribus et subtilioribus instruantur sub magistro. Ante scribarum et phariseorum fuit antiquus ... ubi didicit elementa legis. Sed xpus cuius sapientia excellit omnem intellectum ad subtiliorem intelligenciam et meliorem operem erudivit nos secundum quod legitur in presenti ewangelio quod in tres partes dividitur. In prima namque agit de iusticia habundancius observanda. In secunda de iracundia discordiis punienda ibi Audistis quia dictum est et c. In tercia de concordia sollicitius facienda ibi Si ergo offers munus tuum et c. Circa primum dicit sic Amen dico vobis. Remigius amen hebreus sermo est et latine dicitur vere sive fideliter aut fiat. Et duabus ex causis hoc sermone utitur xpus. Et propter duriciam cordium qui tardi erant ad credendum. Et propter credentes ut profundius attenderent que sequuntur. Expediebat autem hoc loco uti isto sermone quia verum inconsueta dicturus erat. Credebatur enim sufficere iusticia scribarum et phariseorum ad salutem et ipse dicit quod non sufficit. Unde dicit vere et fideliter ita est sicut dico vobis Quia nisi habundaverit iusticia vestra i. fuerit maioris et habundancioris perfeccionis plus quam scribarum et phariseorum legis iusticiam docencium in templo(?) et phariseorum qui singulari observacione iusticie legalis erant distincti ab aliis nisi tunc iusticia vestra fuerit maioris habundancie non intrabitis in regnum celorum. Prima iusticia enim legis nullus intrare potuit salvare observatores. Primo quidem quia fuit iusticia humana operibus autem humanum aditum regni celestis aperire non potest Deut. ix. Scito quod non propter iusticias tuas dominus deus tuus dedit tibi terram hanc optimam in possessionem. Et hoc ideo quia omnis humana iusticia peccato contaminata est Ysa. lxiv. Quasi pannus menstruate omnes iusticie vestre. Oportuit ergo habundatiorem regno(?) iusticiam habere in qua salvarentur. Et hec fuit iusticia Ihesu xpi qui factus est nobis iusticia a deo ... sanguine iustificati sumus Ro. v. habundanciam gracie et donacionis iusticie accipientes in vita per unum Ihesum xpm. Secundo iusticia legis observatores suos salvare non potuit quia erat imperfecta quia neminem ad perfectum deduxit lex ut dicitur Hebr. vii. Et hoc ideo quia prohibebat manum sed non animum opus malum sed non cor ... Unde Gal. 2 dicitur non iustificatur homo ex operibus legis unde mundo nullus in ea salvabatur quia salus nostra interior est in mente et corde quia prius iustificari oportet Math. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Tunc enim dicere potuimus ... ps. Retribuet michi dominus secundum iusticiam meam et secundum puritatem manuum mearum retribuet michi. Tercio iusticia legis fuit timoris et non amoris unde Aug. Brevis ... differencia inter antiquam et novam legem quia ista timoris hec dileccionis unde salvare non potuit quia timor refugit salvacionem quod prefiguratum fuit in dacione ipsius legis quam timore perterriti noluerunt ulterius accedere ad montem filii Israel. Oportet ergo iusticiam regni celestis habundatiorem esse in caritate unde Aug. in libro ... precepta legis per caritatem impleta sunt que per timorem implere non poterant. Quarto iusticia legis temporale premium expectabat Ysa. i. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis unde observatores eius nescierunt sacramenta dei nec mercedem speraverunt iusticie ut dicitur Sap. 2. Converterunt enim fructum iusticie dulcem in absinthium terrene voluptatis ut dicitur Amos vi. Et ideo non mirum si privati sunt eterno regno. Oportet ergo propter habundancius ~~regnum~~ primum facere iusticiam s. regni celestis quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Quinto iusticia phariseorum erat vana quia in sua iusticia querebant laudem hominum. Ieiunium oracionem et elymosinas faciebant ut viderentur ab hominibus unde non.

minus si in hac iusticia non sunt saluati qui re- cepimunt mercedem Et ideo dicitur hiis qui volunt consequi celeste regnum Matthei 4. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Sexto iusticia phariseorum erat presumptuosa Contempnebant enim proximos et se ipsos exaltabant in corde suo vnde in mali mabant deceptoribus Et quidam eorum ante deum orans dicebat Gracias tibi ago domine quia non sum sicut ceteri homines raptores iniusti adulteri et velud hic publicanus Luce 18. Iusticia autem qua acquiritur celeste regnum oportet esse cum humilitate Proverbiorum 16. melius est parum cum iusticia quam multi fructus cum iniquitate. Septimo iusticia phariseorum erat seua. Lex enim talionis erat Exodi 21. Reddet autem pro anima oculum pro oculo dentem pro dente manum pro manu pedem pro pede adustionem pro adustione vulnus pro vulnere liuorem pro liuore vnde non minus si hec iusticia regnum celorum non aperuit quam vindictam sic exoptabat Oportet ergo iusticiam esse humidatam re- penitencie veniam qua aperitur regnum dei Psalmo 21. Qui sequitur misericordiam et iusticiam inveniet vitam eternam. Distinctio secunda.

dist. 2a Secundo cum dicitur Audistis quia dictum est etc. Ostendit quomodo ista distinctio procedit. Et duo facit Primo enim declaratur quod lex antiqua prohibuit Audistis quia dictum est antiquis i. a antiquis Antiquos appellat obseruatores veteris legis que vetustate peccati primi parentis eos liberare non non potuit donec per gratiam legis noue mediatore Christo renouati sumus in nouum hominem Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes nouum eum qui renouatur in agnicionem dei secundum ymaginem eius qui creauit eum. Non occides occides. hoc preceptum ponitur Exodi 20. Et est secundum preceptum secunde tabule de hiis que pertinent ad proximum et est primum inter precepta negatiua. Nota secundum Augustinum de ciuitate dei quia hoc precepto non prohibetur eradicacio virgulti aut occisio animalium irracionabilium quorum vita et mors iusti creatoris ordinacione nostris vsibus subditur vt legitur Genesis 9. Sed isto dei precepto occisio hominis est quo homicidium hominis prohibetur ut nullus se vel alium hominem occidat racionabiliter

[illegible]

quidem quia homo constitutum ad corpus et quantum ad animam opus dei est Corpus namque eius formauit de limo terre Et rursus in- fudit animam cum spirauit in faciem eius spiraculum vite vnde soli deo reseruatur mors et vita hominis ita ut non liceat homini hominem occidere Luce 22. Conuerte gladium tuum in locum suum omnes enim qui acceperint gladium gla- dio peribunt. Licet tamen contra preceptum qui faciunt iusta bella agunt ut illi qui gerunt personam publice publice potestatis et scelerates morte puniunt Non enim tales occidunt propria auctoritate sed mandato legislatoris di- centis Deuteronomii 18. Maleficos non pacieris viuere super terram ymmo peccaret iudex si malefactoribus vitam indulgeret ita Saul priuatus fuit regno eo quod non occidit peccatores amalechitas sicut legitur 1 Regum 15. 20 et 3 Regum 20. dixit quidam propheta regi Israel Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua erit anima tua pro anima eius. Cum non iudex iusticiam legis exequitur condemp- nando reum ad mortem et hoc mutuum vnde legitur Exodi 32. Et Moyses dixit hiis qui oc- ciderant ydolatras hodie consecrastis manus vestras domino vnusquisque in filio et fratre suo ut vobis detur benedictio Deinde ponit homicidii penam Qui autem occiderit reus erit iudicio Reus dicitur a re legis siue actu legali propter peccatum tamquam obnoxius vnde reus erit iudicio i. dignus erit iudicari ad mortem Sic enim scriptum est Leuitici 24. Qui percusserit et occiderit hominem morte moriatur. Secundo ponit iuxta hunc noue legis preceptum quo prohibetur omnis inordinata commocio ani- mi et prohibetur homicidium non solum in opere sed eciam in sua radice et origine Et sunt tres gradus culpe in homicidio anexe. Prima est in voluntate et est commocio iracundie de qua dicit Ego autem dico vobis Vbi ostendit se veteris legis fuisse latorem Neque enim consueuit quis super addere legi quam non instituit Et

[illegible]

considerandum secundum Augustinum quod pene omnia que
addidit dominus antique legi que in ipsa lege
continentur. Sed quia non erant expressa non
intelligentes iudei credebant solam per
emptionem corporis suam esse peccatum et non
voluntatem. Ideo christus ipsam legem volens
voluit declarare et hoc est quod dixit Mathei
v. Non veni solvere legem sed implere. Quia omnis
qui irascitur fratri suo. In quibusdam libris
additur omnis qui irascitur fratri suo sine causa
sed ut dicit Ieronimus forsitan ibi ponitur quia
nulla potest esse causa irascendi iniuriam inferentem, sed iuste
ab irascitur culpe fratris illa ut dicit Augustinus
qui irasci fratri ut corrigatur nullus sane mentis
reprehendit. Unde non quod est quedam ira que commenda-
nda est tollendam, quedam non vituperatur. Ira commendabilis
est que cadit in prudentem, scilicet virum per irasci vitiis
et peccatis et eorum desiderare correctionem. Unde
Augustinus ix de civitate dei, inquit, magis sunt philoso-
phi de anime passionibus. Stoici enim
dixerunt iram non cadere in sapientem. Verum peri-
patetici non iram dicunt cadere in sapientem
sed moderatam rationi quia subiectam. Et in disciplina
non christiana dicitur ira cadere in sapientem
sed cum iusta causa. Queque ira sic est commendabilis
et vera ira ut dicit Crisostomus quod sine ea nec
doctrina proficit nec iudicia stant nec crimina
compescuntur sed vitia seminantur. Nutriuntur negligentia
et non solum mali sed et boni incitantur ad
malum. Que ira ut dicit idem magis
debet dici iudicium quam iracundia quia
non est ex commotione passionis sed magis
ex iusto rationis iudicio. Unde Ecclesiastes vii. Melior
est ira risu quia per tristitiam vultus corrigitur
animus delinquentis. Ira quam commendabilis duas
debet habere conditiones et earum una est ut habeat
iustam causam, altera ut sit moderata rationi
et subiecta. Ira quando tollatur est ira in
firmorum que est repentina et subita ut cum
homo secundum carnem irascitur nec tamen volun-
tate secundum quam ira compellit. Ista ira tollatur
quia rationem non superat. Secunda dicitur Iob

xxvi. Non te superet ira ut aliquid offendas. Ira autem
que vituperatur est rationem superans. Cuius secundum Gregorium in moralibus quattuor
sunt gradus. Quidam enim cito commoventur ad iram
et cito redeunt ad tranquillitatem. Alii non tarde
irascuntur et tarde redeunt et isti peiores sunt primis
ut dicit Augustinus in regula. Quidam autem facile ira
accenduntur et tarde redeunt ad tranquillitatem et
isti peiores sunt omnibus. Sed alii irascuntur et
cito iram deserunt qui inter omnes alios minus sunt
mali. Nota quod ira mala multa mala facit.
Primo enim conturbat hominem ut sit extra se. Psalmus con-
turbatus est in ira oculus meus anima mea
et venter meus. Secundo excecat mentis oculum. Unde
Catho: ira impedit animum ne possit cernere verum.
Tertio occidit animum irati. Iob v. Virum stultum interficit
iracundia. Quarto tollit sapientiam. Proverbiorum: Quis pretendit
ignibus verbis iracundie et non vidit solem. Quinto
tollit iustitiam. Iacobi i. Ira enim viri iustitiam
dei non operatur. Sexto tollit misericordiam. Proverbiorum xxvii. Ira non
habet misericordiam. Septimo tollit gratiam vite socialis. Proverbiorum xx-
vii. Grave est saxum et onerosa est arena sed ira
stulti utroque gravior. Impetum enim concitati spiritus ferre
quis poterit. Octavo suscitat lites. Proverbiorum xxvi. Sicut
carbones ad prunas et ligna ad ignem sic
homo iracundus suscitat rixas. Nono ira aufert
a deo. Ecclesiastici xxviii. Homo homini servat iram et a deo
querit medelam? quasi diceret forsitan a deo querit mede-
lam cum a deo aversus sit. Decimo ira convertit ad dyabolum
qui plenus est furore et ira. Ieremie i. Ollam succen-
sam ego video et faciem eius a facie aquilonis.
Olla succensa est animus irati. Unde philosophus dicit
Ira est accensus sanguinis circa cor. Cuius facies
hominis non delectatur et est adversus aquilone id est dyabolo quo
animus irati inflammatur. Sequitur pena irati
reus erit iudicio. Iudicium est determinata exami-
natio cause. Proverbiorum xxvi. Iudicium causas determinat quia
iudicium si fiunt cause determinet inflictionem
pene. Pena enim debetur eius adequalitatem
iustitie. Sed lege christi sanctitum est legem ut quicumque
irascitur fratri suo obligatus est ad iudicium pene.
Sed non ista pena sit temporalis vel eterna. Sed si
eterna quanta vel cuius asperitatis non est determinatum
ut dicit Crisostomus quia nec passio ire determinata

Exemplum omnibus. Si vero quis lesisset et postea reganeret [?] ... habens in corde ... ... tamen ... ne forte te tradat ille ... ad iudicium

est maxime quia impossibile est esse penitus absque
ira in animo non dum exterius prolata. Secundus gradus
ire est quando prorumpit exterius significata de quo
dicit Qui autem dixerit fratri suo racha. Racha secundum
Crisostomum lingua syriaca est verbum contemptus et per-
uipensionis sicut cum loquimur aliter in silgari-
bili ... ut uade et facias hoc. Vel secundum
Crisostomum secundum eum est hebraycum et idem est racha quod inanis
et vacuus quasi sine cerebro. Et secundum alios racha
grece est idem quod pannosus. Sed secundum beatum Augustinum ra-
cha non est vox aliquid significans sed magis est vox
exprimens motum indignantis animi. Sicut
heu exprimit dolorem, ... audacia, hay con-
passionem, pape admiracionem. Ita in greco ra-
cha est interiectio exprimens commotionem irantis
animi. Et hic quidem vox quadrupliciter variatur.
Quandoque enim in quadam nomine sola indignatio in-
trinseca exprimitur. Quandoque non format vox per modum
contempnentis et tunc est maior culpa. Quandoque vero
per modum comminantis et tunc est minor duabus pre-
dentibus non tamen quod semper ... est homines animi
gratitus et voce frenit quasi ira existens vin-
dictam exterius ... petor videbit et irascetur
dentibus suis fremet. Et hec pena Reus erit
concilio. Sicut racha est maioris est culpe quam
irasci ita pena concilij maior est pena iudicij
Nam ut dicit Augustinus in iudicio adhuc datur locus
defensionis sed ad concilium vero pertinet sine placito
quando iudices inter se conferunt quo supplicio reum dam-
nari oporteat. Vel quia ira maior determinatur
per verbum racha ideo determinata pena infligitur.
Secundus gradus commoti animi est vehementi
ira maiori prorumpere in vocem indignacionis prolatam
et non dum ad significantem. Tercius gradus
ire est proferre vocem contumelie de qua dicit Qui
autem dixerit fratri suo fatue. Fatuus dicitur quia
fando suam ostendit impericiam quod manifestus in-
sipiens. Et hoc nomine omnis contumelia maledictio
detractio infamia et criminacio intelligitur. Reus
erit gehenne ignis. Rabanus. Gehenna hic
saluator inferni cruciatum vocat. In quo attendendum
est quod sicut augmentatur culpa in noua lege sic et pena.
Nec enim de pena infernali fit mencio in veteri
testamento sed nec de regno celorum. Multis autem

ut dicit Crisostomus. Hic videtur si pro solo verbo
tantum paratur pena sed non est estimandum
homicidium esse plura enim peccata verbis sunt
principium. Multociens enim pro uno verbo pepe-
rit homicidium et totas civitates integras
subuertit. Quia ideo multociens non minus
offendunt flagello lingue quam virge gladij.
Et dicens Si gehenna est pena quicunque
mori pena punitur homicidium. Soluit
Augustinus dicens esse gehenne differencie qua
reus homicidium iudicatur. Distinctio 3a ...
Tercio cum dicit Si offers munus tuum
commendatur de concordia sollicite facien-
da. Si enim ut dicit Augustinus non est peccatum ira-
sci fratri aut dicere racha vel fatue multo
minus tenere in animo rancorem ut
in odium ira convertatur. Unde precepit reconcilia-
cionem in iram deponere dicens Si offers. Offe-
rre est sponte dare et oblacio dicitur esse non
exaccio nec coactione. Munus nomine
muneris non solum spiritualia et temporalis intelligitur
sed est quodcumque pium opus ut orare corrigere
predicare et cetera talia. Et nota quod differencia est
inter munus et donum. Donum est voluntarium.
Munus vero quod datur maioribus et pactum.
Et dicitur munus a mavium vel ammonendo
vel amonendo. Ea vero que deo offerimus recto
nomine munus significantur quia ma-
iori dantur ut ipse sit nobis placabilis
et benignus. Et communium et pacem
et commonicium mentem ad celestia erigendo
tota esse debet. Tunc quia nulla de alieno
debet fieri oblacio. Ad altare non solum est
altare materiale templi sed est altare
spirituale mentalis animus quod templum dei est.
Et est altare glorie de quo Apocalypsis 8. Ascendit
fumus aromatum de oracionibus sanctorum
super altare aureum quod est ante thronum dei.
Et ibi recordatus fueris quia frater tuus
habet aliquid aduersum te. Nunc ut dicit Augustinus frater
tuus habet aliquid aduersus nos quando eum
in aliquo lesimus. Et tunc habemus tamen
aduersus eum quando ipse nos lesisset. Relinque

ibi munus tuum ante altare. Munus ante altare relinquitur quando non offertur sed manet propositum oblationis. Et vade prius reconciliari fratri tuo. Sic intelligendum est quod si non offensa fratri tuo ab eo postulanda est reconciliatio. Sicut illos abscondita non tenentur manifestari, ne contristentur aliquando, sed postulanda est a deo et sacerdoti. Hugo de sancto Victore in exposicione regule: Pensare magis debemus quanta sit concordie virtus, sine qua non placent deo ista sacrificia quibus delentur peccata, nec tamen placent deo nostra ieiunia nostre orationes nostra sacrificia quam concordia. Sic inmensa est quod dyabolus tantum timeat sicut concordiam. Si enim quod habemus distribuamus pro deo, hoc ipse non timet quia nichil possidet. Si ieiunamus hoc ipse non metuit quia cibum non sumit. Si vigilamus inde non terretur quia sompno non utitur, sed si concordiam vigemus inde vehementer expavescit, quia hoc tenemus in terra quod ipse in celo servare contempsit. Verum concordia omnia dyabolica arma frangit, sicut milites per concordiam uniti frangunt hostes. Propterea sanctus Iohannes capitulo ... locus eius ibi fregit potencias arcum scutum gladium et bellum. Qualiter vero reconciliacio fieri debeat dicit Crisostomus: Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare; si verbo offendisti, reconciliare verbis; si operibus offendisti, operibus reconciliare. Omne peccatum quo committitur eo modo et de ipso agatur penitencia. Et tunc veniens offeres munus tuum. Augustinus: Si frater sit absens et multum distans, procedendum est ad reconciliacionem non pedibus corporis sed affectibus mentis, et humiliter in conspectu dei venia est postulanda, deinde revertenda intencio ad id quod precepit, ut offerat munus. Ubi secundum Crisostomum attendenda est misericordia dei ad homines, quos amplius diligit concordiam fidelium quam munera. Dum oblacionem discordancium non vult recipere. Nemo enim duorum

inimicorum potest esse fidelis amicus. Sicut deus non vult amicus esse fidelium quamdiu inter se fuerint inimici. Et regemus etc.

Dominica sexta post festum Trinitatis

Cum turba multa esset cum Ihesu nec haberent quod manducarent, et infra etc. Hoc idem legitur Matthei xv. Misericordia sine potencia imperfecta est et diminuta, quia cum aliquis miseretur ei cui subvenire non potest; potencia non sine misericordia iniqua est et superflua, sed utraque simul verum tantum in Christo est sufficiens et perfecta, quod duo in Christo fuisse declarat presens evangelium, quod in tres partes dividitur. In quarum prima exposuit Christus affectum studiose pietatis et misericordie. In secunda passi sunt discipuli defectum dubietatis et ignorancie, ibi: Et viderunt etc. In tercia turba consecuta est effectum copiose saciatatis divine potencie, ibi: Et precepit turbe etc. Circa primum sic fatetur ... causam turbe indigencia. Cum turba multa esset cum Ihesu. Quare vero tanta turba esset cum Ihesu Marcus causam assignat narrans quod post sanatam Chananee filiam veniens dominus secus mare Galilee et ascendit in montem, quod turbe sequentes eum adesse accesserunt ad eum portantes secum mutos, cecos, et claudos et debiles, et posuerunt omnes male habentes ad pedes Ihesu, qui eos sanavit, ita ut mirarentur turbe. Nec haberent quid manducarent. Ea enim victualia que secum detulerant iam erant consumpta, et locus desertus erat, iam non habebant unde victum acquirerent. Ex quo colligitur quanto desiderio ei adherebant, audientes suavem doctrinam, contemplantes graciosam faciem, et videntes eius mirabilia opera; in tantum ut essent secum tribus diebus ut de alimonie defectu non essent solliciti, quia non poterat illis victus deficere qui erant cum Ihesu. Propterea ... sollicitudine victum proicientes in eum, qui ipsi cura est de vobis. Secundo ponitur pius misericordie affectus. Convocatis discipulis ait illis. Ergo ex causis locutus est cum eis: primo ut dicit Ieronimus quod ex maioribus debuit exemplum, non spernere cum minoribus consiliari. Secundo ut idem dicit quod ex collacione intelligant signi magnitudinem. Tercio ut ostendatur magnitudo misericordie, que intrinsecus latere non potuit sed verbis et tandem opere patuit. Quarto ut dominus se misericordem ostenderet et discipulorum animos ad misericordiam inclinaret. Misereor super turbam. Ecce verbum mire dulcedinis et amoris, procedens ex intimis Christi cordis medullis et pertingens suo vigore intima nostra. Neque enim est

...que comparavit ut ... papat ... deus.

alius qui nostris miseriis sic misceatur quia admirabilis conditor misericordie eius miserationes sunt super omnia opera eius. Et non quia duplici xpus misereretur quia non compatitur. Augustinus x libro confessionum. Tu domine deus meus qui animas amas longe alte/ purius quam nos incorruptibilius misereris quas nullo dolore sauciaris quia ecce vos videntibus iam triduo sustinent me ut dicit Triduum iam triduo perseverant mecum. Primum enim diem explicat xpus incarnationis longitudine. Secundo die predicationem vacavit. Tercio die cum redire deberent/ viaticum non habebant. Cum dominum xpm sustinere quam actibus eius et doctrine intenti/ circa propria fuerunt negligentes. Nec habent quod manducent. duplex erat causa/ et quia tam diu pacienter eum sustinuerant longitem/ et quia victum non habebant. Tercio ponitur imminens periculum. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via/ Tanta enim caritatis est virtus quod si caritatem deseret omnia deficient. Unde Augustinus in libro soliloquiorum. Tu domine scis quia desiderium [illegible]/ sed non deseris quia tu es summum bonum cuius bonitatis immensitas facit ut nolit caritatem deserere/ et non [illegible] scriptum est dimittere eos ieiunos nolo/ ne deficiant in via. Sicut scriptum est Tren. 3. misericordie domini multe/ quia non sumus consumpti/ quia non defecerunt miserationes eius. Quarto ponitur turbe adventus de remotis. Quidam autem ex eis de longe venerunt. Fama enim xpi ubique diffusa est/ et ex diversis [illegible] venerant/ Luc. 4. Divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Et de Salomone dicitur quod omnes desiderabant eum videre propter famam eius. Et ecce plus quam Salomon hic qui vincit famam virtutibus ut dicitur 2 Par. 9. Hic plura consideranda occurrunt. Primo quidem quid significet per turbam istam. Turba namque ista statum hominis significat post peccatum. Cum enim esset conditus ut absque perturbatione in summa tranquillitate mentis vitam presentem duceret/ donec sine morte media ad beatitudinem eternam duceretur. Turbavit scorpium et pertrahendo nullis turbationibus agitatur intus et extus/ ita ut nulla vita prius sit tranquilla. Unde dicere possumus illud psalmi. Turbavit patrem meus terram. Turbatus quidem homo exulis in-

iuriis periculis adversitatibus immensis paupertate labore fame siti frigore et multis generibus tribulationum quousque moriatur/ Interius non turbatur ignorancia inordinato amore odio malivolo timore tristicia vanis gaudiis doloribus et innumerabilibus fantasmatibus irruentibus in mentem ita ut nulla sit tranquillitas. Iuxta illud. In tesu tot fantasmatum turbatur cordis sabbatum. Secundo dicitur de ista turba quia non habebat quid manducaret. Nescia enim homo per esum ligni vetiti/ amisit cibum corporalem virtuosissimum ligni vite quo refectus mori non potuit et amisit omnes corporales delicias paradisi. Rursus perdidit cibum mentis suavissimum qui est contemplacio dei perfecta et purus amor atque sanctorum angelorum societas. Et iste cibus erat homini naturalis. Unde omnia cibaria istius vite/ quia sunt contra naturam eius/ non sciatur non possunt/ sed semper esuriens et siciens est intus et extus. Ezec. 7. Animas suas non saturabunt et ventres eorum non implebunt/ quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Tercio dicitur quod ista turba indigens erat cum ihesu. Quia ut dicit Augustinus 12 de trinitate capitulo 12. Omnem creature quantitas si ab eo cessaret omnis natura deficeret. Fuit ergo et cum patribus conditor conservator protector provisor instructor dando legem et mandata atque tandem fuit cum eis per carnis assumptionem. Io. 1. Verbum caro factum est et habitabit in nobis. Quarto dicitur quod xpus super hanc turbam misertus. Hoc est illa misericordia que peccantibus dat spem venie/ laborantibus consolationis refrigerium/ confessis graciam iustis premium. Que misericordia si non esset/ mundus non sustineret pro multitudine iniquitatum nostrarum/ atque frustra dominus paradisum fecisset. Et numquam ad sancte misericordie celestis ianua aperitur/ ipsa est ultimum refugium/ et anchora nostre salutis quam deus ex aspicit omnes homines. Et attende quam [illegible] deus istam misericordiam dedit hominum. Ipsa enim est mater hominum vivificatrix

ps. Secundum misericordiam tuam vivifica me. Unde suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ipsa est enim homini ad omnem potentiam eius et vitam eius quidem est elevatus in excelsum. ps. Fiat misericordia tua domine super nos quemadmodum speravimus in te. Ipsa est enim fidelis sustentatrix ne labamur in praecipitium. ps. nisi quia dominus adiuvit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus misericordia tua domine adiuvabat me. Ipsa est enim et cetera vehiculum in regno dei. ps. misericordia eius praevenit me. Ipsa est et post remunerat. ps. misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitae meae. ut michi in dextris est et a sinistris adiutrix tamquam scutum inviolabile. Ipsa est adversus oppugnationes omnium inimicorum. ps. In misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Ipsa est tamquam protectrix quia ab omni malo protegit et defendit. ps. multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circumdabit. Est nota quod licet deus sit immensus potentissimus tamen est admirandus in operibus. Quidem ratione naturalis proprietatis omnibus enim natura quanto nobilior et pulcior tanto magis plura opera perficit quam intellectus dicit. Dicit deus cui proprium est misereri semper et parcere. Judith. a. Unde quia pius est miseretur. Secundo miseretur deus voluntate libera. Exo. 33. Miserebor cui voluero et clemens ero in quo michi placuit. Tercio miseretur pietatis in necessitate. Futura enim est pietas eius tanta et tam magna. Sapientia xi. Misereris omnium quia omnia potes. Quarto miseretur maiestatis dignitate. Secundum enim magnitudinem rei dignitas est misericordia. Ecclesiastici 2. Secundum magnitudinem eius sic et misericordia illius. Quinto miseretur nostre fragilitati paterno affectu. ps. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. recordatus est quoniam pulvis sumus. Et ideo miseretur nostri filio sed dei misericordia prevalet materne pietati. Ysa. 49. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliviscar. Ipse est miseretur frater fratri suo. Et propter hoc nostri misertus est. Gen. 43. Attollens ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum stantem et commota fuerunt viscera eius super fratre suo et erumpebant lacrime. Ipse est miseretur amicus amico. Deus nostri est qui propter nimiam caritatem filium suum tradidit in mundum ex qua caritate processit misericordia. Ier. 31. In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans tui. Ipse est miseretur afflicto qui easdem afflictiones expertus est. Christus autem venit in hunc mundum et miserias probavit miserias. Ysa. 53. Virum dolorum sciens infirmitatem. Hebr. v. Cum esset filius dei didicit ex hiis que passus est obedientiam et ideo ex hoc iam nostri miseretur. Hebr. 2. Unde debuit per omnia fratribus assimilari. Quinto dicitur quod ista turba Christum sustinuit tribus diebus. Tres dies secundum Rabanum tria sunt tempora scilicet ante legem sub lege et post legem. Primis duobus diebus expectatus fuit Christus qui est panis celestis et doctrina evangelica. Sed in die tercia venit ad reficiendas animas nostras. Vel tres dies sunt tres gradus anime scilicet spiritualis intellectualis et fidei. In primis duabus mens non reficitur scilicet contemplatione dei quia cognitio dei excedit omnem sensum et intellectum. In cognitione vero fidei deus velut aliqualiter anima pascitur. Sed huic diei nox succedit quia videmus per speculum in enigmate donec ad diem glorie perveniremus ubi absque nocte et tenebris videbitur deus sicuti est.

Dist. 2

Secundo tamen dicitur Et unde istos quis poterit hic saturare panibus. Unde discipulorum defectus dubietatis et ignorantie ex quibus fit. Primitus enim duo sunt. discipulorum dubium. Et unde istos quis poterit. Discipuli sui tangentes multiplicem difficultatem pascendi turbas. Primo ex defectu rei venalis. i. venalis erat nobis pretium emendi panes aut si esset pretium venalis erat panis copia. Secundo ex multitudine turbe istos tante multitudinis sicut sunt famelicos. Tercio ex impotencia ministrorum. Poterit quis quasi diceret tante potencie. Quarto ex disconvenientia loci hic in solitudine. Ubi victualia nec dono nec pretio reperiuntur. Quinto quia Christus non solum cibare sed et saturare volebat turbam ut fortificati redirent ad propria. Alteram difficultatem tradit saturare quia ut saturentur multo est opus. Sexto quia

Dist. 2

[Marginal note: ... est ... que ... synagoge ... domus ... saturandi ...]

[illegible]

et fructibus arborum difficile fuisset aliquam tantam saturare multitudinem adiungit panibus quasi dicant. Etsi difficile esset pomis arborum saturare turbam panibus non saciare est impossibile. Non quia cum panis anime sit cognitio veri et amor boni in rei veritate non invenitur in solitudine presentis seculi unde quis esurientem animam saturare posset. Panis enim veritatis mundane scientie multis est admixtus erroribus quia dum homines [illegible] sunt veritates a filiis hominum. Rursus panis amoris creature multas habet amaritudines unde Augustinus libro quarto confessionum capitulo sexto miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium et dilaniatur cum eas amittit et tunc sentit miseriam qua miser est et antequam amittat. Non est igitur panis cognitionis nec amoris creature quo animam nostram saciare possit. Secundo ponit Christi interrogationem Et interrogabat eos quot panes habetis. Remigius non interrogat dominus quasi nesciens sed ob hoc ut ad hoc viderent septem quos pauciores dicerent panes eo magis miraculum diffamaretur et notius fieret. Tercio ponit eorum visionem Qui dixerunt septem. Admirare magis [illegible] discipulorum sapientiam qualiter ventrem superabant nec multum ipse curam faciebant et cum in heremo existentes et per tres dies ibi manentes solum septem panes habebant. Non quia mundana philosophia vii habet panes liberalium artium quibus conatur cibare seculares hominum mentes. Doctores non ecclesie vii habent panes divine scripture quibus anima reficiatur. Quorum primus est liber mosayce legis. Secundus non prophetarum. Tercius agyographa id est dicta sanctorum ut Iob [illegible] et Salomon. Quartus est liber historiarum. Quintus liber evangeliorum. Sextus doctrina apostolica. Septimus ecclesie gesta actibus apocalypsim continentia. Panes mundane philosophie fermentati sunt falsitate et pompa ideo abiciendi. Panes non sacre scripture azimi sunt veritate et puritate in quibus anima reficienda est. Primo Corinthiorum v. Epulemur enim in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis. Quarto ponit domini preceptum Et precepit turbe discumbere super terram. Non quia secundum magistrum in hystoria quia in alia re-

fectione qua pavit dominus v milia hominum ex quinque panibus et duobus piscibus erat tempus pasce unde quia adhuc herbe erant super terram dicitur quod turba discubuit super fenum. Ista non refectio facta fuit post penthecosten quo tempore prefuerunt [illegible] iam non erat herba unde non super herbam sed super terram discubuit turba. [illegible]

Quinto cum dicitur Et accipiens septem panes copiosa Christi sanctitas pietatem suam ostendit. Facit enim quinque. Dictus appositio Et accipiens manibus sacris panes vii in manibus discipulorum oblatos gratias agens deo patri a quo habet esse et veritatis potestatem unde omnis creatura famulatur fregit. In qua fractione dominus dedit illis materie multiplicationis virtutem et dabat discipulis suis ut apponerent quia sacre scripture intelligentiam nobis Christus ministrat per ecclesie doctores. Et apposuerunt turbe. Ubi commendanda est caritas discipulorum quia negligentes proprium cibum quod habebant aliis ministrabant. Et nota quod panes v alterius refectionis fuerunt ut ea pasca dicitur fuisse ordeacei quod de istis non dicitur quia refectio legis antique v panibus significata bestialis fuit et grossa ordeum enim pabulum est iumentorum. Refectio sacre non scripture presenti tempore significata perfectum vii panum suavis est saporem continens septiformis gratie spiritus sancti. Ecclesiastici xxiv. Spiritus meus super mel dulcis. Sapientie xvi. Paratum panem de celo prestitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem. Sexto ponit piscium appositionem Et habebant pisciculos paucos. Ubi discipulorum colligitur continentia et parcitas quia non carnibus utebantur nec piscibus magnis sed pro ut [illegible] pauci. Et ipsos benedixit in qua benedictione eos multiplicavit. Primo benedixit eis et multiplicati sunt nimis. Et iussit apponi panis est cibus quo sustentatur vita per panis cor hominis.

[illegible]

[illegible]

continet pisces illos dedit in gdimentum (?) cibi. Et non secundum Iohannem quia in piscaculis istis sanctos intelligimus quorum fidem vitam et panes scriptura continet novi testamenti qui turbulentis huius seculi erepti fluctibus refectionem nobis interna prebuerunt suo exemplo. Tercio ponit saciationem ibi Et manducaverunt et saturati sunt. Psalmus: Saciavit animam inanem et animam esurientem saciavit bonis. Anima enim nostra inanis est et vacua in appetitu rerum temporalium quousque eam deus repleverit spirituali cibo. Luce (?) de filio prodigo. Unde psalmus: Replet in bonis desiderium tuum. Quarto ponitur recollectio messe Et sustulerunt quod superaverat de fragmentis vii sportas. Theophilus: Tu vero saturate reliquias non deserit, quia unusquisque continens est de nutrimento superflua non querit. Sporta est vas vimineum quo aliqua recollecta servantur, vel dicitur ab asporto tas, vel dicitur sporta a sparto vigoso frutice ex quibus iunctis sporta in abundantia locis texitur. Quinto ponitur numerus manducancium Erant autem qui manducaverant quasi quatuor milia viri, exceptis scilicet parvulis et mulieribus. Notandum enim ut dicit Theophilus: dimittit ieiunos (?) sed omnes volunt sua gratia cumulare. Sexto tangit licenciam recedendi Et dimisit eos. Magnitudine (?) namque suavitate verbi et admiratione vehementi virtutis Christi detinebantur ita ut nisi ipso iubente recedere nollent. Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes. Rogemus.

Dominica .8a. distinctio prima

Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium etc. Ad hoc idem Regum libro vi (?) magis falluntur ingenio (?) hominum cum in noticia cuiuscumque altius veritas (?) frequenter enim quos meliores credebamus peiores reperimus.

[illegible]

Unde bene dicebatur in antiquo proverbio illo est quod scire amicum prius quam modium salis consumat. Christus vero nos ... servitati (?) venenis ... a hominibus ... dat omnem ... abiectionem atque doctrinam cognoscendi a pseudo prophetis nobis. Primo tangit falsitatis noticiam. Secundo flagelli penam: ibi Omnis arbor que non facit etc. Tercio veritatis gloriam: ibi Non omnis qui dicit michi domine etc. Circa primum sic procedit. Premittit enim primo titulo documentum. Ita secundum Crisostomum: firma tutela salutis est scire quod fugias. Unde dicit Attendite id est diligenter cavete. Crisostomus: Non enim dicit aspicite sed attendite. Ubi enim certa res est aspicitur, ubi non incerta attenditur, id est caute et diligenter consideratur. Quia ergo falsi prophete occulte sub specie sanctitatis veniunt ideo dicitur Attendite a falsis prophetis. Prophete hoc loco intelliguntur doctores etiam qui sacram scripturam interpretantur. Neque enim ut dicit Crisostomus potest quis propheticos interpretari sensus nisi per spiritum prophetie. Et nota quod isti doctores sunt falsi prophete triplicem veritatem obmittendo scilicet veritatem doctrine iusticie et vite. Veritas doctrine quadrupliciter relinquitur. Primo per falsam et perversam scripture intelligentiam et tales prophete sunt omnes heretici qui per aliquibus signis et mirabilibus conantur falsam doctrinam confirmare. Deut. 13: Si surrexerit in medio tui propheta et predixerit signum atque portentum et evenerit quod dixit et dicit eamus et sequamur deos alienos, non audias verba illius prophete, sed talis propheta interficietur. Ita et magi pharaonis fecerunt mirabilia. Secundo veritatem doctrine relinquunt simplices predicatores per ineptam scripture expositionem. Ea enim docent que non intelligunt. Ier. 2: Sacerdotes et prophete nescierunt legem. Eze. 13: Ve prophetis insipientibus qui sequuntur suum spiritum et nichil vident. Et Zacharie 13: Confundentur prophete unusquisque ex visione sua. Tercio veritatem doctrine relinquunt fabulatores qui cum debent dei verbum annunciare vana annunciant ut aures demulceant au-

[illegible]

dicentium Ier. 23. In prophetis samarie vidi fatuitatem quos videmus libenter audiri isto tempore de quo apostolus 2. Thy. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt et a veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem convertentur. Quarto relinquunt veritatem doctrine superflua docendo quales sunt qui predicant de sole et luna et sideribus qui licet veri sint prophete ptolomei et azor(?) falsi tamen prophete sunt christi de quibus dicitur 3. Re. 2. Non est lex neque prophete non invenerunt visionem a domino. Secundo dicuntur falsi prophete eo quod relinquunt veritatem iusticie non reprehendentes peccata et scelera de quibus dicitur Tren. 2. Prophete tui viderunt tibi stulta et falsa nec aperiebant tibi iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent. Istam vero veritatem explicant relinquunt scilicet timore quia ut dicitur 3. Re. 19. Prophetas domini occiderunt. Et contra dicitur Eze. 3. Ne timeatis a facie eorum et frontem tuam duriorem frontibus eorum ut adamantem et silicem dedi faciem tuam. Secundo istam veritatem relinquunt favore secularium quia cum dominus libere predicantes veritatem et prave vite gesta arguentes non habent gratiam aput homines ideo quidam predicatores aplaudent malefactis ut potentibus complaceant Ier. 4. Prophete prophetabant mendacium et sacerdotes plaudebant manibus suis et populus meus dilexit talia. Tertio relinquunt istam veritatem cupiditate comodi temporalis et timentes eum perdere elatas vitia virorum non arguunt eorum scelera Eze. 13. Prophete violabant populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis ut interficerent animas que non moriuntur et vivificarent animas que non vivunt. De talibus dicitur Mychee 3. Et si quis non dedit in ore eorum quippiam sanctificabunt super eos prelium et infra Principes eius in muneribus iudicabant et sacerdotes eius in mercede docebant et prophete eius in pecunia divinabant. Tertio dicuntur falsi prophete qui relinquunt veritatem vite docentes alios que ipsi non observant Ier. 23. In prophetis ierusalem vidi similitudinem adulterantium et iter mendacii confortaverunt manus pessimorum ut non converteretur unusquisque a sua malicia facti sunt mihi omnes sodoma. Unde quia nulla falsitas recipitur nisi aliqua veri similitudine palliet addit(?) convertere Qui veniunt ad vos Omnes isti falsi prophete sed non missi a deo Ier. 23. Non mittebam prophetas et ipsi currebant non loquebar ad eos et ipsi prophetabant. Unde et ipsi ob hoc falsi sunt quia absque divina auctoritate veniunt in vestimentis ovium Oves sunt christiani quorum vestimenta sunt species christianitatis et cultus religionis sicut frequentes ieiunii et elymosine et castitatis signa. Hec vestimenta falsi prophete assumunt ut sub eorum pallio pauperes decipiant. Nulla enim res ut dicit Crisostomus sic bonum extimat sicut fictio. Nam malum sub specie boni celatum dum non cognoscitur non cavetur. Intrinsecus autem id est in corde et animi proposito Sunt lupi rapaces. Iuxta vulgare proverbium Lupus mutat pilum sed non dimittit vicium quia eas oves recipit quarum induit vestimenta magnum signum periculi esset si possent lupi assumere tegimen ovium quia communiter congrem invadunt. Sic et periculum grande est cum malicia latet sub specie sanctitatis. Et attendendum quod licet pluribus modis aliqui sint falsi prophete non tamen omnes Sunt lupi rapaces quia non habent potestatem perdere vanos. Sed lupi rapaces hoc modo secundum Crisostomum maxime heretici mittuntur quia sub agnino pallio veritatis ministrando verba falsa simplicium animas rapiunt a fide de quibus actuum 20. Ego scio quia post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcentes. Item lupi rapaces sunt et vocantur predicatores et prelati qui sub specie sanctitatis et honestatis rapiunt corda et credentium adpeccandum. Talis fuit Sychem filius Emor qui rapuit Dinam et dormivit

cum ca. viii legitur gen. 34. Talis et lupus fuit
amon filius david qui rapuit thamar so-
rorem suam ut legitur 2 re. 13. Isti sunt lupi
vespertini vastantes ad vesperam ut dicitur
Jo. Omnis qui male agit odit lucem. Isti
lupi rapaces et intellectu qui sub pallio pau-
pertatis bona temporalia rapiunt et usuras et
alia male ablata susceperunt Eze. 22. Qui
lupi rapientes predam avare sectando
lucra de quibus Mychee 2. Concupierunt
agros et violenter tulerunt domos rapuerunt
et calumpniabantur virum et domum eius. Secundo
ponitur istorum noticia. A fructibus eorum co-
gnoscetis eos. licet lanam ovis lupus
possit assumere non tamen servabit agnum sed
lupum nec faciet opera ovis sed lupi. Exemplum
de catto extinguente candelam in festis cum
muribus. Item exemplum de catto monachato quod
fuit peior in habitu monachali. Item exemplum
de lupo peregrinante qui voluit asinum man-
ducare quia peregrinum comedebat monstrum re-
ua non est similatio que alia non pateat
vel fletus heretici cognoscuntur ab hoc fructu
qui est fideles sequi a veritate quia omnes
heretici conquinati sunt. Et dicimus longo-
bardus dicebus unus. Civitatis honestas
non durat sed ubi tempus affuit amplius con-
cupiscere fructus. Neque enim possibile est ut tam
diu mala radix sit tecta cortice ut
aliquando non producat impietatis fructum sursum
ut dicit Aug. Cum exprimunt falsis prophetis
qui commoda temporalia querunt eum negare qui
paupertatis velamine consecuti sunt vel hic
amplius cupierunt tunc vere est ut appareat
cum lupus in ovina pelle sit vel ovis
insuat. Tercio similitudine adducit quod
confirmat superior sententia probat enim parabola
quod a fructibus sunt cognoscendi. Numquid colli-
gunt vindemiatores de spinis uvas. forta-
sse vitis est in spinis non tamen colligitur
uva de spinis sed de vite. Ita boni cum pu-
ta mixti sunt malis bonus tamen fructus

non de malis sed de iustis colligitur. Aliam adducit
parabolam aut simplex. Numquid colligunt a tribu-
lis ficus. Tribuli sunt rubi qui non
fructus ficos ficus sed amaros fructus. Et si et
mixti sunt ficubus. Et attendendum quia fructum
bonorum comparat vite et ficui. Vua quidem plura
granula continet cuius liquor letificat cor hominis
Sic opera iustorum sunt in gaudio et caritate Gal.
v. fructus autem spiritus caritas gaudium et pax. Et
fructus vero ficulnee habet dulcedinem et suavitatem
Sic et opera iustorum plena est mansuetudine be-
nignitate dulcedine et suavitate 2 Cor. vi.
In omnibus exhibeamus nos sicut ministros dei
in suavitate in spiritu sancto in caritate non ficta.
Quarto parabolas superiores prepositio applicat
quia sicut non colligitur uva de spinis neque ficus
de tribulis. Sic omnis arbor bona fructus
bonos facit. ut unito ex suo fructu arbor
possit cognosci. Mala autem arbor malos fru-
ctus facit. Ideo verum est quod supra dixit a fructibus
eorum cognoscetis eos. Et est notandum quod nomine arboris
significatur homo. Unde grece homo dicitur antropos
i. arbor eversa quia radix eius est eversa sursum
rami vero deorsum. Cuius arboris considerans ra-
dicem superiorem et ramos. Radicem eius vo-
luit esse sursum ut mens hominis esset in
celo fixa et inde traheret alimentum spirituale. Ideo
illud ovidij. Cetera cum prona spectent animalia
terre. Os homini sublime dedit celumque tueri
Iussit et erectos ad sydera tollere vultus. Sed quidam
hanc radicem figunt in terram avaricie quidam
in fimo luxurie quidam in petra superbie alij in
spinis iracundie, multi in arena vanitatis,
Eze. ia. Radices eius subtus illam erant
nec prosperabitur. Nonne radices eius evellent
Iam enim securis ad radicem arboris posita est
Math. 3. Stipes istius arboris debet esse rectitudinis
veritatem. Rami sunt virtutes et ramus quod debet
bene operari in mundo isto. Isti rami debent habere
viriditatem in quo non perseverantia vili
bonum agens. Item in floribus debent habere

[illegible]

pulcritudinem et honestatem, in fructu non suavitatem. Et si arbor ista radices in celo fixas habuit, stipes eius erit virtus, rami cooperti foliis decorati floribus et ditati fructibus. Multa arbor bona dici potest, mala vero arbor erit si radices in mundo fixerit, quia de malo humore non producitur nisi malus fructus.

Dominica secunda distinctio

Secundo cum dicitur: Non potest arbor bona etc., tangit generaliter et florum et fructuum et quorumcumque pertinentium statum, et tria facit. Primo enim ponit statum eorum impenitentium, quia est bonos malum fructum producere non posse, malos vero non posse bene operari, ubi dicit: Non potest arbor bona fructus malos facere. Ecce quanta securitas est arbor bonorum hominum ut status, quod quis enim fecerit dum manet arbor bona radicata in celo, bonus fructus est, quia mala operari non potest. Psalmus: Sed per fac quecumque invenit manus tua, quia Dominus tecum est. Neque arbor mala fructus bonos facere. Quod quidem operantur mali homines, sive ieiunent sive elemosinas largiantur sive peregrinantur, non est bonus fructus, licet bonum fructus colorem habeat. Et hoc ideo quia talis opus non proficit ad vitam eternam, dum radix istius fructus non sit radicata in celo. Ubi Gregorius: Hic quorum caritas agitur. Ecce quam infelix est status malorum hominum, ut tollatur eis posse bene operari. Tollit enim peccatum libertatem a bono, ut homo qui a se ipso lapsus est a se ipso resurgere non possit nec bene operari. Ieremie 13: Si immutare potest ethiops pellem suam aut pardus varietates suas, et vos poteritis bene facere cum didicitis malum. Attendendum est tamen quod licet dum ab malo est nunquam possit bene operari, tamen ut dicit Augustinus, potest fieri dei adiutorio ut qui erat mala arbor efficiatur bona arbor quatuor auxiliis, scilicet irrigatione lacrimarum penitencie, transplantatione de societate malorum, abrasione carnis voluptatis et cultura sollitudinis. Quibus dei adiutorio expeditis mala arbor fit dei cultura ut sit bona arbor et fructus bonos producat. Paulus enim et Maria Magdalena cum essent male arbores, deo operante in bonas conversi arbores bonum fructum fecerunt.

Tercio ponit alium statum malorum in futuro, qui est plene eterne dampnationis: Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et tanta est pena sterilis arboris que fructum bonum non producit, quantum putatur esse pena arboris fecunde malis fructibus. Unde dicitur de ea Luce 13: Succide illam infructuosam arborem, ut quid terram occupat, sed magis succide perniciosam ut quid terram vacuat. Nota quod duplex pena futura est peccatoris: prima est excisio, altera est missio in ignem. Excisiones eorum sunt v. Prima excisio est mors per quam exciduntur a vita presenti, ut non liceat diutius frui propriis mundi voluptatibus quibus erant colligati. Ysaie 38: Precisa est velud a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me. Hec succisio mortis amara est, cum relinquunt ea quibus fruebantur illicita. Ecclesiastici 41: O mors quam amara est memoria tua, vel memoria multo magis experientia, homini iniusto et pacem habenti in substanciis suis. Secunda excisio peccatorum est qua exciduntur a consortio beatorum. Licet enim in mundo isto simul sint male et bone arbores, exciduntur tamen in futuro. Et hec excisio amarior erit quia prima videntes peccatores quam iusti computati sunt inter filios dei, turbabuntur timore horribili et angustia spiritus gementes. Ysaie 10: Excelsi statura succidentur. Tercia excisio est amarissima, qua exciduntur ne videant gloriam dei. Ista excisio maior est [illegible] pena bonorum. Crisostomus: Multi gehennam solum abhorrent, ego autem excisionem illam gloriae multo amariorem gehenna iudico, quod apparet per penam quam habuit Absalon exceso quod faciem David videre non potuit. Quarta excisio est miserrima, qua tollitur et scinditur a corporibus omnis potentia bene et male operandi. Psalmus 2: Ecce dies veniunt et precidam brachium tuum, maior est virtus operis. Quinta abscisio est termi-

[illegible]

Videbunt eum iusti reprobos fi[illegible] videbunt reprobi iustos [illegible] ad diem iudicii [illegible] se videlicet ut dicit

bilissima qua abscidit ab eis spes utriusque spectet ad bonum. Iob 19. Destruxit me undique et pereo et quasi arbori abstulit spem meam. Secunda pena pertinentium est gehenna ignis in qua est fletus et stridor dentium ubi vermis male conscientie corrodit animam et ibi inextinguibilis ignis qui sine fine consumit. Ysa. ult. Videbunt cadavera eorum qui prevaricati sunt in me vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Tercio replicat quod a fructibus cognoscendi sunt mali ibi ex fructibus eorum cognoscetis eos. In illa enim vita omnia scelera iniquorum patebunt iustis ita ut quos plene non cognoverunt tunc videntes eorum iniqua opera que operati sunt eos plene cognoscant. Videbunt enim iusti flectentes nunc sit penis eorum cum improperio eis applicant scelera que digna sunt operibus penarum. Unde potius gaudebunt de penis iniquorum. Ps. Videbunt iusti et letabuntur et super eum videbunt et dicent ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Et item letabitur iustus cum viderit vindictam. Dominica eadem.

Tercio cum dicitur non omnis qui dicit etc. quibus datur eterna gloria ex quo de pena malorum iam premisit. Et primo ostendit quod non datur premium regni celestis quibus tunc est indicium omnibus credentibus unde dicit non omnis qui dicit mihi domine domine. Deus est ex parte bone divinitatis, rursus dominus est ratione humanitatis non omnis enim qui confitetur eum deum esse et hominem et si verbum incarnatum dicens et confiteatur corde et ore intrabit in regnum celorum. Prima ut dicit Iacobus et demones credunt et contremiscunt. Et ideo hoc quia multi confessione fidei aut longis orationibus dicunt Christo domine domine sed sunt de numero eorum de quibus dicit Ysa. 29. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Et Tyt. p. Confitentur se nosse deum factis autem negant. Oportet ergo ostendere factis quod ipse sit deus quod fit cum ei servimus. Secundo

ostendit quibus datur regnum dei sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Io. 6. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam. Ille credit in filium qui ea facit que ipse dei filius mandavit; alioquin non videtur credere; ipse intrabit in regnum celorum. Regnum celeste debetur merito dari ei qui facit voluntatem patris celestis, quia pater remunerat filium non alienis sed propriis bonis. Rursum quia dignum est eum qui credit sic in filium quod eius perficit mandata esse in regno celorum ubi Christus est. Iohannes. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum illic sint mecum ut videant claritatem meam quam dedisti mihi. Quam nobis concedat etc. Dominica octava post festum Trinitatis.

Homo quidam erat dives qui habebat villicum. Luce 16. Secundum quod dicit Crisostomus: primo quedam avaricia agnata mortalibus auget terrena et bona minuit. Et hec est illa opinio qua homines credunt quod tamquam possidentium usu bene possidere ut domini, cum contraria tamen apparet quod in temporalibus nos oportet deo reddere rationem, maxime quia homines non sunt domini temporalium sed dispensatores. Et hoc totum declaratur in parabola presentis evangelii de villico iniquitatis quod in tres partes dividitur. In quarum prima ponitur citatio villici ad rationem reddendam. In secunda exprimitur eius sagacitas ad futuram provisionem ibi ait autem villicus intra se. In tercia declaratur et commendatur ipsius providencia admirantem credentem ibi et laudavit dominus villicum etc. Circa primum tamen facit expresse mentionem primo villicatus commissio. Homo quidam erat dives. Homo iste deus est cuius per quem homo dicitur eo quod homines singulare habeat curam et providenciam ac si homo esset. Ipse vero dives est cuius est celum et terra et omnia que in eis sunt, cuius opes numquam deficiunt, cuius divicie numquam decrescunt ut dicit Agnes virgo. Et attende quod modani homines illum dicunt hominem divitem qui bonis temporalibus habundat sed non est dives divicie enim describendum est quibus aut bona temporalia magis dicunt se habundare tamen hec bona non faciunt divitem in bonis temporalibus ille dives est qui contentus est de hiis que

ht nec plura querit Christo et pauperes multi sunt
divites Tho. u. Sufficiebat nobis paupertas Sed
ille est ditior qui ipsas mundi contempnit divitias
ille non est ditissimus qui bonis habundat que sibi tolli
non possunt Ideo sunt ille divicie virtutum et gracie
quibus omnibus dives est deus pater ope ipse enim
dives infinita bonitate Ro. 2. An divicias bo-
nitatis eius contempnis Ipse dives est multitudine
misericordie Ephesi. 2. deus qui dives est in misericordia Ipse dives
est in habundanti gracia Ephesi. 2. Secundum divicias gratie
eius que superhabundat in nobis. Ipse est dives nobilitate
contemplationis Ro. xi. o altitudo diviciarum sapientie et scientie
dei Ipse est dives magnitudine glorie hester primo ostendit
divicias glorie regni sui ac magnitudinem
iactanciam Cuius divicie tante sunt auctoritatis
ut omnes homines qui divites sunt eius diviciis
sint divites primo Re. 2. dominus pauperem facit et ditat
psalmus x. Benedictio domini divites facit Ipse sine eo
quilibet est pauper Job primo. dominus abstulit sicut domino
placuit ita factum est Largitur autem dominus hominibus
semper gratis divitias scilicet divicias nature fortune corporis
anime gratie et divicias glorie Divicie nature sunt omnes
scilicet machina cum suo ornatu ut celum cum sideribus
et omni suo ornatu terra ignis et aer et aqua
et omnia que in eis sunt que dedit deus in ministerium
cunctis gentibus ut Deut. 4. Divicie fortune
sunt pecunia possessiones mancipia et bestie de quibus
psalmus. Omnia subiecisti sub pedibus eius oves
et boves universas insuper et pecora campi Divicie
corporis sunt generositas originis sanitas forti-
tudo pulcritudo et ordinata membrorum distinctio
Gen. 2. formavit deus hominem de limo terre
Divicie autem anime sunt vivacitas sensuum
naturalium virtus animativa ars ingenium volu-
ptas intellectus et memoria Exo. 4. Quis fecit
os hominis aut quis fabricatus est mutum et
cecum nonne ego Divicie gratie sunt fides spes
caritas fortitudo temperancia iusticia prudencia
sciencia sapientia et intellectus atque virtus amicicia
honor laus et fama de quibus omnibus dicit
Apostolus primo Cor. 4. Quid habes o homo quod non accepisti

Divicie glorie sunt aperta dei visio dul-
cis spiritus amor secura tranquillitas et angelorum
consorcium de quibus dicit Apostolus Ro. 9. Ostendit
divicias glorie sue in vasis misericordie que preparavit
in gloriam Patet ergo quod omne genus divici-
arum adeo est prius. et inde sunt divicie et
gloria ut ditem diligentes me et thesauros
eorum repleam Homo habebat villicum villicus
nomen habet a villa et dicitur custos ville aut
dispensator bonorum ville domini sui quod nobis
commune est, unde talem dici possumus Eo quod
quasi secundum Ambrosium quod non sunt villici domini sed
pocius alienarum facultatum dispensatores
Et non quod quilibet homo est villicus dei
cui triplex villa commissa est gubernanda
et fructus ipsius dispensare prudenter man-
datum est Prima villa est mundus iste cuius
fructus sunt bona temporalia quos debet custo-
dire ne alteri quam sibi commisserit servus domini
sui debet distribuere Secunda villa est corpus
proprium quod custodiendum est ne per v. portas
sensuum mors ingrediatur ad animam
Jer. 9. mors ingressa est per fenestras
nostras Unde custodiebat Job corpus suum
dicens Job 31. capitulo. pepigi fedus cum oculis
meis ne cogitarem quidem de virgine
ne mentem reciperet que peccata inclinatus
amaret Bona enim ipsius corporis ut sani-
tas fortitudo etc. dispensanda sunt ad dei
servicium et honorem Tercia villa est
anima que a pravis cogitationibus custodienda
est cuius omnes virtutes distribui debent ad
dei contemplationem et amorem Omnia non fecit
male custodivit iste ville ideo secundo ponitur
villici accusatio Et hic diffamatus est apud
illum Augustinus publici sceleris non indiget
strepitu accusatoris Glosa super Genesim Cuius
dicencia patenti sceleris non indiget clamore
accusationis talis enim culpa a seipsum accu-
sat Quia non peccata nostra publica ideo in conspectu
mentis nostre coram deo ipsa nostra peccata accusant

et diffamant villicum vel eius est mecho[rum]: quia contra eos
so. i. testium reddente illis quia coram omnibus scientie
cogitationum cogitationum accusantium aut et defendentium
in die cum iudicabit dominus occulta cordium etc. Et tace-
re lingua falsa peccatum per eum diffamarent
quasi dissipasset bona ipsius unde dicit quod dissipasset
et non absolute quod dissipasset quia nullus quantumcumque
peccator sit potest dissipare bona sibi adeo collata quin
ea deus reducat in aliquem bonitatis ordinem. Si-
cut enim deus ita male vixit ut bona sibi collata dis-
sipavit non utendo eis ad debitum finem
vite eterne tamen hanc ipsam dissipationem deus
reducit in bonum iustitie puniendo peccatores
ut dicit Augustinus. Et nota quod malus villicus
primo dissipat bona temporalia aliena rapien-
do vel suo furtis et rapinis. Dissipat propria
liberaliter exponendo in luxuriis comessatio-
nibus pompa mundi / castris munitionibus
et curiositatibus talibus superfluis. Luce xv. dissipa-
vit substantiam suam vivendo luxuriose. Secundo dissi-
pat peccator bona corporis. Verbi gratia fortitudinem
corporis ad bella / sanitatem ad vicia / pulchritudinem
ad vana. Glossa de angelicis. Sed quam gloriose
voluntas dicat capit Necce · pro iniuriis vitam
dissipatus est corpus et muros anime
per cuius dissipationem ingreditur ad animam
vicia. Eccl. x. Qui dissipat sepem mordebit
eum coluber. Tertio dissipat peccator bona
naturalia vel anime ingenium naturaque et
artem in quibus debuisset vitam discutere
interius in carnalibus / voluntatem amativam
quam totam debuisset ad dei amorem ten-
dere dissipat amplius eis turpibus. Iob xvii. Cogita-
tiones mee dissipate sunt torquentes cor
meum. Sicut quam nobilia ingenia multorum
hominum videmus dissipari implicatione
temporalis lucri qui si intendissent divine
contemplationi neque aliqui fuit sicut unum ex ipsis
arte rursus tendisti in excogitandis

vicijs subtilissimis in vocationem sic ut vere peccatum
videatur fecisse iustitiam. Secundo virtutem pulchri-
tudinis amoris in vanitate corruptibus pessimis
Iere. x. Consumpserunt Iacob et decus eius
dissipaverunt. Tertio ponitur villici citatio
ad iudicium. Et vocavit illum. Vocat deus
deus peccatorem explicite aliquem per exhortationem
predicationis per monitionem / aliquem per inventiva inspi-
rationem / cum peccator instituit se se contra deum
et disceptatur quantum in hoc mundo vixit. Aliquando
tandem vocat unumquemque in morte. Et ait
ibi tria verba dicit Christus peccatori inquirendo an-
gustie et anxietatis quam continue sint ambi-
guis inconveniunt nullo modo peccatoribus. Primum
est vigilem reprehensionis. Quid hoc audio de
te. i. quare de te talia audio. Te enim naturaque sic
dotato / muneribus / gratiae preveniento unde divitiis /
constituto dispensatorem maiorum rerum omnium
audio de terra clamorem resonantem / totamque
illegalitatem / tam horribilia falsa tamque
antiqua vitia / quia dissipasti bona / inquinasti
corpus / animam peccatis maculasti / pul-
chritudinem deus destruxit et ad nichilum redegit.
Secundum verbum est anxii timoris. Redde rationem villi-
cationis tue. O tremendum verbum o verbum anxium
o verbum durum / discussionis districte / quia exigetur
a nobis ratio / de occultis cordium cogitationibus /
de quibuscumque et ociosis sermonibus / de cunctis
nostris actionibus. Tunc aperti erunt libri cele-
stes / tunc apertus est liber conscientie in quo leget
memoria quod cogitavit dixit et fecit tunc.
examinabitur secundum tunc discutietur ratio vite mee
heu quis futurus est securus in illo examine
quando tunc patebit quod nunc latet. Tertium verbum
est amari doloris. Iam enim non poteris villi-
care. Infirmitatem vita tollitur homini omnis
villicatus ita ut ultimus nec bonum nec
malum possit operari. Magnus est dolor et
anime quando proximatur hora mortis audit

Job

sibi dici quod ultius villicare non possit puto qui
totum mundum daret / ut sibi concederet spatium unius hore
quo peniteret / et aliquid boni ageret / sed non datur ei quia
tempus illud est reddende rationis / non exercende
villicationis. Audiamus hec tam verba severi iu-
dicis et tam iudicium pariter iustitia / ut non
preteream Jere. 22. Terra terra terra audi verbum
domini Jere. 22. Audi et verbum exit. Legitur quod abbas quidam
bona monasterii dissipaverat vitiis et peccatis ho-
natus adque infirmitatem venit iuvenis quidam
albis indutus dicens. Vitus pater domine abbas
die tertio venire meum ad dominum meum redditurus
rationem huius vite tue. Cui ille interrogavit
Et quis est dominus tuus ad quem me citas iudi-
cium ait ipse. Dominus inquit meus ipse est qui fecit ce-
lum et terram. Quibus auditis abbas ille conticuit
statim et faciem suam ad parietem avertens flens
et gemens. Cumque dum sui consolarentur quia esset
spes salutis a medicis / ait quia certe pareret
nichil loquebatur / tandem vero in primis devictus
fratribus ad dei inquit iudicium visibiliter die tertio
vocatus sum tamen dicitis. Quare constaris hortan-
tibus autem amicis ad primam / videt non agende
tempus esse penitentie sed rationis reddende / Ecce igitur dissi-
lante penitere venit ad dictum die tertio hora in-
venis. Venite inquit domine abbas carnis ad
dei iudicium. Surrexit ille de lecto et tunc
infirmus sedebat angelum eum quia ad medium
domus venisset sed non se tenens pro debilitate
cecidit retrorsum et fratribus terrentibus emisit
spiritum cui statim raptus est ad dei iudicium. Ita
ut dicit Aug. in sermone Innocentii.
Propter hanc animi adversione impius percuti-
tur ut moriens obliviscatur sui / qui dum viveret ob-
litus est dei. Ergo dum tempus habemus operemur
bonum.

Distinctio secunda

Hec duo cum dicat. ait ille villicus et post
remedium ad fugienda condempnationem
Et tunc facit permittitur cum vero iustis

amplectas. Ait autem villicus intra se. Quid
se loquitur / qui vultu meum ipso invenit a-
micum / quem consulat. Quid faciam quia dominus meus
aufert a me villicationem. Crisost. fidelis
dispensator quidem / ipsa dispensatione confidit
et desiderat cum paulo dissolvi et esse cum Christo
et autem cuius sunt non terrena amplectatur in-
cipitu Job. 31. Quid faciam cum surrexerit ad iu-
dicandum dominus et cum quesierit quid ei respondebo
Fodere non valeo. Crisost. impotentem esse
inopem / et in re est vita inertis / non enim timerent
si consuevissent assidue laboris. Duobus
autem modis indigens potest acquirere victum
aut operando / quod iste non poterat. Unde dixit
fodere non valeo / aut mendicando quod iste
erubescebat. Unde subdit mendicare erube-
sco. quia aliis ipse largiter consuluit Se-
neca mens. Multo carius emitur quod pre-
cibus impetratur. Considerandum est quod in mala
vita / nec anima potest bonum operari / quibus
adiuvetur ad gloriam / nec ipsa bona potest
mendicare / Operari quidem non potest quia
tempus vite preteriit comparatur estati. Alia non vita
similis est hyemi. Unde quilibet accipit
quod in estate acquisivit. Propter quod pigrum hominem
hortatur Salomon Prover. vi. Vade ad formicam
o piger homo / et disce sapientiam quia cum
cum non habeat ducem ac preceptorem parat
estate cibum sibi. Unde Crisost. vita presens est
exercitium mandatorum / futura non solacium sed meritorum
operatus es hic / frustra in futuro speras. Et
non potest anima mendicare mala vita quia
non datur ei. Huius signum sunt fatue virgines
que petentes oleum a prudentibus repulse
sunt. Et nec dives epulo mendicans guttam
aque non recepit. Alii volentes ingredi
nuptias celestes cum rubore eiecti sunt

dicente xpo. Amen dico vobis nescio
vos. Item non potest emere vitam eternam quia nec
habet unde emat nec est que vendatur. Item non
potest accipere mutuo. Item nec alteri cambire
unde vel ~~vrsos~~ quilibet suam quesiverit in-
duit ut tunicam non eam exuere et alteri
cambire. Hec est causa quare erubescendum
est in mala vita mendicare, quia non datur
mendicantibus hinc omnis qui petat
dono celeste sine precio nec est in mala
vita proficiet sanctorum patrocinium. Verbus
cum mors pacientur aliquis mea scilicet
advocacione. Ubi nullus erit advo-
cacionis locus. Jeremie xv. Si steterit moyses
et samuel coram me non est anima
mea ad populum istum. Per istos duos notat
quia moyses et samuel fuerunt advocati et me-
diatores et postea dicit. Eice illos a facie mea
et egrediantur, quod si dixerint ad te quo egre-
diemur, dicetis ad eos: hec dicit dominus: ad
mortem ad mortem, et qui ad gladium
ad gladium, et qui ad famem ad famem, et qui
ad captivitatem ad captivitatem. Secundo
patrocinatur meum amicicia et consanguinitas
quando verus est amicus vel consanguineus quando
verus est amicus vel consanguineus amicus
indicas. Sed in mala vita tale patroci-
nium locum non habebit, quia nullus sanctorum
amicos vel consanguineos liberare poterit.
Ezechielis xiv. Si fuerint tres viri isti in medio
peccatorum, Noe, Daniel et Iob, ipsi iusticia
sua liberabunt animas suas. Vivo ego
dicit dominus, quia nec filios suos nec filias
suas liberabunt. Tercio meum vero patroci-
nium prestat pro amicorum temporalium, sed nec
illud habebit locum in mala vita, quia omnes
ordines sanctorum simul congregati non liberabunt
unam animam ad infernum dampnatam. Jeremie vii.
Noli orare pro populo hoc neque assumas pro eis
laudem et orationem et non obsistas michi quia
non exaudiam te. Erubescendum est in mala
vita quando omnes ordines sanctorum simul congregati non
liberarent, et erubescendum est sanctorum patrocinia
mendicare quia non obtinentur. Secundo post
consilii sagacitas. Scio quid faciam supple antequam
tollar a villicatione debita relaxabo
debitoribus domini mei et distribuam eis de facul-
tatibus eius, ut cum amotus fuero a villicatione
per formam mortis quilibet a villicatione a-
movetur recipiant me scilicet ipsi quibus re-
laxavi debita et facultates domini mei in
domos suas ut non cogar fodere aut men-
dicare. Prudens quia sibi iste villicus re-
post completum villicatus officium non laborando
nec mendicando, sed potius bona domini sui
distribuendo. Ubi considerandum est quod ut supra dictum
est tres ville commisse sunt homini, scilicet mundus, corpus
et anima, quarum fructus debet ad honorem
dei dispensare. Corpus namque suum debet
distribuere in ieiuniis, vigiliis et ceteris laboribus
pro deo assumptis, et tunc sanitas et fortitudo et
pulcritudo que sunt bona corporis optime
erunt dispensata. Si non corporis labores sus-
tinere non poterit, quamdiu et hic villicus qui di-
cebat fodere non valeo, saltem bona anime
que sunt amor, compassio et memoria ita distri-
buat orando, meditando de lege dei et
cunctos inimicos amando, et ut orationibus
sibi recompenset quod laboribus efficere non po-
tuit. Et si iurisum (?) orare erubescit, utpote
quia nescit quamdiu hic villicus qui dicebat
mendicare erubesco. Unde enim orat men-
dicat, petit enim suffragium. Tunc etc. non restat
nisi quod providcat sibi taliter de bonis extra
ville domini sui, scilicet de bonis temporalibus elemosinas
largiendo, quod talis dispensatio omnem defectum
excuset corporis scilicet et anime. Danielis iv. Peccata
tua elemosinis redime. Ieiunium enim

q est distributio bonorum corporis tertio distribuit bona
anime atque elemosina que distribuit bona mundi sunt
opera quibus acquiritur vita eterna sed elemosina semper
excellit Tho. 12. Bona est oratio cum ieiunio et elemosina
magis quam thezauros auri condere quoniam elemosina a
morte liberat et ipsa est que purgat peccata et
facit invenire vitam eternam. Tercio ponit
excogitati consilii executionem. Convocatis itaque sing-
ulis debitoribus domini sui. Debitores appellat
qui debebant domino suo annales redditus pro benefi-
ciis et possessionibus nomine ipsius retentis
dicebat primo Quantum debes domino meo. At ille
dixit Centum cados olei. Nota cados scilicet est
amphora quas nos vulgariter dicimus barile continens
tres urnas. Dixitque illi Accipe cautionem tuam.
Cautio est cyrographum sive cartula debiti ma-
nu debitoris scripta in qua profitetur se esse debito-
rem alicuius et ipsam cartulam non retinet debi-
tor sed tradit eam domino. Omnia enim iura et cartas
domini habebat villicus iste penes se et ideo potuit
reddere eas debitoribus. Et sede cito et scribe
manu tua sicut prius eram scriptum manu
tua scripsisti Quinquaginta. Dimidiam partem
annalium redditum ei dimisit. Deinde alio dixit
Tu vero quantum debes. Qui ait Centum choros tritici.
Chorus 30 modios continet et est homus
tamen. Ait illi Accipe litteras tuas quas prius
manibus tuis notasti Et scribe octuaginta.
Quintam partem debiti relaxavit. Distinctio 3.

Tercio commendatur villici prudencia ad
nostram erudicionem cum dicitur Et laudavit
dominus et duo facit. Primo commendat villicum
dicens Et laudavit dominus villicum iniquitatis
quia prudenter i. sagaciter fecisset. Non quidem
laudavit eum de fraude facta sed de prudencia qua sibi
providit imposterum. Econtrario quoque ut dicit Augustinus
ista similitudo intelligenda est. Si enim laudare potuit quia in fraude fecit prudenciam

multo amplius placent deo qui secundum
eius imperium ista opera faciunt. Vel aliter
laudat opus villici non in se sed in suo
significato. Quid quod cum habemus est donum dei
nostri bonum si de bonis domini nobis collatis lar-
giendo elemosinas providemus imposterum lau-
damur a Christo. Vel aliter non commendat dominus
absolute prudenciam villici sed in comparacione
ad prudenciam sanctorum, qua prudencior ipse fuit
ad fraudem quam iusti ad iusticiam. Et hoc est
quod subdit Quia filii huius seculi. Filios huius
seculi amatores mundi intelligit quia
sic intendunt secularibus quasi ad mortem.
Aliud sunt geniti non ut ipso seculo fruantur.
Prudenciores sunt filiis lucis. Filios lucis
sanctos appellat quorum opera non sunt in tene-
bris sed in luce. In generacione sua i. secu-
laribus adquirendis videntur geniti prudenciores
sunt. Augustinus. Filios seculi huius non sapien-
tiores sed prudenciores dicit filiis lucis et
hoc non absolute sed in generacione sua i.
in secularibus. Attendamus quanto seculares
prudenciores sunt ad lucra temporalia
qualiter carnem pascant vel induant
quo ingenio favores principum acquirant.
Prudenciores sunt ad hec mundana quam
multi iusti ad acquirenda celestia. Unde
apostoli dormiebant cum Iudas vigilabat
hinc inde ut traderet Christum. Sic dormi-
entibus religiosis seculares lucra sec-
tantur terra maria simul periculis.
Et videmus homines seculi armis in-
dustres ad defensionem suam et ex-
pugnando inimicos magis quam multi
iusti sunt prudentes temptacionibus
resistendo et dyabolum expugnando. Et videmus
mulieres magis se ornare ut placeant
mundo quam multi ut placeant deo

Et laudavit villicum non de fraude sed de prudencia [illegible]
[illegible]
[illegible] prudentes [illegible]
[illegible]

Ipse qui abbas macharius cum videret mulierem ornatam planxit dicens quia ipsa magis sathagebat mundo placere quam ipse deo. Secundo adducit salubre documentum Et ego dico vobis facite vobis amicos. amicos vobis facimus pauperes cum eis largimur elias de mamona iniquitatis. Augustinus Hebrei dicunt mamona latine divicie vocantur. Advertendum quod non precipit dominus fieri elemosinas de male acquisitis. Ecclesiastici 34. Dona iniquorum non probat altissimus neque respicit in oblacionibus iniquorum. Et ideo qui offert sacrificium de substancia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris. mamona non iniquitatis ut dicit Augustinus divicie sunt bene acquisite. Que si male acquisite sunt faciendum est ex eis amicos eas restituendo inde proxima amicicia reparatur licet restitucio sit amici. Et ideo divicie non sunt de male acquisite. Rursus multiplex dicuntur mamona iniquitatis et hoc propter multa. Primo secundum Augustinum quia non sunt vere divicie quoniam paupertate plene et super casibus obnoxie. Si enim vere divicie essent securitatem prestarent. Secundo divicie sunt mamona iniquitatis ut idem dicit eo quod iniquis sibi constituant spem in eis. qui confidunt in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantur. Tercio ut dicit Augustinus quia temptat animas nostras cupiditate ut velimus servire avaricie que est ydolorum servitus. Quarto secundum Basilium quia ut plurimum acquiruntur inique unde publice dicitur Nemo est tamen dives sine peccato. Quinto secundum Theophilum quia non pertinent ad hominem nequicia est ea retinere. Unde debet pauperibus committere eos mori. Sexto

quia inique expendunt in luxuriis et comessacionibus atque aliis superfluis. Septimo quia propter divicias multa mala et iniquie committuntur. Octavo quia animos faciunt iniquos ut super alios desiderent. Nono dicuntur divicie iniquitatis id est equalitatis quia inequaliter possident. Ut cum defeceritis per mortem. Cum homo moritur deficit ei vita deficit mundus deficiunt amici et consanguinei deficiunt opes et possibilitas adbene operandum videat ergo quilibet ut dum hic vivit donis elemosinarum sibi amicos in alia vita constituit alias esset receptus sicut cadit. Exemplum eius qui habuit tres amicos quorum unum dilexit plus quam se, secundum sicut se. Primus divicias. Alios quia sicut se filias et uxorem et consanguineos. Alterum minus se scilicet pauperes. Quorum primus se cum ad dei iudicium vivit duos unum tegatur morientes alterum comitatur eum usque ad foveam. Tercium pauperes qui ante deum vadit cum moriente unde Ambrosius Sola misericordia comes est defunctorum. Ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula pauperes nos recipiunt in celis quia nunc opus illis impertitum est ut illic recipiamus. Gregorius ut dicit. Ex eorum amicicia adquirimus eterna tabernacula pensare debemus quia pauperibus potius munera offerimus quam egenis dona largiamur. Pensemus ergo ut dicit Crisostomus Elemosina est ars artium quia data intus fabricat in celis non luteas domos sed celestes non transitoria tabernacula sed eterna qualem quisque edificavit talem recipiet Exemplum regis Indie qui recepit palacium in celis fabricatum ex elemosinis sicut quod beatus Thomas apostolus pauperibus erogavit. Rogemus ergo.

Dominica nona. Distinctio prima

Animadverte si christus deflevit civile civitatis destructionem quod dicit at quod in ... corporalis destructionem civitatis spiritualis deflevit

Cum appropinquaret ihesus ierusalem videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu etc. Luc. 19. Notandum quod sicut prudencia si aliis sit et dampnis castigatur sic ille prudencior est que dampna corrigit aliorum. Loquitur non omnibus quisque magis sapiens est si alius dampnis se sola emendet iudicio domus volens quod eciam saltem nos corrigi ... exemplo / ecclesia hodie proponit destructionis gentis iudaice / ne similia faciamus propter que illi perierunt unum in hodierna epistola. i. Cor. x. dicit: hec scripta sunt hec ad correctionem nostram in quos fines seculorum devenerunt. Tria que tanguntur in hodierno evangelio. Prima est operacio salutatis destructiva civitatis. Secundum est declaracio erroris defuture calamitatis ibi. Quia venient in te etc. Tercium est opus fervoris de amovenda cupiditate ibi et ingressus in templum etc. Quarta prima ea facit permittit cum primo fletum operacionis. Ubi sciendum quod ea que leguntur in presenti evangelio facta sunt in dominica palmarum. Veniente enim christo de bethania ierusalem / occurrit ei sedenti super asellum / multitudo magna de civitate cum ramis arborum / cantantium ... rex israel / qui venit in nomine domini. Igitur cum appropinquaret ihesus ierusalem hec est civitas regalis et sacerdotalis in qua multitudo magna convenerat undique ad festum pasce celebrandum / ad ipsam non civitatem appropinquabat christus ut in ea mortem suscipiens humanum genus redimeret. videns civitatem illam in qua erat passurus et brevi formosissimam laudibus / potentissimam civibus affluentem delicijs / habundantem divicijs / et edificijs pulcherrimam / quam christus videbat oculo corporis exterius quidem gloriosam sed deitatis intuitu previdebat mala que ventura super eam erant. flevit super illam quia fons pietatis erat lacrimas non continuit nec edificijs planxit aut pictum subversione sed animarum civium. Effuse lacrime sunt signa caritatis. Ubi considera magnum compassionis mansuetudinem affectum qui et citius profluxit in lacrimas considerans eciam isto dolore cordis affligebatur qui cantantibus ad ipsum exultantibus turbis ipse e contrario eorum lacrimabatur. Notandum quod quinquies legitur christus flevisse. Primo in nativitate cum sicut omnes nostri emisit ut dicit Sap. 7. de se loquens lo. ... similiarum. Lacrimis magis suffudit vultum sicut ceteri se mortalibus vagitibus prevenit iste lacrime sunt protestatio miserie humani generis. Ante enim peccatum primi parentis quia nati fuissent homines in originali iusticia in temporalem felicitatem nullus natus fuisset plorans. Nunc vero quia omnes nascimur in peccato filij ire / in hac vallem miserie ipsa conditio nos cogit infantes plangere statum quod pecti humani generis. planxit agnus in incunabulis ... Secundo planxit in suscitacione lazari Jo. 11. Et lacrimatus est ihesus iste lacrime sunt protestatio amaritudinis mortis sicut ut dicit ... Si non peccasset homo absque morte media translatus fuisset post vitam presentem ad eternam beatitudinem. Lacrimatus est quoque christus in morte lazari considerans oportere tali modo finire vitam istam. Tercio planxit civitatem ut hic et hic quo fletu planxit vanitatem mundane vite ... quod non considerant homines quod futurum sit eis ysa. 22. clamoris plena urbs frequens civitas exultans quia nunc est quia ascendisti tu tota terra ... dixi recedite a me amare flebo. nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filie populi mei dies enim interfectionis et conculcationis et fletus. Quarto planxit scelus proditionis iude traditoris Jo. 13. turbatus est ihesus spiritu et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis quia unus ex vobis me tradet

expulsa tribulacione ut dicit aug(ustinus) lacrimatus est
ihesus delictum proditoris inde est quod lacrime fuerunt
magni doloris ex eo quod anima dei yma-
gine insignita vadat in dampnacionem
Jer. ix. Quis dabit capiti meo aquam et oculis
meis fontem lacrimarum et plorabo die ac
nocte super interfectos populi mei. hoc lamentum
est pro perdicione omnium reproborum sed pro casu prelatorum
subditur super montes assumam fletum ac la-
mentum et super speciosa deserti planctum quoniam
incensa sunt. montes sunt prelati. speciosa
deserti sunt religiosi de quorum perdicione
magis dolendum. Secundo flevit in passione
hebr. v. preces et supplicationes cum clamore
valido et lacrimis offerens ad deum istas la-
crimas quas fudit in passione fudit ex de-
siderio nostre salutis pro quibus exauditus
est. unde sequitur ibidem quod exauditus est pro sua
reverencia. Tercio quociens planxit christus
pro nobis. flevit quidem in nativitate hominis
ingressum ad hanc vitam quia culpa
et miseria. flevit super civitatem hominis
progressum quia cum vanitate. flevit super
lazarum hominis exitum quia cum pena. flevit
super iudam hominis dampnacionem reproborum quia
eterni. flevit in passione electorum salute.
non solum autem flevit dominus sed et in ideam [?]
lamentacionis prorupit amaro animo
voce lugubri. Quia si cognovisses ea
que sunt scilicet super te ventura cognosces. hebr.
iv. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius
Et tu. scilicet fleres mecum ruinam tuam
que modo gaudes et exultas in prosperis. Secundo
ponitur status presentis prosperitatis. Et quidem in
hac die tua. diem ipsius civitatis tempus
appellat mundane prosperitatis quod dies eius dicit
esse ipsius quia concesso tempore beneficio
non utebatur ad dei cultum sed pro suis tamen volu-
ptatibus explendis expendebat. Que
ad pacem tibi sunt. scilicet id est isto die presentis
prosperitatis habes que sunt ad pacem. tibi non

quidem ad veram pacem sed ad pacem
tibi ut vares liberius tuis voluptati-
bus. Talis quidem est pax mundana quam diligunt
impii ut sine timore perfruantur de quibus
dicitur in politicis libris quod rubigine
consumitur sicut ferrum pacem divites.
Tercio ponitur indicacio futurorum Nunc
autem presentis temporis prosperitas et pacis ab-
scondita sunt ab oculis tuis. que ven-
tura sunt tibi mala. presens namque
prosperitas facit ne consideretur et precaveatur
futura adversitas. Ecc. quod dicitur prov. xxvii.
Ne glorieris in crastinum ignorans quid
superventura pariat dies. Et Eccl. ix.
Nescit homo finem suum sed sicut pisces
capiuntur hamo et sicut aves comprehenduntur
laqueo sic rapiuntur homines tempore malo
cum eis extemplo supervenerit. Quarto quod civi-
tas ista id est ierusalem ad quam dominus venit signifi-
cat iudaycum populum / significat mundum istum
et significat unamquamque animam. Quia
propter civitatem venit christus propter hominis
assumpcionem quod sicut invito mundum ve-
nerit solis tamen iudeis appropinquavit quia
ex eis carnem assumpsit. hebr. ii. Nusquam
angelos apprehendit sed semen abrahe
Gen. xxii. Quod cum christus in carne esset hunc
populum consideravit et vidit statum verum in
peccatis sua presencia corporali Gen. xviii. Descen-
dam et videbo utrum clamorem qui venit
ad me opere compleverint. Et flevit christus
iudaice gentis captivitatem com-
minime future occasione sue mortis. Tren.
ii. Defecerunt pre lacrimis oculi mei con-
turbata sunt omnia viscera mea et
effusum est super terram iecur meum super
contricione populi mei. Et super iudaico populo
sumpsit lamentum cum Jeremias prophetam
ploravit in menibus hoc christus futurum fle-
vit lamentabiliter. Et planxit quia non
crediderunt iudei quod illis erat ventu-
rum. Tren. iv. Non crediderunt reges terre

Et quidem et que sunt ... de pace [illegible]
hac die ad [illegible]
[illegible]

[margin: q. Jeremias ... flevit ... pacem ... [illegible]]
[margin: vero quod civitas ista]

et vniuersi habitatores orbis quoniam ingrederetur inimi-
cus et hostis per portas ierusalem. Euenit enim illis
quod timebant Jo. xi. Si dimittimus eum sic
omnes credent in eum et venient romani
et tollent locum nostrum et gentem. Ad secundam
ciuitatem s. ad mundum rursus appropin-
quauit xpistus carnem assumendo et
conuersando cum hominibus Baruch 3. Post
hec in terris visus est et cum hominibus con-
uersatus est. Et vidit mundi vanitatem
que decipit, eius lasciuiam que inficit,
eius iactanciam que deicit. Cuius superbia
p. Jo. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia
carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia
vite. Et fleuit mundanos homines qui
si casum mundi cognoscerent ipsi cum domino
flerent quia omnis pulcritudo redigitur
in vermes et putredinem. diuicie in pau-
pertatem, sanitas in infirmitatem, vita
in mortem, potencia in seruitutem,
honor in ignominiam. Et cum nichil vi-
deamus stabile in hoc mundo ipsa parti-
cularis creature ruina designat
nobis quod totum aliud non deficere(?) sed ista
abscondita sunt ab oculis insipien-
tium qui pace mundi de suis temporalibus
fruuntur. De quibus Job 21. Ducunt in
bonis dies suos et in puncto ad inferna
descendunt. Ad terciam ciuitatem s. ad
animam venit xpistus quando egrotum visi-
tat cor hominis. Et videt peccatricis
anime opera nephanda quia ipse so-
lus nouit corda filiorum hominum. Eze.
12. Tu sciens pre(?) vidi te conculcari in
sanguine tuo ecce tempus amancium.
Et flet xpistus animam peccatricem.
Mych. primo. Super hanc plangam et
vlulabo quia desperata est plaga eius.
Si non consideraret anima statum sue
culpe et statum penarum inferni(?) expectat
tunc vere plangeret semetipsam. Sed peccati
delectacio tollit consideracionem repentine
mortis, tollit timorem districti iu-
dicij et asperitatem(?) penarum inferni
propter quod dicitur Tren. primo. Sordes eius in pe-
dibus eius quia non est recordata finis sui
vnde nos hortatur Isa. 46. Mementote istud et confundami-
ni redite preuaricatores ad cor. Distinccio 2a

Secundo cum dicitur Quia venient dies
in te etc. tangitur terribilis declaracio fu-
ture calamitatis et duo facit. Primo enim
predicit illius ciuitatis sex miserias. Quarum
prima est obsidio eius Quia venient in te
dies. Post 40 annos ab ascensione domini
venerunt isti dies ista subuersionis eius. Et
attende quod tempus prosperitatis significatur supra
nomine diei singulariter. Pluraliter non mino
significat dies aduersitatis. Quia modica
fuit prosperitas in comparacione aduersitatis. Pro.
10. Anni impiorum breuiabuntur. Breuiabuntur quidem
in culpa ut dilatentur in pena. Psalmista: Viri
sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.
Isti sunt dies super hanc ciuitatem prenun-
ciati. Eze. 22. Ciuitas effundens sanguinem
in medio sui ut veniat tempus eius que
polluta est in sanguine quia a te effusus est
appropinquare dies tuos fecisti. Et circumdabunt
te inimici tui. Tytus et vespesianus
romani. Et principes cum exercitu suo. De quibus
predixit Balaam Num. 24. Venient in trieri-
bus de ytalia superabunt assyrios vastabunt-
que hebreos. Et non circumdederunt eam vndique
vallo. Est autem vallum cathenata series de
lignis quod nos dicimus plangatum(?) co
quod de palis fiat. Romani vero obsidentes
in terra tres aggeres circa eam fecerunt valles(?)
munitos ut nemo egredi aut ingredi
posset. Eccl. 9. Venit contra eam rex
magnus et vallauit eam exstruxitque
municiones per gyrum et facta est obsidio. Val-
lo autem circumdata fuit hec ciuitas in vin-
dictam quia xpisti caput iudei circumdederunt
corona spinea. Secunda aduersitas ciuitatis
fuit quia inimici eius sua presencia et
eam circumdederunt vndique(?) vnde dicit Et circumdabant
te. sua presencia corporali. Noue(?) enim ante
eam obsederunt illos(?) fecerunt auxilio et hoc
vindictam quod iudei circumdederunt xpistum
in orto cum gladijs et fustibus [illegible]

circumdederunt me undique et non erat qui adiuuaret respiciens in adiutorium hominum. Tercia aduersitas fuit angustio ipsius ciuitatis. Et coangustabunt undique te. Coangustati valde fuerunt iudei quia nulla erat euasionis via. Exeuntes enim ciuitatem incidebant in gladium. manentes uero intus fame peribant. Et hoc predixit eis moyses. Deut. 28. In omni terra tua obsideberis intra portas tuas. et comedes fructum uentris tui et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum quas dederit dominus in angustia et uastitate qua opprimet te hostis tuus. Ad literam enim ut dicit Iosephus tanta fuit angustia ipsius ciuitatis ut carnes filiorum manducarent et hoc in uindictam quia sicienti Christo dederunt acetum in cruce. Tres dicte aduersitates precesserunt capcionem ciuitatis. secuntur tres alie destruccionis ipsius. Quarta aduersitas post capcionem fuit ipsius euersio et ad terram prostracio. Cuncta namque edificia turres et muros ciuitatis deiecerunt ad terram. Tren. 2. Precipitauit dominus nec pepercit omnia speciosa iacob destruxit in furore suo municiones iuda deiecit in terram. Et in uindictam quia corpus Christi mortuum permisit sepeliri in terra. Quinta aduersitas ipsorum iudeorum fuit occisio. Et filios tuos id est iudeos qui intra te geniti sunt prosternent te ad terram occidendo. Trenorum 2. Iacuerunt in terra foris senex et puer uirgines mee et iuuenes mei ceciderunt in gladio interfecisti in die furoris tui percussisti nec misertus es. Vndecies centena milia fame perierunt. xc. milia uenditi sunt. xxx. ex eis uel uno denario. Et undecies centena milia fame et gladio ceciderunt in uindictam quia Christi filios scilicet apostolos persecuti sunt. Sexta aduersitas fuit omnimoda ipsius desolacio. Et non relinquent intra lapidem super lapidem. Michee 3. Syon quasi ager arabitur et ierusalem quasi aceruus lapidum erit et mons templi in excelsa siluarum. Cum enim Tytus euertisset ciuitatem quidam iudei qui fugerant post eius recessum ceperunt reedificare. Tunc romani miserunt Elium Adrianum qui sic ciuitatem euertit ut non remaneret lapis super lapidem et tunc in perpetuum dispersi sunt. et tunc noluit specialis Christi congregari in fide certe propter [illegible] adhuc in totum orbem sunt dispersi. Secundo ponitur generalis causa istius aduersitatis. Eo quod non cognouisti. non cognouit quia cognoscere noluit malicia et inuidia excecantibus tempus uisitacionis tue. Tempus uisitacionis fuit tempus gratie quo Christus per suam corporalem presenciam uisitauit iudeos quo tempore si cognouissent Christo credidissent nec super dictas sustinuissent calamitates. Vnde conqueritur dominus suorum cecitatem. Ier. 8. Miluus in celo cognouit tempus suum turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus aduentus sui populus autem meus non cognouit iudicium domini. Vnde [illegible] quod uisitauit iudeos quod ipsius uisitacio fuit eorum destruccionis causa. Et hoc ipse predixit longe ante Exo. 33. [illegible] ascendam in medio tui et delebo. Queritur quare [illegible] iudeos non persecuntur. Et dicendum quod huius plures sunt cause. Primo propter reuerenciam Christi et apostolorum qui ex illis fuerunt secundum carnem. Secundo propter honorem patriarcharum et prophetarum ex quibus populus ille processit. Tercio propter gratiam amicicie quia si nunc reprobati sunt ex antiquo tamen fuerunt familiares et populus dei. Quarto propter reuerenciam legis eorum que tamen adeo data fuit sustinemus iudeos obseruatores eius. Quinto quia [illegible] descenderunt ex illis secundum fidem unde ecclesia sinagoge filia sustinendi autem sunt progenitores nostri licet mali ne filios uideam

De ob[illegible] iudeis

filiis suis que quasi iam perierunt in terram.

Sexto quia iudei sibi ipsis sunt signum sue reprobationis. Lege enim suam iudicialiter ita sunt seruaturi sicut tempore isto post Christum et non mouentur terram dispersi sunt. Per quod datur intelligi quod uitium eorum deus non acceptat aliter liberaret eos sicut primi seruat quod de ciuitatibus locis reduceret captiuitatem eorum dummodo legem tenent.

Septimo quia ipsi sunt nobis continue correctionis exemplum flagellantur enim multis angustiis propter suam incredulitatem ne nos incredulitatem incidamus.

Octauo quia ipsi sunt uite fidei confirmatio. Sunt enim penes se libros autenticos ex quibus testimonium proferimus de Christo.

Nono quia passio Christi tamquam misterium salutis nostre dominus per iudeos tamquam per malos iniustos operatus est. Ne igitur obliuiscamur quid fuit iudaycus propter eos dimittimus ps. deus ostendit in super inimicos meos ne occidas eos ne quando obliuiscantur populi mei.

Decimo seruantur iudei quia in fine mundi conuertentur et tunc omnis israel saluus erit ut dicit apostolus. ps. Conuertentur ad uesperam et famem patientur ut canes.

Nono quod tunc dies peccatis anime ueniunt in quibus primum quando post uite presentis diem aduenit dies mortis cui succedunt pene dici certi Job. 30. In me ipso marcescit anima mea et possident me dies afflictionis. Angustiante enim anima peccatrice in exitu sui ac corporis presidentibus partibus aduersitatis. Primo quidem inimici eius demones terrent eam replicantes peccatorum scilicet cogitationis locutionis et operis sicut anima undique uideat profunditatem suorum scelerum Job. 2. Circumdederunt me aque usque ad animam abyssus uallauit me. Secundo demones terrent animam sua presentia terribili Sap. 1a. Corporis et astes apparentes pauorem prestabunt. Tertio angustiatur anima undique in artus concluditur. Concluditur namque inter uitam et mortem concluditur inter uitam et penam. Est enim inter finem culpe et initium pene. Constringitur eam pene subsequentis mortem constringit eam uite terminus ita ut nesciat quid faciat sed dicet Sap. 4. Pre angustia spiritus gementes et dicentes. Ps. Sufficit me quoniam tenent me angustie.

Quarto homo ad terram prosternitur corpus quidem ad terram decidit Eccl. 2. De terra sunt omnia facta et in terram pariter omnia deducentur. Anima uero prosternitur ad infernum quod est in medio terre.

Quinto filii anime id est omnes actus et opera eius ad terram deiciuntur quia nulla extitit ad est uis operandi facultas Eccl. ix. Nec opus nec ratio est apud inferos quo tu properas. Omnis enim anime consideratio sic est ad terram prostrata ut non occurrat anime nisi pena infernalis. Unde legitur quod apostolus post mortem apparuit cuidam discipulo suo considerans quem subtiliter ipse apostolus loycales proposuisset intentiones quas ipse dixit statim interrogauit quid genus et species quod diuina et respondit apostolus non est apud nos consideratio de genere et specie sed de igne et dolore quod prudentissime dicit magister Sedo Linquo choax ranis cra coruis uanaque uanis Ad loycam pergo que mortis non timet ergo.

Sexto non relinquitur lapis super lapidem quia nichil uirtutis in anima dampnata relinquitur ex quibus est spirituale edificium tre. 4. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Distinctio CCCIII

Et egressus etc. Egreditur feruor correctionis Christi pro amore de cupiditate. Et hoc idem legitur Mc. 2. et Mc. xj. Ubi duo facit quia corrector dei emendare et instruere. Primo ostendit quo emendauit. Et ingressus in templum. Non habebat Christus in terris uelud domicilium et ideo in templo tamquam patris palacium est ingressus. Tu igitur ut dicit Crisostomus sis Christi imitator ut cum ad aliquem locum ueneris primo ad ecclesiam intras. Cepit eicere uendentes in illo et ementes. In Matth. et Mc. ad-

dit q mensas numulario[rum] et cathedras ue-
dencium columbas euertit Consulentes enim sac-
dotes sue cupiditati ordinauit in atrio
templi venditores animalium ut a longin-
quo uenientes qui secum hostias deferre non
poterant haberent eas in promptu Nec non ob
excusandum eorundem pecunie erant ibi num-
ularij qui sub cautione et spe aliquam lucri
commodabant pecuniam Vendebant enim
ibi columbe pro sacrificio Hoc non sine erat
peccatum tum racione auaricie sacerdotum tum racione
negociacionis que fiebat in templo tum
racione usure ibi commisse tum racione doni re-
cepti pro pecunia commodata Ecce G. Usura
et omnem super habundanciam non accipies
Quia non ut dicit G. ruina populi maior
erat ex culpa sacerdotum et ex hijs que fiebant
in templo ideo Christus primo ingressus est tem-
plum ut corrigeret culpam ex quo omne ma-
lum diriuabatur in templum et plebem et hoc
ut dicit Ieronimus inter omnia Christi miracula
maximum fuit scilicet quod unus homo solus
pauper et contemptibilis tantam turbam eiceret
lucri auida et pecuniam numulario[rum]
subuerteret quod magnus exercitus non fecisset
Igneum namque aliud secundum Ysydorum radia-
bat in facie eius ut nullus posset re-
sistere. dicens illis Scriptum est Ysa. 4 c. Quia
domus mea in edificata et dedicata
arte etc. domus oracionis vocabitur
non quidem domus negociacionis non
spectaculorum Et ideo ut dicit Aug. in re-
gula in oratorio nemo aliquid agat nisi ad
quod factum est unde et nomen accepit Vos autem
fecistis illam speluncam latronum Spe-
lunca est locus ubi latent latrones ut
deprehendant transeuntes Ad huius similitudinem
latenter fiebant in templo latrocinia quod
sub religionis pallio auariciam secta-
bantur. Ys. 1. Nunquid non spelunca latronum
facta est domus ista Secundo ponitur instructio
vitalis Et erat docens. Aug. 4 c. os
nec quisquam doctor est nisi prius sit

que verbi et veritatis clamauit
Docebat autem eos ut euaderent mise-
rias quas flendo predixit cottidie cum
assiduitate quia enim prope erat passioni
instabat docendo unde illis quinque
diebus multa locutus est principibus
et plebi contempserunt tamen ut dicitur
Jo. 22 in templo ubi omnes iudei con-
ueniunt. Ecce optima commutacio quia
de domo negociacionis facta est scola
veritatis templum oracionis locus deuo-
cionis rogamus etc. Dominica x. post Trinitatem

Dixit Ihesus ad quosdam qui in se con
fidebant tamquam iusti etc. Luce
18 In multorum hominum imprudencia hoc e-
fficit ut inde displiceant et dampnum
paciantur unde placere debuerant et com-
modum reportare Ieronimus in poete. Displicet
imprudens unde studet placere quod
manifeste apparet in pharisei Pharisei de pharisee
qui orando deo displicuit unde pla-
cere debuerat et ita facit. Premittitur r.
qui duorum hominum diuersi status ad oracionis
ascensus. Secundo adducit quali et
qui orauit r. Et phariseus stans et cetera
Tercio insinuat quomodi ex oracione re-
portauerit ibi amen dico vobis etc.
Circa primum duo facit premittit enim
triplex defectum quorundam ad quos Christus
suum sermonem direxit et c. primus
defectus qui de se confidebant unde dicit
Dixit Ihesus ad quosdam. unde dicit quos-
dam qui sui reputacione non erant
de communi statu et opinione hominum sed singula-
res se credebant et tales uideri cu-
piebant Job. 12 Ergo uos soli estis
homines ut uobiscum moriatur sapiencia qui
in se confidebant Sed modicum quis debet
de alio confidere multo minus debet de se ipso con-
fidere quia ut experiencia docet magis
in uenit homo decipi a se ipso quam ab
alio quod ideo contingit quia minus cauet
sibi ab ipso et magis committit se sibi ipsi.

Ier. 12. oblita es mei et confisa in mendacio quia
dicitur omnis homo mendax. Et non quod omnis
confidentia de se ipso fallax est. Quidam
enim confidit de sua potentia Amos 6. Ve
qui opulenti estis et confiditis in monte
samarie qui potentum hominum significat
et inferi. Separati estis in diem malum et
appropinquastis solio iniquitatis. Item quidam
confidit in vigore et fortitudine sicut
Sampson ps. Confidunt in virtute
sua. Eccli. 16. Antiquos gygantes con-
fidentes sue virtuti percussit deus et ex-
creatus est. Item quidam confidit de sua sa-
pientia sicut Salomon qui propterea infatuatus
fuit Prov. 26. Vidisti hominem sapientem
sibi videri magis illo spem habebit insipiens
Item quidam confidit de suo prudenti consilio
sicut achytophel Prov. 12. Qui confidit in
cogitationibus suis impie agit nec
roborabitur. Job 8. Ypocrite consilium dissi-
pabitur. Item quidam confidit de suo proposito cre-
dentes quod propositum non posse impediri Prov.
28. Qui confidit in corde suo stultus est
Item quidam confidit de sua eloquentia expri-
mentes verbis capere hominem qualem
confidentiam habuit cleopatra coram augusto.
Ysa. 49. Nolite confidere in verbis menda-
cibus / tales enim rapiuntur in verbo. Item
quidam confidunt de spe vite longamtur
qualis fuit dives ille Luc. 12 qui
dicebat Anima mea habes multa bona
posita in annos plurimos / requiesce
comede et bibe et epulare / et audivit vocem
stulte hac nocte morieris et que congregasti
cuius erunt. Item quidam confidit in divitiis
Baruch 3. Ubi sunt qui argentum
thesaurizant et aurum in quo confidunt
Item quidam in armis et robore corporis
alii in firmitate de munitionibus in carne
alii hoc modo alii alio. De quibus om-
nibus Ier. 17. Maledictus homo qui
confidit in homine et ponit carnem
brachium suum. seu de fertis Secundum malum istorum
fuit quia confidebant de sua iusticia

tamquam iusti. nec tamen iustificatur comparatus
deo. ps. Non intres in iudicium cum servo
tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens. quod nullus homo vivens quantumcumque
sit magni meriti debet de suis iusticiis
confidere propter 3. Primo quidem quia nostre iusti-
tie imperfecte sunt. Nullus enim sanctus preter Christum an
opera sua que sunt iusta / falsa enim iusticia
in multis est similis vere sicut falsum aurum
similis est vero. quod dicitur Job 9. Etiam si simplex
fuero hoc ipsum ignorabit anima mea et
apostolus 1 Cor. 4 nichil mihi conscius sum sed non
in hoc iustificatus sum. Secundo de sua iu-
sticia non est confidendum quia nostre iusticie pure
non sunt sed habent admixtas peccati maculas
Ysa. 64. Facti sumus ut immundi omnes nos
quasi pannus menstruate omnes iusticie
nostre quantumcumque enim iusticia comparata deo non
est pura. Exemplo quidem angeli est iusticia
impuritati permixta est Job 4. Numquid homo
in comparatione dei iustificabitur. Ecce qui ser-
viunt ei non sunt stabiles et in angelis
suis reperit pravitatem / quanto magis hii qui
habitant domos luteas. Item nec celi sunt
immaculati coram eo Job 15. Ecce celi non
sunt mundi in conspectu eius quanto magis ab-
hominabilis et inutilis homo. Item nec in-
fantes iuxta illud Nemo est absque peccato nec
infans cuius est unius diei vita super terram
Item nec quicumque iusti et sancti sunt sine peccato
Prov. 24. Septies in die cadit iustus Et
Eccl. 7. Non est homo iustus in terra qui
faciat bonum et non peccet. Ergo nostre iusticie
ita sunt impure quia ut dicitur
Prov. 20. nemo potest dicere mundum est cor meum purus
sum a peccato. Tertio de sua iusticia non est
confidendum quia non est firma vel stabilis
quantumcumque magni meriti potest a iusticia sua de-
cadere Job 4. Ecce inter sanctos eius nemo
immutabilis / Nemo enim de iusticia
sua confidere si consideret casum primi angeli / primi
parentis / et precipue apostoli et illius heremite magni
de quo legitur in vitas patrum. Quarto.

non est confidendum de sua iusticia quia nostre iusticie nondum sunt approbate sed adhuc oportet eas deduci ad examen dei iudicii districti. Psalmus. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Ubi multa que iusta videntur reprobantur. Job. Si equitas iudicii queritur apud deum nemo audet pro me testimonium reddere. Si iustificare me voluero os meum condempnabit me. Si innocentem ostendero pravum me comprobabit. Et certum malum istorum est aliorum contemptus.

Et aspernabantur ceteros, id est valde spernebant alios quos peccatores iudicabant. Ubi attende quod isti superbiebant in se ipsis confidentes. Et superbiebant adversus deum confidentes de sua iusticia. Et superbiebant adversus proximum alios contempnentes. Unde secundum Gregorium 23 moralium quatuor sunt superbie species hoc usu continente. Et cetera. Primus plus omnibus insistant. Prima species superbie est cum homo bonum quod habet a se credit habere. Secunda quando credidit desuper esse datum sed tamen suis meritis. Tercium cum iactat se habere quod non habet. Quarto cum ceteris despectis vult singularis videri apparere. Parabolam istam. Istius parabole Christus adducit similitudinem ut ex aliorum turpitudine suam fidelitatem adiuvent. Secundo ponit ascendencium in templum conditionem. Duo homines ascenderunt in templum. Erat templum in alto situm, quia in monte Syon quo xv gradibus ascendebatur ut orarent. Et nichil aliud causa est ad certum nisi adorationem quia ad hoc est institutum. Unus phariseus, quasi divisus quia gestu habitu et conversacione ab aliis erat sicut ceteri homines, non quidem in iusticia sed in superbia. Et alter publicanus. Ecce quod ipsa argumentum est quod esset peccator tante implicacionis negociorum secularium et eciam quia exactor erat de vectigalibus erat contra legem, quod dicitur publicanus potest dici quasi publicus peccator. Unde quod omnis orans quadrupliciter

templum debet ascendere. Primum est materiale quod quilibet debet ascendere per incrementa devotionis de quo Ysaie 46. Domus mea domus orationis vocabitur. Et licet ubi non vacat hoc templum ascendere deus exaudiat ascendere orantes tamen ubi adest commoditas quilibet tenetur eciam propter ne frangitur. Cum enim orare homo non possit nisi alicubi, congruus nullus est locus sic orationi conveniens quam admodum templum deo consecratum. 3 Regum 8. Quicumque oraverit populus tuus in loco isto tu exaudies de excelso celorum habitaculo.

Secundum templum est spirituale, mens scilicet hominis. 2 Machabeorum 14. Tu domine voluisti templum habitacionis tue fieri in nobis. In hoc templo adorat deus in spiritu, Johannis 4. Spiritus est deus et eos qui adorant eum oportet in spiritu adorare ut dicitur Johannis 4. Hoc templum mentis quilibet ascendit qui ab exterioribus ad interiora mentem reducit quia in talem ascensu mentis oportet adorare deum. Psalmus. Ascensiones in corde suo disposuit ut eleventur super omne mendacium.

Tercium templum est misticale scilicet congregacio fidelium. 1 Corinthiorum 3. Templum dei sanctum est quod estis vos. Glosa nesciatis quia templum dei estis vos. Extra hoc templum congregacionis scilicet fidelium sive iudeus sive paganus vel hereticus aut scismaticus aut quilibet excommunicatus eius oracio non exaudit. Numeri 16. Dixit Moyses deo contra scismaticos. Ne respicias queso domine sacrificia eorum.

Quartum templum est celestis glorie scilicet deus ipse de quo Psalmus. In templo eius omnes dicent gloriam. Et hoc templum quilibet orans debet ascendere mentis desiderio ut orando solum querat in hoc templo quiescere. Romanos. Oracio est ascensus mentis in deum. Et Psalmus. Transibo ad locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. Et item

[Left margin: 2° Tu dicis ... [illegible]]

[Left margin: Qualiter superbie species [illegible]]

[Right margin: Domus quod templum ascendere [illegible]]

[Right margin: 27 ... 37 ... 27]

[Bottom note: Domini ... [illegible] ... duo homines ascenderunt in templum ad orandum ... [illegible] ... pharizeus ... publicanus ... [illegible]]

Dist. 2

vnam peti a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini. De secundo

Secundo cum dicat phariseus autem
Secundum ponit diversa utriusque orationis adiuncta et primitti cum primo/quia superbissima
fuit pharisei oratio. Phariseus autem stans
Stabat phariseus elevatus non contemplacione mentis sed tumore elationis
ut dicit theophilus Job. 14. Ut quid elevat te cor tuum et quasi magna cogitans attonitos habes oculos ut quid
tumet contra deum spiritus tuus/ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones.
Hec apud se orabat./Bene apud se
orabat/quia preces eius superbas deus
non exaudiebat Job. 24. Clamabit et non exaudiet propter superbiam malorum/Vel secundum Basilium ideo apud se
orabat quia ad semetipsum redibat affectum
superbie/Cum enim preces eius debuissent
celum penetrare/gloria tamen interposita
inanis hoc faciebat ut orans apud
se esset et supplica et humilis oratio extra
se rapit orantem. Deus gratias ago tibi. Optime incepit oracionem/quia
oracionis principium debet esse gratiarum
accio de perceptis/quia secundum tullium gratiarum
accio de perceptis reddit benefacientem
pronum ad maiora tribuenda/et recipientem facit capaciorem. Quia non sum
sicut ceteri homines. In hoc male processit oracionis principium/Si enim
dixisset non sum sicut ceteri homines
iusti/quia peccator ego sum aut non
sum sicut ceteri peccatores/sed amplius
omnibus peccans/Commendat autem
se de prima parte iusticie que est declinare a malo. Raptores/qui aliena
rapiunt in fraude/aut occulte. Iniusti
qui obmittunt leges iusticie. Adulteri.
qui alterius thorum violant/Et attende
quod triplex malum imponit phariseus ceteris
hominibus/omne enim quod est in mundo aut
est concupiscentia carnis quantum intelligit

per adulteros/aut concupiscentia oculorum quod est avaricia quantum intelligit per raptores/aut superbia
vite quantum intelligit per iniusticiam/iniusticiam
enim est in iusticia nolle subesse/Imponendo autem
ista vicia hominibus peius dixit quam primo
quia ad specialia crimina descendit/Et attende
quia a tribus viciis dicit phariseus se esse
alienum sed non dicit quod sit sicut ceteri homines deteriores/arrogantes et presumptuosi quasi sic dixisset/Sic enim gloriabat de sua
falsa iusticia quod non attendebat vera sua
vicia. Velud et hic. i. qualis est et publicanus iste.
In hoc vere pessime dixit. Quia ut dicit
Crisostomus Non sanciat contemptum eius tota
natura humana sed et publicanum aggressus est.
Minus autem peccasset si publicanum excepisset/nunc autem uno verbo et absentes invadit
et vulnera presenti lacessit/Quia vero non sufficit declinare a malo nisi alia pars iusticie
sequatur que est facere bonum Et ideo consequenter commendat se de ea dicens. Ieiuno bis in
sabbato. i. in septimana quia sabbatum ab ultima die ieiunabant enim pharisei ut
dicit theophilus secunda et quinta feria/sicut enim
ieiunia obicit contra carnis pacem
Contra vicium vero rapacitatis et iniusticie
aliud obicit dicens. Decimas do de omnibus que
possideo/Decime dantur ministris ecclesie et
per eam sunt decime naturali positivo/Quod enim
aliquid debent ecclesie ministris ad eorum sustentationem
decime naturali est/quod vero detur decima pars aplus aut minus decime positivo est alias
Jacob nunquam fecisset votum de decimis dandis cum ea que sunt decime naturali sub voto
non cadant/Et attende quinque mala
nata de superbia pharisei primum est inreverencia dei/quia stans orabat inreverenter/superbia enim tollit reverentiam/
et quanto quis superbior fuit tanto erit minus reverens. Secundum malum est complacencia sui/quia apud se orabat.
Tercium malum est/contemptus proximi quod dixit
non sum sicut ceteri homines. Quartum
malum est iactancia/quia ieiuno bis

in sabbato decimas do omnium que possideo. Et h-
tu malum et perditio bonorum omnium quia ut dicit
Aug[ustinus] in regula alia quecumque nequitia istas
in malis operibus exercetur ut fiant / superbia vero
et bonis operibus insidiatur ut pereant / Et re
ut dicit Aug[ustinus] in libris pharisei tamen inve-
nies quod oravit sed quod se commendavit. Tamen
ut oraret ascendit factus fuit / quia
saltem orare debuerat pro aliis aut pro se
ut conservaretur in statu in quo erat / Secundo
penitentis humilis publicani oratio / tangitur secundum
quod meruit indulgentiam. Quorum
primum est recognitio culpe / unde Ysidorus de
Smaragdo magna iusticia est prius iusti-
ciam homo nosse quam proximus sit / ut ex-
co dum cognoscit subditur humilius ex quo
sua culpam cognoscit / talis enim mereri
videtur nisi unde superbiat / Et ideo dicit Pu-
blicanus autem stans / aliter stabat quam pha-
riseus / quia ille reputavit se iustum iste
cognoscens peccatum suum / propter quod dimittitur
ei peccatum unde Aug[ustinus] Quid miraris si deus
ignoscit quando homo agnoscit. Secunda
conditio penitentis est timor ire dei / A longe
a longe stamus ab eo quem timemus / A longe
non stabat ut deus sibi appropinquaret Luc.
14. de filio prodigo. Cum esset longe vidit
illum pater eius et misericordia motus est / Tertia
conditio penitentis est rubor et verecundia
patet scolaris / unde Ambrosius de officiis
in ipsa mea oratione multum verecundia pla-
cet multum conciliat gratie apud deum. Nunc
hic protulit publicanum et commendavit quod
nec oculos ad celum audebat levare unde
dicit Nolebat nec oculos ad celum le-
vare. Ubi sedes est dei prout omnes legebat phariseus
confitente / nolebat oculos ad celum levare
ex confusione suorum criminum propter Esdre 9. Deus
meus confundor et erubesco levare fa-
ciem meam ad te quoniam iniquitates mee
multiplicate sunt super caput meum et
delicta mea creverunt usque ad celum / Quarto
requiritur in iustificatione dolor commissi

unde subdit / Sed percutiebat pectus suum
percutiendo pectus secundum Theophilum
purgebat cor tamquam principium et
causam malarum cogitationum / Sic enim do-
lebat de commissis ut sibi ipsi iratus
de se ipso penam exigeret / Quinto requiritur
in iustificatione petitio indulgentie
a deo / unde sequitur Deus propitius i. beni-
gnus et misericors et placatus / Vel propitia-
re esto i. esto michi citius propitius in adiutorium
ut dimittas peccata / Ps. / Propitius est dominus
omnibus invocantibus eum in veritate
timentium se faciet et deprecationem
eorum exaudiet et salvos faciet eos
Sexto requiritur oris confessio / Michi peccatori
/ non michi iusto sed michi peccatori sis propitius
Ysa. 43. Dic tu prior iniquitates tuas
ut iustificeris / Et Ps. Dixi confite-
bor adversum me iniusticias meas
et tu remisisti impietatem peccati mei.

Certo cum dicit Amen dico vobis
tangitur fructus utriusque ora-
tionis ubi duo facit. Primo adducit
sententiam Amen dico vobis i. vere dico
vobis quia descendit hic publi-
canus iustificatus a. factus iustus
in domum suam / Rediit ad conscientiam do-
mum qui prius erat vagabundus ex-
terius ab illo i. plus quam ille / quia
magis rediit iustificatus confitendo
peccata quam phariseus extollendo sua
merita. Et ita ut dicit Aug. libro de vir-
ginitate 33. Enumeratio meritorum
superbientium confessio peccatorum / Vel publica-
nus descendit iustificatus ab illo i.
a deo qui iustificat impium et non vult
mortem peccatoris sed publicanus de-
scendit iustificatus a se ipso. Secundo po-
stea iacet / Et primo de re probat esse
phariseus. Quia omnis qui se exaltat
superbiendo quemadmodum phariseus humiliabitur
i. deicietur et reprobabitur. Et quod signanter
dicit qui se exaltat / Quidam enim

non se exaltant sed ab alijs exaltant
cum eorum merita recitant et extollunt
aut ad dignitatis gradum aliorum in-
stantia promouentur. isti humiliari debent
et non ab alijs sed a se ipsis estimando
se indignos tali exaltatione. Unde
Aug. li. de virginitate. c. 32. humilitatis
sectatores et conseruatores maxime
eos conuenit qui magno aliquo bo-
no ceteris eminent. quanto enim maior
es tanto te humilia in omnibus. ita me-
sura humilitatis vnicuique ex mensura
magnitudinis data est. Secundum qui-
dam se ipsos exaltant et illi e contra ab-
alio deiciuntur. Exaltauit namque se
superbus angelus et factus est dyabolus. Ex-
altauit se primus homo et factus est mo-
rtalis. Exaltauit se pharao et submersus
est in mari rubro. Exaltauit se da-
tan et abyron in sedicione et precipati
sunt viui in infernum. Exaltauit
se saul absolon et crinibus suspensus
est. Exaltauit se adonyas et priuatus
est regno simul et capite. Exaltauit
se roboam et diuisum est regnum eius.
Exaltauit se senacherib et ceciderunt
de exercitu suo centum et octoaginta
milia virorum. Exaltauit se nabucho-
donosor et in morem bestie conuersus est.
Exaltauit se holofernes et caput
eius abscidit. Exaltauit se superbus
anthyochus et vermibus consumptus est
hoc est aliud dictum quod maxime ex-
stirpandum christus carnem assumpsit
conuersatus ut dicit Aug. tota mayestate
militat doctrina christiana. Unum solam
humilitatem christus promittit docere
qui ad se venit. Item Aug. O doctrina
salutaris o magister dominusque mortalium
qui non dixit discite a me fabricare
mundum aut mortuos suscitare sed
quia mitis sum et humilis corde. De-
inde ponit causam iustificationis pu-
blicani. Et qui se humiliat exaltabitur.

erit enim humilitas virtus alata que leuat
se humiles. Et est via regia absque periculo
unde cum beato Anthonio fuisset mundus ostensus
vndique plenus laqueis clamauit ipse. Heu
quis ista euadet. Et responsum est ei sola
humilitas. Rogemus ergo dominum ut nos ala-
queis mundi eripiat. Dominica xii. dist. p.

Exiens ihesus de finibus tyri venit
per sydonem ad mare galilee et cetera.
. a. Cuius deus nulla obligacione sed plena
liberalitate prestat beneficia. ideo rogum est
de offendis et de collatis beneficiis collaudare
quod factum est in euangelio inferius de quo agitur
in presenti evangelio. quod diuiditur in tres partes.
In quarum prima ponitur deuota fidelium de-
precatio. In secunda tangitur benigna christi ex-
auditio ibi. Et apprehendens eum et cetera. In tercia
subditur feruens miraculi predicatio ibi.
Et precepit illis et cetera. Circa primum tamen facit
primo enim ponit adductionem christi ad locum
miraculi. Exiens ihesus de finibus tyri.
Tyrus ut dicit glosa super ysa. 23. nobi-
lissima ciuitas fuit cananeorum vbi dominus
sanauit filiam cananee a demonio vex-
atam. Et est ciuitas metropolis prouincie
fenicum unde fuit dydo qui edificauit ca-
rthaginem que genti carthaginensium
nomen dedit sue originis ut punici quasi
fenici vocarentur. Ipsa ciuitas tyrus ut
dicit glosa fundata erat in insula ma-
gni maris tante quoque glorie et potencie erat ut
omnes mundi naciones illuc confluerent quia
mundi precosa illuc deferebantur prout legitur
Eze. 27. unde maximum erat totius mundi
negociacionis forum. Sed tandem propter in-
numerabilia peccata ciuium et maxime propter
eorum superbiam dei iudicio nabuchodo-
nosor filius magni nabuchodonosor
tribus annis et decem mensibus eam
obsedit edificans aggerem in gyro et
municiones prout predicitur in ysaia Eze.
26. quam captam funditus euertit et quasi
primo erat statu nauium facta est expo-

latitudine sitracos segenorum. Voluit autem deus
nabuchodonosor eam facere contemptae terre
sed non potuit post aliquos annos reedi-
ficata fuit ciuitas sicut predixit. ys. 23.
quam postea alexander magnus de e-
gypto rediens cum victoria subiugauit
et in sterco ethyopum militarum que gentium
lapidibus et arboribus fecit terre contermino
ut patet unde veniebat dominus. Deinde post
quo transiuit venit per sydonem. Sydon
est ciuitas opulentissima quam fenices
mare rubrum transeuntes edificauerunt.
Deinde ponit quo peruenit ad mare galy-
lee. relicta tiro et sydone regione
gentilium ad iudeos uenit ne preberet iudeis
occasionem estimandi cum legis transgressore
quasi se gentilibus admisceret. Ciuitas non sit
mare galilee inter regiones erant.
ostendit ad quam illarum uenit inter medios
fines decapoleos. est nomen grecum compositum
a dica et decem et polim quod est
ciuitas. Dicitur enim christus uenisse ad mare
galilee secundum bedam in ea parte cui est
regione contra posita est regio decem ciui-
tatum scilicet capella et gergesam contra galilea
Spiritualiter quod iste christi progressus significat aduen-
tum ipsius ad gentes. Tyrus enim angustia
interpretatur et significat synagogam
que angusta erat in primo cum populo et an-
gustiato conuersione cognoscebat deus
ys. 99. Angustus est in locus sic spa-
cium in ut statim et in finibus eorum
crescens fides christiana uenit super mare
presentis seculi in latitudinem gentium quod
pro ciuitatum numero in tabula 2. reg. 19. respondit
unde israel ad viros iuda decem partibus
ego maior sum apud regem magis
quam ad me pertinet dauid. Ideo ad te venit
autem christus in latitudinem gentium per
sydonem que venacio interpretatur quia
piscacionis venacione fratrum per apostolos ad
nos uenit noticia nominis dei vel
aliter tyrus mentem superbam signifi-
cat unde ipsi regi tiri in figura primi

angeli qui est rex super omnes filios su-
perbie. Ezech. 28. Eleuatum est cor tuum et
dixisti deus ego sum et in cathedra
dei sedeo in corde maris. Cathedra
dei mens humana est in qua superbiente
sedet superbie princeps. Summit autem
superbia originem ex complacencia
sui ipsius unde aug. fundamentum ba-
bylonie ciuitatis est amor ex sui con-
placencia qua sibi ipsi complacet in acti-
bus et virtutibus et in potencia. Ezech. 28.
O tyre tu dixisti perfecti decoris ego sum
quantum ad decorem et in corde maris si-
ta quantum ad potenciam. Sed aduertendum
quod non omnis sui ipsius complacencia ca-
usat superbiam, licet quelibet sit occasio
superbiendi. Euenit enim possit placere
alicui creature absque peccato unde ps. delecta-
sti me domine in factura tua et in operibus
manuum tuarum exultabo. Ita absque
superbia potest sibi ipsi aliquis complacere. Quatuor
autem requiruntur in complacencia sui ne
sit dampnabilis. Primo quod sit unde bo-
nis ut de vigore anime de subtili-
tate ingenij de graciis de donis et
virtutibus non quantum ad illud dicitur de ali-
quibus prou. 2. Gaudent cum male
fecerint et exultent in rebus pessi-
mis. Secundo oportet quod complacencia non
excedat. In operibus bonorum metesum
sic enim sic quater plus placet sibi
ipsi in aliquo quam sit placabilis ita quidam
sic scriptis et debentis bonis plus pla-
cent quam sunt placibiles. Non enim
minus excecat mentem quod est in
terrenis eo quod est exterius. Tercio re-
quiritur quod non prestat aliquis in sui
ipsius complacencia sed ad deum referat
qui hoc dedit unde sibi complaceat aug.
conf. 12. Et placent tibi dominum lauda-
toribus superbiat et hoc emendet fatuum
est opus quam alienum sit considerat quod
suum quantum negligit. Hec autem bona pl-
acibilia opus dei sunt defectus non ex

ex nobis Osee 13. Iniquitas tua ex te
salus autem tua non nisi ex me. Circa
hoc non minus sunt consideranda ea
in quibus anima sibi displicet ut ea
corrigat, quam ea in quibus sibi complacet.
Cum non aliter complacet quam decens est,
ille statim edificare incipit tyrum su-
perbie civitatem cuius fundamentum
est inordinata sui ipsius complacentia
de qua consurgit paries superbie distinctus
triplici ordine scilicet timore sui contemptu
proximi et irreverencia dei. Ex timore
mentis quatuor procedunt edificia
scilicet vana gloria cuius mansiones sunt
ypocrisis ostentacio supersticio et vana glo-
ria. Alterum edificium est accidia que
negligit bonum operari cuius mansiones
sunt tedium lenitudo cupiditas et in
provida. Tercium edificium est dissolucio
in operibus cuius mansiones sunt luxuria
gula vanitas et avaricia que exhibent
bene predicta vicia fabricentur. Quartum
edificium est impaciencia in adversis
unde oriuntur iste mansiones indignacio
adversus deum abnegacio eius blasp-
hemia et desperacio. Item ex contemptu
proximi tria surgunt edificia. Unum quod
proximus non sit magni valoris
de eo est invidia cuius mansiones
sunt dicacitas vicia opposita ope-
ribus pietatis. Aliud sit estimacio quod
proximus sit alicuius status ut vi-
deatur [illegible] cuius est tercium edificium
scilicet ira cuius mansiones sunt discordia
id est scandalum scisma odium et homici-
dium. Item ex irreverencia dei procedunt
duo edificia scilicet ingratitudo de receptis
et presumpcio de recipiendis sacrilegium
divinacio omnis ars magica heresis
et symonia quorum omnium [illegible] man-
siones locum est hec est civitas ma-
ledictionis superbia quam qui edificat
edificat ad gehennam. Ira namque

edificator demoniorum ut dicit Apoc. 18
Veniens itaque dei filius ad mare presentis
seculi in mediam extremi terram pre-
sit ut dicitur [illegible] cap. 18. Et exiit a tyro
civitate superbie et ab omnibus finibus eius
quia semetipsum exinanivit formam
servi accipiens nobilem edificavit civitatem.
edificii superbie in eo regnum est sicut venit ad
nos per sydonem paupertatis et humilitatis.
Eodem autem modo adhuc christus iterum exit
ab omni mente superbia quia inflata
mens cum [illegible] non potest. Unde tyrus an-
gusta dicitur quia superba mens quanto am-
plius inflatur ut sit cathedra dyaboli;
tanto amplius angustatur ne deum sus-
cipere possit. Secundo ponitur infirmi presentacio
Et adducunt ei surdum et mutum. Surdi
sunt omnes peccatores et muti mystice. A-
ponent manum super os aures eorum sur-
de erunt. Surdi quidem sunt ad clamorem
christi qui clamavit dictis factis morte
vita descensu ascensu ut redeamus
ad eum sicut dicit Aug. [illegible]. Quam
vocem lazarus de monumento audivit
terraque tremuit celum obtenebratum
est petre scisse et monumenta aperta sunt.
Item non audiunt predicatores qui sunt dei
precones; sunt enim velud aspis que non
exaudiet vocem incantancium. Incan-
tatores sunt predicatores qui clamant
ut anima exeat de caverna dyaboli ut
venenum abiciat ut convertatur se per-
mittat. Exit peccator per confessionem abicit
venenum per confessionem contricionem et satis-
factionem. Item surdi sunt peccatores ad
vocem scripture qui est liber statutorum
dei qui tamen sic clamat incessanter
ut autem audiat Ysa. 29. Audient in
illa die surdi verba libri. Item surdi sunt
peccatores ad clamorem creature qui tota
die clamat se factilem et deum esse a-
mandum. Unde sic mundus clamat

ego defitio. Dyabolus clamat ego decipio / caro clamat ego inficio / Christus clamat ego reficio / Quid ergo sequeretur miser homo si surdis fuisset ad vocem illam potentissimam Surgite mortui venite ad iudicium si enim illam adiutivit vocem dampnationis Ite maledicti in ignem eternum si enim clamorem glorificationis audiunt Venite benedicti patris mei etc. Nunc de surdis et peccatoribus ad confessionem peccatorum ad dei laudem et ad verborum edificationem. Tertio ponit deprecatio Et deprecabantur eum ut imponeret illi manum. Efficax enim est Christi manus ad salvandum Ysa. 49. Non est abreviata manus domini ut salvare nequeat. Haec est illa manus que plantavit aurem et formavit os hominis et linguam Exo. 4. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus est surdum et mutum / nonne ego / De secundo

Secundo cum dicit Et apprehendens eum etc. ponit benignam curationem ex audicione. Ubi duo facit. Primo tangitur quod Christus operatus est in hoc miraculo. Primo enim infirmi apprehensio Et apprehendens. Ut enim humanum genus liberaret a morte humanam naturam assumpsit. Hebr. 2. Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahe ut per mortem eum destrueret qui habebat mortis imperium et eos liberaret apprehendit manum Ge. 20. Apprehendi manum eorum ut eos deducerem de terra Egypti. Secundo ponit ipsius separationem Et eum de turba seorsum. Et hoc propter tria. Secundum Crisostomum. Ut doceat nos fugere inanem gloriam / ut opera nostra faciamus coram hominibus / Secundo ut dicit glosa quod doceat quod primum sanande mentis est actibus cogitationum secessari. Tertio ne tumultu turbe impediret surdus ab intentione divina. Tertio ponit digitorum immissio. Misit digitos in auriculas eius. Et hoc propter tria. Primo quidem quia digiti pertinent ad operum distinctionem ut quasi audiendo discerent quid quale esset agendum digiti in aures eius ponuntur. Secundo ut divina

ex intrabilis cordis eius scriberet sicut de digito dei. Tertio quia digiti significant dona spiritus sancti que in spiritualibus mentis auditus. Quarto ponit ipsius lingue medicamen Et exspuens tetigit linguam eius. Ecce novum medicinale unguentum et corporis. Omnia medicinalia corporis Christi divina constituit aperta. Et sputum quod est superfluitas. Quinto ponit aspectus medicinalis Et suspiciens in celum. Et hoc ideo ut dicit Beda quia inde daret / in mutis loquelam / in surdis auditum / in cunctis infirmitatibus medelam esse querendam / Ps. Auxilium meum a domino / qui fecit celum et terram / Iac. 1. / Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est. Sexto ponit signum doloris. Ingemuit. De lingua da non ingemuit eo quod ipsi sit opus deo aperire cum gemitu petere sed ut daret exemplum gemendi in oratione pro nostris et aliorum excessibus / vel ingemuit et ut dicit Crisostomus compassus miserie tractans infirmitatum in quas genus humanum per peccatum inciderat. Septimo ponit precipium Et ait verbo potentissimo per quod facta sunt omnia Effeta. Hebraice quod verbum est duo adiunxit sibi interpretationem quod est aperire. Mandavit auribus eius et surdis / ut aperirentur a surditate / et surditatem nostram / Aperi forti clamore frangit / fregit surditatem Pauli. Saule Saule / quid me persequeris / fregit et surditatem beati Augustini per ut ipse dicit. x. Conf. Clamasti et vocasti / surditatem meam rupisti / coruscasti et splenduisti. Secundo ponit sanitatis effectus Et primo de auditu Et statim ad verbum Christi aperte sunt aures eius. In immissio digitorum in auriculas et verbum Christi dextris effeta aperuit aures surdi. Ysa. 35. Aures surdorum patebunt. Deinde ponit miraculum de liberatione

muti. Et solutum est vinculum lingue eius. Saliue xpi vinculum lingue eius et loquebatur recte. Dici enim perfecta sunt opera vnde expedit quod saliua xpi tangit linguam ut disrumpatur vincula eorum. Vbi excepto miraculo apertionis aurium ex hoc attendendum est miraculum vnum quia solutum est vinculum lingue eius accipiens loquendi facultatem. Alterum quia locutus est cum tamen nemo hominum eum docuit. Tercium est quia loquebatur recte non balbuciens aut detruncans verba. Et attende quia multum expedit ut soluatur vinculum lingue peccatoris quod duplici ligatur vicio scilicet vicio verecundie ne confiteatur vicio pigricie ad orandum et vicio imundicie ad operandum. O qualiter lingua quorundam hominum ligata est ut continue turpitudinis et inhonesta verba proferrent. Ymmo aut conditi in manibus lingue sunt ut dicitur prouerbiorum. Et certum matthei 12. Ex verbis tuis condempnaberis et cetera. Expedit ut saliua xpi tangat linguam et disrumpat vinculum pravitatis. **distinctio tercia**

Tercio cum dicitur Et precepit illis et subditur miraculi sequens predicacio vbi tria ponitur. Primum est preceptum de tacendo miraculo. Et precepit illis ne cui dicerent. Et hoc quatuor ex causis. Primo secundum Ieronimum ut doceret non esse gloriandum in virtutibus sed in humiliacione. Secundo ut dicit Cirillus ne ante tempus accenderentur iudei ad mortem xpi et cetera in invidiam miraculi. Tercio secundum Teophilum ut doceret beneficia largientes laudes quere non debemus sed accipientes quemlibet beneficientes laudare. Quarto secundum Augustinum ut frequenter predicemus xpi gloriam cum predicatoribus ab ipso mandatum sequendum eos conspiciunt quibus datum erat preceptum sylencii tanto amplius predicasse. Quanto ne predicarent amplius

mandabatur. Quibus quomodo iussus predicare tacebit quando iussi tacere sic ardenter predicauerunt. Secundo ponitur miraculi predicacio. Quanto autem eis precipiebant ut tacerent tanto magis plus predicabant. Crescebat ardor predicandi prohibente xpo quod continere non poterat. Ieronimus prefato de Protoma et adiuuatus tacere non potest scilicet ex mandato xpi dicentis ut tacerent eo amplius admirabant dicentes. Admirabantur xpi miraculum turbe sed amplius admirabantur quia tanti miraculi gloriam non quereebat quod admirationem perfecte gloriam hominum autem querunt. Et ideo hanc gloriam quam fugiebat xpus ingerebant meritum. Tercio laus ponitur dicentes Bene omnia fecit. Bona quidem non sufficit facere nisi bene fiant. Bene autem fiunt quando dei adiutorium postulatur et quando vana gloria fugitur. Et ideo xpus bene fecit Et surdos fecit audire et mutos loqui. Vbi datur intelligi quod non vnum tantum surdum et mutum sanauit sed multos. Vnde videtur hoc esse idem cum eo quod legitur matthei 14. Vbi dicitur quod veniens dominus de finibus terre tyri et sidonis ad mare galilee adductos ad se mutos claudos cecos debiles et alios multos curauit ita ut turbe admirarentur et glorificarent deum israhel. Rogemus. **distinctio decima**

Beati oculi que vident que vos videtis et cetera. Luce x. Dominica xii post trinitatem et cetera matthei 13. Beatus Augustinus 2 de ciuitate dei capitulo 4 dicit mirum est quomodo cum omnium hominum vna sit voluntas capescende beatitudinis vnde tanta de ipsa beatitudine existat diuersitas ut aliqui beatos se putent cum fruuntur corporum voluptatibus aliqui cum habundant diuiciis quidam cum honoribus cumulantur alii cum exaltantur principibus. Et ideo contingit ut ipse dicit quod licet homines beatam vitam cupiant vbi tamen querenda sit non omnes sciunt. Sed ille qui beatam duxerit vitam cui hec sunt vero sic non est sed beatus populus cuius est dominus deus eius vnde ipse Augustinus et cetera 12. Redite preuaricatores ad cor

non est requies ubi eam queritis / beatam
vitam queritis in regione mortis / non est
illic quomodo enim beata vita ubi nec vita
est? Est quedam beata vita in cognitione et
amore veritatis / que deus est / ut dicit
12. de trinitate c. 20. quod in mente christus de-
clarat in quo tria tanguntur. Primo eius
cognitionis commendatio. Secundo dicitur xpi inimi-
dilectio necnon inimicus ibi Et ecce
quidam etc. Tercio quis sit xpus magis nobis
insinuatur ibi ille autem volens etc. Circa
primum duo facit secundum quod dupliciter nobis divinam
visionem commendat. Primo ex eo quod beati-
ficat unde dicit. Beati oculi qui vident
ea que vos videtis. Quadrupliciter videtur
xpus. Primo oculo corporali quomodo visus
est in carne ysa. 40. videbit omnis caro
salutare dei. ista autem visio non beati-
ficat quia sic eum viderunt et iudei et infi-
deles. Secundo ex visione corporali oritur in
mente examinabilis visio / qua ipse vi-
detur oculo fidei / ut credatur esse dei filius Jo. 20.
Quia vidisti me thoma oculo corporis
credidisti / videndo me oculo fidei. Hec
visio beata non est / sed est beatitudinis inicia-
lis quia meretur beatitudinem. Tercio ex visione
fidei oritur visio / qua ipse xpus videtur
oculo intellectus contemplationis 2. Cor. 3.
Nos autem revelata facie gloriam domini spe-
culantes / in eandem gloriam transforma-
mur / quia hec visio iam est aliqua bea-
titudinis participatio unde cum videtur et
gustatur quam suavis est dominus. Num. 2a.
Contemplare inde terram / quam daturus
sum filiis israel. Quarta visio est qua
ipse videtur sicuti est in lumine glorie ps.
In lumine tuo videbimus lumen. Hec
illa visio beatificat quantum intellectum quia adim-
pletum caritas beatificat voluntatem ...
Tercio secundum Boetium quod beatitudo est status
omnium bonorum aggregatione perfectus / quia bo-
norum aggregatio non nisi in solius dei co-

gnitione et amore consistit / ubi omne
bonum et nullum malum. unde Aug. 22. de ci.
dei. Si celsitudo amatur / super omnia deus
est excellentissimus / si queris honorem
et gloriam / pre cunctis honorandus et glo-
riosus est deus inventus / si potestatem a-
mas / ut timearis / ipse est qui omnia
potest / si amas blanditias nichil est
blandius caritate dei / nec salubrius
aliquid amatur quam illa pre cunctis formosa et
luminosa veritas eius / si affectas scienciam / ipse
omnia novit / si innocentiam cupis et sim-
plicitatem / nichil deo simplicius et
innocentius / si quietem appetis non
est certa quies preter dominum / si voluptate
desideras / et suavitatis copiam / ipse est
bonitatis plenitudo / et indeficiens co-
pia suavitatis incorruptibilis / si libe-
ralitatem cupis / ipse bonorum omnium lar-
gitor affluentissimus est / si vis possi-
dere divicias / ad eum recurras qui omnia
possidet / si pro excellencia litigas / nichil
est eo excellentius / si vindictam queris
iustius eo quicquam non est / si sustines
adversa in solita / nichil est deo in solitum
a quo non potest separari aput quem est vera
securitas / si eciam metuis eternum
gaudium ipse est / Quia ergo in deo est
aggregatio omnium bonorum / ideo beatitudo vera
in ipso querenda est / Ideo ut dicit Aug.
xi. de ci. xi. Quid cunctiarum relicta
ipse solus huius conferre nos totos ad a-
rendum deum et vitam beatam. Cum enim
beatitudo sit in summo bono / nulla creatura
beatos nos facit / quia magis indigens
beatitudinis quam creatura quam una beati-
tudo sit in summo bono nulla creatura
nos beatos facit Aug. 2. de libero arbi-
trio c. 6. ve qui derelinquunt te ducem
domine et oberrant in vestigiis
tuis / qui nutus tuos pro te amant /
et obliviscuntur quid innuas o suavissima

lux purgate mentis. sapientia non enim ve-
ritas que tanta sit et inveniet nobis et inti-
tus tui sunt omnes creature decus. Sic
enim animus serpens beatificare potest tantum sibi
non sufficiat et multos in se ipso depre-
dat defectus. unde magis est capax bea-
titudinis quam beatificans. Sed nec unde
ut quidam delectat vita beata est quia
ut dicit Cycero velle quod non deceat id
ipsum miserrimum est nec tamen miserum
est non adipisci quod velis quam adipisci
velle quod non oporteat. et cetera ut dicit Augustinus
13 libro de civitate capitulo 22. Tenemus summum
bonum quia beatus est qui eo fruitur. Et
tanta est istius beatitudinis vis quod
ut dicit Augustinus 19 de civitate capitulo 20.
Si animi hominum essent mortales ut
nobis possent pertingere ad exitum gradum
illum scilicet videndi deum facie ad faciem
laborandum esset omnibus voluptati-
bus corporis postpositis attingere
dum viverent deum per contemplationem quia
finem creatura miseria est addendo
inopiam inopie sed in adherere deo
bonum est. Secundo visio dei com-
mendatur a singularitate gratie. dico
enim vobis quod multi prophete et reges voluerunt videre
que vos videtis. prophete quidam desidera-
verunt eum videre sicut moyses [illegible] et dani-
el et omnes qui in ea fuerunt. reges vero
sicut david ezechias et iosias. Et
non viderunt. viderunt quidem cum
oculo fidei credentes eum venturum sed ocu-
lo corporali eum non viderunt sub humana car-
ne [illegible] nisi per subiectam creaturam
Sicut de abraham dicitur quod vidit
diem eius et gavisus est. Io. viii.
Et quia non sufficit videre sine no-
ticia veritatis subiungit et multi re-
ges et prophete audire que vos auditis. verba
scilicet celestis sapientie 3 Re. x. Universa
terra desiderabat vultum videre salomonis
ut audirent sapientiam quam dederat

deus in corde. Et non audierunt. digni quidem e-
rant christum audire sed non dum venerat pleni-
tudo temporis in quo deus non per prophetas sed loquitur
nobis in filio quem constituit nobis heredem
universorum per quem fecit secula / distinctio secunda

Secundo cum dicit Et ecce quidam et cetera
tangitur necessitas dilectionis ubi primo fuit
premissio cum ponitur interrogatio temptativa
Et ecce quidam legis peritus. Ille peritus est
in lege qui legem spiritualiter intelligit et
ea que legis sunt operatur. Sed non erat
talis iste temptator. unde peritus erat sophi-
stice et non vere. Surrexit preeminenci-
am ut ab omnibus videretur temptans eum.
Erant enim inter iudeos ut dicit Cirillus
quidam verbosi in lege dicentes christum doc-
trinam moysi sub novis institutionibus
facere invalidam. Et quia tota lex tendit
ad vitam eternam ideo facit questionem quo modo
ad eam perveniat. Si enim christus dedisset aliam
responsionem quam ea que legis est ignarum
reputassent christum et eum principem legis cor-
ruptorem accusassent. Dicens magister. Io.
13. vos vocatis me magister et bene
[illegible] dicitis sum etenim. quid faciendo quia
non auditores legis sed factores iustifica-
buntur Ro. 2. vitam eternam. Ecce desi-
derabile premium omnibus enim rebus [illegible] appe-
tit [illegible] eternitatem eterna [illegible]
est appetibile quod est sine miseria. possidebo.
Solus enim beatus est qui eternam vitam
possidet. id est cum securitate amittendi
tenet. Secundo christus hunc interrogantem
reducit ad legis noticiam. At ille dixit
ad eum in lege quid scriptum est. id est ne-
ne ibi ad quo secundum vita eterna possideatur
temptatorem legis adeptum legem
deducit quomodo legis quasi sine intellectu
et edificatione. Lex enim multa continet
precepta sed quia omnia reducuntur ad unum
erat quod aperit iudeos quod esset illud unum
potissimum mandatum tamquam caput

tpri alia qtinens/ cuius obseruatione possidet vita etna. Tercio ponitur visio leg[is]periti Ille videns dixit/ glosa dicit q[uod] legerat/ s[ed] q[uod] non dum impleuat et tangit caritatis duo pcepta. diliges d[omi]n[u]m d[eu]m tuu[m]. hoc assuit deut. vi. Non aut quilibet amor dilecto est/ s[ed] ille solus qui est spualis cuius origo est ex conprehensione boni dilecti i. mente capti/ q[uod] mens legit non in tabulis carneis/ s[ed] spualibus = Nota q[uod] istud mandatu[m] d[e] diligendo d[omi]n[u]m deus ipse est/ sic dicit Bn. Ergo diliges d[omi]n[u]m d[eu]m tuu[m]/ Non h[ab]et aliam causam nisi quia d[omi]n[u]s deus tuus est/ diliges g[o] d[omi]n[u]m in timore/ tamq[uam] seruus d[omi]n[u]m/ cum reuerencia/ tamq[uam] creatura creatorem tuu[m] ex singulari caritatis affectu/ quia non est talis deus et d[omi]n[u]s ut est quia d[omi]n[u]s bn[u]s p[ri]m[u]m dilectone ipsius seruatur pceptu[m] p[ri]me tabule Quia no[n] deus bn[u]s sapienti no[n] assumat nom[en] eius in vanu[m] q[uod] est s[ecundu]m pceptum Quia no[n] m[ihi] p bonitate diligentes eum sanctificatum q[uod] ad t[er]ciu[m] ptinet mandatu[m]. ut ta sunt que nos inducunt ad dei amorem = p[ri]mu[m] e[st] creator a quo h[ab]emus esse bn[u]s deus est = S[ecun]d[u]m quia gubernator a quo q[ue]rimus et regimur bn[u]s domin[us] est = Tercium est quia remunerator a quo in finem pducim[ur] bn[u]s m[ihi] est ab ipso enim p[ri]ncipium et in ipso sunt omnia = ut hoc pceptu[m] spiale dat homib[us] est enim spaliter domin[us] quos monet in mente. Est et deus eorum ronc finis quia solus ipse finis est mentis ronalis et rursus in singulari bn[e]ficio incarnacionis Cn. za. Frater noster et caro mea est Et attende q[uod] non diliges nisi cognitu[m] Cognicio aut nra ex sensibus h[ab]et ortum ideo si d[omi]n[u]m amare pcipim[ur] oportet oportet ipsius habere noticiam in q[ua]m ex creatura sensibili deducim[ur] s[ed] tu[m] non e[st] deus aliquid q[uod] senciat

Bn Aug. x. qf. a. quid amo cu[m] te amo d[omi]ne deus meus/ et distinit poma sensibilia/ q[uod] nullum eorum amet/ amando deum/ no[n] eni[m] spem corpis/ nec decus temp[or]is/ nec candorem lucis oculis istis amicu[m]/ nec dulces melodias/ non flo[rum] et unguentorum et aromatu[m] suauem odorem/ nec manna et mella/ non membra acceptabilia carnis amplexibus/ no[n] hec amo d[eu]m meu[m] Et tamen amo quedam lucem/ q[ua]ndam vocem/ q[ua]ndam odorem/ q[ua]ndam cibum/ et q[ua]ndam amplexu[m] interioris ho[min]is mei/ cu[m] te amo d[omi]ne/ ubi fulget anime mee/ q[uod] non capit locus/ ubi sonat/ q[uod] non rapit t[em]p[u]s/ ubi olet q[uod] non spergit flatus/ ubi sapit q[uod] non minuit edacitas/ ubi h[er]et q[uod] non diuellit sacietas/ Et ec g[o] quo licet deus no[n] sit sensibilis/ tu[m] h[ab]et q[ua]n[do]q[ue] adiutoris anime/ sensus spuales quibus conprehenditur ipse est omne delectamentu[m] spuale que cu[m] sensu conprehensum = Deum diligendi modum adiungit Et quia ut dicit Bn. modus diligendi d[eu]m e[st] ut diligat sine mo[do] io sb[iu]ngit Ex toto corde tuo/ et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua. Ubi consideranduum q[uod] cor est cogitacionu[m] p[ri]ncipium ut e ipm est p[ri]ncipiu[m] motus ut. ex toto mouet ut e ipm e custodia totius ho[min]is dicitur eni[m] cor q[uod] sit custodia om[n]i[u]m rerum ut e cor est quasi cardo quo totus ho[mo] regit[ur] sicut hostiu[m] regit[ur] cardine. Ex toto g[o] corde vult diligi deus Cor de quidem quia illud q[uod] est nobilissim[um] deo tribuendum est Pu[er] fili da m[ihi] cor tuu[m] Ex toto io[= ideo] corde ut cuncta nra cogitaco sit meius amore O[mn]ib[us] eni[m] nra opaco sit p[ro]p[ter] eius amorem tota regula nre vite ex eius amore sumat[ur]/ et ultimo ut tota custodia nra ad hoc intendat sollicite ne iste dilecco rapiatur nobis ab hac mu[ndo]

[illegible marginal note]

dama unde beatissima agnes posuit signum in faciem meam ut nullum preter eum amatorem admittam. Non ergo poterat adulterium ponere amatoris ubi alium aspicere et sunt relinquere eum quo sua caritate gaudebat. Secundo vult deus amari ex tota anima. Anima uero est vite principium. Vita nota triplex est scilicet vegetativa sensibilis et racionalis. Vult ergo deus tota anima diligi quia totam eam produxit in esse ut omne in nobis vivere, currere, sentire et intelligere ad ipsius dilectionem tendat. Tercio vult deus amari ex omni mente. Mens autem ut dicit Augustinus est illud quo homo cetera excellit animalia, et hoc est potencia racionis secundum quam cognitus est ad ymaginem dei cuius partes sunt memoria intellectus et voluntas. Vult igitur deus omni mente diligi ut omne illud quod mentis est ad ipsius dilectionem reficiatur ut memoria sit in amore beata, intellectus in speculatione amoris, voluntas in ipso dilectionis actu, ymago enim et similitudo est diligendi deum principium. Unde si anima est secundum mentem dei ymago deum debet totum diligere. Quarto vult deus diligi ex omnibus viribus, id est secundum Theophilum viriliter et firmiter. Hoc autem est necessarium. Non enim sufficit deum diligere ex toto corde, tota anima, tota mente extensiue, nisi et intensiue totis ipse viribus diligatur ut totus conatus cordis, anime et mentis et tota virtus corporis tendat ad dei dilectionem. Nec mirum si sit diligendum est, quia excedit bonitas ipsius [illegible] quantum est diligendus omnem nostram possibilitatem diligendi. Quia uero non possumus eum diligere quantum

[illegible marginal note]

est diligibilis saltem diligatur quantum possumus absque fraude committimus, quia non damus deo totum posse dilectionis quod ad hoc nobis ipsum dedit ut totum diligendo sibi reddemus. Deinde secundo adiungit dilectionis preceptum proximum tuum sicut te ipsum diliges. Proximus uero dilectionis mensuram subiungit sicut te ipsum. Hoc preceptum Leuitici 19. Ubi considerandum quod proximus dicitur multipliciter. Est enim proximus cognacione nature sicut omnes homines proximi sunt nobis. Est proximus officio sicut cuius et qui aliquid quod est exercuit. Est proximus carne sicut consanguinei. Est proximus gratia sicut cum est proximus fide sicut [illegible] est proximus virtute sicut [illegible]. Est proximus presidio sicut sancti et angeli boni. Est proximus redempcionis beneficio quo solus ipse deus et homo est nobis proximus. Et uero cum sit aliquis proximus diligendus est sicut nosmetipsos diligimus, id est ex eadem caritate qua nos amamus et in eodem mutuo bonorum operum et ad deum finem vite eterne. Dicitur enim quod non debet se ipsum diligere amore carnali sed spirituali scilicet in deum et ad vitam eternam. Sic similiter debet amare hominem proximum uero hominem qui excellentissimus proximus est debet plus quam se diligere. Quinto ponitur commendacio responsionis. Dixit ei: Recte respondisti. Rectum est cuius medium non discrepat ab extremis. Extrema uero dilectionis creator est et creatura. Quia uero iudex dilectionem proporcionaliter et ueniens deo et proximo [illegible] respondisse dicit. Deinde [illegible] satisfaciat prime questioni qua dixerat legisperitus quid faciendo vitam eternam possidebo exhibens eius dat solucionem. Hoc fac, scilicet deum et proximum diligendo. Et dicit fac, quia non sufficit diligere nisi opere dilectio demonstretur. Probacio enim dilectionis est [illegible]

[illegible marginal note]

Marginalia: 2 · 3 · Aug · 4 · proximi · 2 · 3 · 4 · 5 · 6 · 7 · uo [illegible] · [illegible]

exhibitus est operibus. Et vivet. Dupliciter a-
nima vivit scilicet caritate causaliter, quia ca-
ritas est meritum eterne vite. Et item for-
maliter quia caritas perfecta quam numquam exci-
dit est vita beata. Nam dicit Bernardus plus
est anima ubi amat quam ubi animat. Et
ideo si amando in deum ierit, qui est vita es-
sentialis omnium est, quia ipsa anima vivet
vita perpetua. distinctio tercia

Tercio cum dicit Ille autem etc. declarat
quis sit proximus. Homo sicut
scriptum diliget etc. facit. Primo enim
ponit legisperiti interrogationem. Ille autem
volens iustificare se ipsum, id est se ipsum volens
iustum ostendere, dixit ad Ihesum: Et quis est
meus proximus. Laudatus enim a salva-
tore qui recte respondisset, incipit in superbiam
ut dicit Cirillus, nemini sibi putans esse
proximum, quasi nullus sibi posset in iusticia et
legis noticia comparari. Sed ut dicit Theophilus,
salvator non actibus et dignitatibus
demonstrat proximum, sed natura. Omnibus enim iustis
esset legisperitus, omnibus doctus, omnibus ditior
et maior hominibus. Et quicumque pauper et
miser et abiectus proximus eius erat.

Hic declarat proximus in parabola quis sit
proximus, in qua parabola quatuor con-
tinet, scilicet primo hominis horribilem casum, infe-
licem denegatum auxilium et impensum.
Ubi secundum dicit Suscipiens autem Ihesus, id est
supernis aspiciens Ihesus dixit, ideo supernis
aspexit quia de rebus magnis locutus
erat, ut scilicet quantum homines descendat cum
cadit per peccatum. Homo quidam. Augustinus.
Homo iste Adam intelligitur in quantum generalis
/ cuiusque hominis miserabilis casus quo ad sep-
tem in quo modo describit. Primo condicio(?) a-
do unde lapsus est: descendebat. humiliatus
et miser factus per peccatum. Et ut dicit Theophilus,
non dicit descendit, sed descendebat, ex
humana natura ad inferiora tendebat. sed
non in parte, sed in toto ab Ierusalem, quod interpretatur

[illegible]

visio pacis. Secundum conditio(?) miserabilis
est quo devenit in Iericho, que luna
interpretatur. Adbravam autem ut dicit Ba-
silius Ierusalem sita est in altitudine in-
ontis Iericho vero continet qualia pa-
lestine. Et attende quid descendendo
homo perdidit et quo devenit. Et sunt
quatuor. Ierusalem quod est visio pacis vel ei
et significat paradisum, ubi quia qui videbat
erat sibi pacificum, nichil enim pote-
rit sibi nocere. Job. 4. Bestie agri paci-
fice erunt tibi. Secundus vero est Iericho, id est
mundum ipsum, quod est instabile sicut
luna. Tertio quia homo mutabilis actibus ad
utilitatibus numquam in eodem statu per-
manet. Item in Ierusalem unde homo cadit in
mortalitatem significat, quod homo possidebat
in plena animi et corporis pace erat, nunquam
enim horum duorum federa fuisset dissolutio, sed
peccando devenit ad mortalitatem, que
per lunam intelligitur, que crescit et defi-
cit donec non ... Item cadit homo
a visione claritatis dei, que est pax nostra,
et devenit in tenebras ignorantie,
ubi si aliquid lumen sibi fulget est lumen
tenebris mixtum, sicut lumen lune. Item
cadit homo ab altitudine, que est quies
et pax mentis, in miserias vallis la-
borum innumerabiles, quas luna sui
mutatione significat. Terciam hominis
tangit infelicitatem. Et incidit in
latrones. Ambrosius. Qui sunt isti latrones
nisi angeli noctis, tenebrarum. Relicto
statu angelorum et superiorum consortio incidit
peccans homo in demones latrones. Qui
inde latrones dicuntur, eo quod latent et nobis
rapiunt bona celestia. Quarta ad-
iungit miseriam. Qui et despoliaverunt
eum. Secundum Augustinum morum orna-
mentis vel vestimento mortalitatis.
Aut secundum Ambrosium abstulerunt vestimenta
gratie que accepimus, et hoc vestimentum
fuit originalis iusticia, et vestis in-

nocentenciae & quia fecit fictum piro-
mata sed deus dedit peccata tutas pellic-
as. Quintam adiungit miseriam Et pla-
gis impositis. Plage dicuntur peccata secundum
Bedam quia hiis nature humane integri-
tas violatur. Et tot infinitis cum plagis
vulneratum est bonum possibilitatis li-
beri arbitrii quibus vulneribus pla-
gatum nascitur quilibet homo. Sex-
tam addit hominis miseriam. abierunt
relinquentes eum. Vitam tanquam contemp-
tibilem et despectum ita est ut non det
adiutorium sibi ea in quibus cum peccare
facit. Hoc est facit dyabolus quia cum
decepit hominem cum contempnit sed nec
ea sibi tradit que dare videbatur
Septimam adiungit infelicitatem
Semivivo relicto. Ecce periculum.
Semivivus autem est homo post peccatum
quadrupliciter. Primo secundum Aug.
quia ex parte qua per aliquam dei cognitionem
habet vivit ex parte uero qua peccatis premitur
mortuus est. Item secundum eundem licet
homo habeat vitalem motum liberi ar-
bitrii qui tamen non sufficit reddere
ad vite eterne agenda opera semivivus
est Item secundum Teoph. medietas ho-
minis post peccatum vivit scilicet anima. me-
dietas uero moritur scilicet corpus.
quorum utrumque semper vixisset si non pe-
casset. Item secundum eundem natura humana
partim erat in adam tota erat mortua
iusticie partim uero eadem vivificanda
erat in Christo sic vivebat unde semi-
vivus erat homo. Secundo hec para-
bola continet denegatum subsidium
quod vulnerato abiecit qui maxime
subuenire debuissent ex quibus secundum
carnem erat iste plagatus scilicet
iudeis quorum unus sacerdocii digni-
tatem alter leuitici ordinis officio

amplius misereri debuisset unde dicit
Accidit autem ut sacerdos quidam. in quo
intelligitur antique legis sacerdocium. descen-
deret eadem via. quia omnes qui in se
cum dignitate exaltati descenderunt per
viam peccati a summis partibus quia et peccatores
non saluare non potuerunt Et viso eo. quia
lex dedit sacerdotibus noticiam culpe per im-
ponens. preteriit. quia gratiam saluacionis
dare non potuit. Unde ut dicit Teophil.
venit lex et stetit usque ad tempus prefinitum
deinde non valens curare hominem abiit
deinde adduxit alterius negligentiam.
Similiter et leuita. in quo legis ministrum
vel tempus prophetarum intelligitur cum esset
secus. i. iuxta locum. ubi ille infeliciter
iacebat. Secus quidem erat quia omnes in
eadem valle misere fuerunt Et videns eum quia
tempore culpam agnouit pertransiit. quia nec
legis sacrificia nec prophetarum preces subuenire
potuerunt sed transierunt omnia tanquam inutilia
Tercio ponitur quibus qualiter humano generi
vulnerato subsidium prestaret Samaritanus
autem quidam. Iste samaritanus Christus
est nam samaritanus custos interpretatur
Custodit autem dominus omnes diligentes se
qui venit in carnem ut infirmum vul-
neratum custodiret. Et vide quanta ymmo
liberacione iste samaritanus fecerit
primum est iter faciens. Teoph. quod ex propo-
sito hoc statuens ut nos curaret factus est
pro nobis viator qui erat comprehensor Et
attende quod licet faciat iter non tamen eadem
via descendit qua ceteri quia solus
ipse sine peccato de uirgine natus in hunc
mundum descendit Item uenit secus eum
vel ut dicit alia translatio secus viam venit
quidam secus hominem vulneratum peccato
quia apparuit in similitudine carnis peccati
Et tamen peccatoribus condescendit ut amicus

[illegible]

publicanorum et peccatorum fiet. Est aliud beneficium vi-
dens eum. non horruit primus medicus tam
feda conspicere. Eze. 16. Et transiens per te vidi
te conculcari in sanguine tuo. Est aliud beneficium
misericordia motus est. quia in eo nichil
invenit unde quo esset dignus curari
sed de peccato dampnavit peccatum in carne. Est
aliud beneficium. Et appropians. Augustinus. non est
hominibus quam deus remotius non loco
sed dissimilitudine quia isti mortales et peccatores
deus iste immortalis et iustus. Volens igitur
deus nobis esse proximus non assumpsit
utrumque malum nostrum s. mortem et peccatum
quia liberatore indiguisset. Ut igitur non
esset quod nos sumus sed propter nos mortalitatem
nostram assumpsit eadem sustinens penas
voluntarie que nos patimur necessitate
peccati. Est aliud beneficium. alligavit vulnera
eius. Hec alligatio est peccatorum cohibicio.
Unde Ambrosius: Constringit vulnera austeriori
precepto vel dici potest quod alligavit vii. vul-
nera inflicta homini vii. ligaturis sacramentorum
vulnus formidinis baptismo, vulnus timiditatis
confirmatione, vulnus odii eukaristia, vulnus
peccati penitentia, vulnus concupiscentie matrimonio,
vulnus ignorantie ordine, vulnus re-
liquiarum peccati extrema unctione. Est aliud
beneficium. infundens oleum. Datis
austerioribus preceptis infudit mansue-
tudinis oleum ad mitigandum dolorem
vulnerum. ut dicit Mt. xi. Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis et ego
reficiam vos. Est aliud beneficium. Et vinum
infudit. Hoc vinum secundum Crisostomum est
sanguis dominice passionis cuius effusione
semivivus resuscitatus est. sicut legitur
de pellicano quod serpentem vulnerat ut filii sui
sanguinis effusione reviviscant. Est etiam
aliud beneficium. Et imponens illum in iu-
mentum suum. Caro Christi iumentum

est quod iumentum est quo sumus adiuti
qui per nos surgere non poteramus. Cuius
iumento sumus impositi secundum Augustinum
credendo in incarnationem Christi. Credimus
unde secundum Ambrosium iumento Christi sumus
impositi quia peccata nostra ipse pertulit
in corpore suo super lignum. Vel secundum Theop.
iumento Christi sumus impositi quia
quia participatione corporis sui iuncti
sumus ei et facti membra ipsius. Est
aliud beneficium. Duxit in stabulum. Sta-
bulum sic dicitur eo quod ibi sit statio boum
ubi viatores suas deponunt sarcinas
atque animalia reficiuntur. Et stabulum
significat ecclesiam in qua resident
doctores et deponuntur honera peccatorum ut
lassati quiescant et reficiuntur cibo vite.
Nemo illo hic ingreditur ut dicit Beda
nisi ductu Christi. Est aliud beneficium. Et
curam eius egit. Licet enim ei sit
cura de omnibus maxime tamen diligen-
tiam adhibuit curam quo sanaret hunc
prebens medicina adhibens beneficia
et officia tamquam bonus samaritanus.
Est aliud beneficium quia commisit eum
custodie. Non enim vacabat samaritano
nostro diucius in terris manere. Vide-
mus dimittere ei unde veniat. Et altera
die. Quis est iste alter dies nisi for-
te dies vite qui unus est alter quia
dies hor passionis fuerat heri sed de isto
dicit consultemus et tercium mea protulit
duos denarios. Secundum Ambrosium duo
denarii sunt testamenta in manibus
est ymago dei impressa quorum valde
est observare x. legis precepta vel secundum
Augustinum duo denarii duo sunt caritatis
precepta aut promissio vite presentis et future
vel secundum Origenem duo denarii sunt
scientia sacramenti s. quod pater in filio et filius
in patre vel duo denarii sunt scientia

Amb.

Beda

scripturarum et auctoritates ecclesie Et dedit stabulario. Stabularius est quilibet ecclesie rector cui dantur a papa duo denarii super dicta ut corpore et spiritu agat curam hominis vulnerati Et ait curam illius habe. de hoc dixit petro Jo. 20. Pasce oves meas etc. qui tamen sacerdotes curati dicuntur. vel aliud beneficium Et quodcumque supererogaveris vel ille erogat qui datas distribuit sed supererogat qui amplius dat quam accipiat ad sanandum illum hominem supererogat preceptis addendo consilia scripture addendo expositiones Quod ego rediens reddam tibi. Ambrosius. Ego reversus domine nisi in die iudicii tui eum tunc tempus quo universa actus te respiciet revertentem tunc fiet retributio platis ecclesie de labore quo sunt in sollicitudine subditorum. 2a Thy. 4. Reposita est michi corona iustitie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. In quibus omnibus intelligitur beneficia gratie samaritane impensa ut [illegible]us quam sanaretur.

Secundo ponit istius parabole applicationem dicens Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones At ille dixit. Non quidem sacerdos aut levita quorum ut dicit Crisostomus vilis est sacerdocii dignitas et levitarum scientia nisi per bona opera confirmetur sed ille fuit proximus qui fecit misericordiam in illum. Quia quidem sacerdos et levita et samaritanus proximi erant lege nature sed solus samaritanus miserationis beneficio fuit proximus. Dominus cum satisfacit quem alii et quibus est magis proximus dicens Vade compendio aften. Et tu fac similiter quod dicit petis ame quis tibi sit proximus respondeo quia qui actus indigeat sibi misereri sive gentilis sive peccator est est proximus cui ad subsidium est omnibus necessarium. Ideo omnis homo est tibi proximus. Unde Ambrosius Non cognatio facit proximum sed misericordia quia misericordia est secundum naturam quia sortem iuvare nature Rogemus ergo dominum.

Cum iret Ihesus in Ierusalem transibat per mediam samariam et galileam. Luce 17. Vulgariter dicitur quod de decem unus reperitur qui sit gratus de beneficio quod in proposito clarum plenius apparet. quia de decem leprosis mundatis unus solus reddidit gratias deo. In quo tria ponuntur. Primo circumpositio affectuosa deprecationis. Secundo petitionis consecutio ibi Quos ut vidit etc. Tercio accepti beneficii varia reggratiatio ibi Unus autem ex illis etc. Circa primum tria facit. Primitus cum primo Christi progressum. Cum iret Ihesus in Ierusalem. Istud iter quo Ierusalem iuit ut patet Luce 9. Cum complerentur dies assumptionis eius ipse faciem suam firmavit ut iret Ierusalem Transibat per mediam samariam que erat provincia gentium Tyrus. Cum erat magna discordia inter iudeos et samaritanos ipse pacificus transiit ut eos tamquam mediator pacificaret unum sub dit Et galileam que pertinebat ad regnum iudaicum. Nota quod Christus vadens ad passionem transit per gentes et iudeos dat intelligere quod fructus sue passionis maius per eos erat transiturus atque fides nominis eius post mortem et iudeos et gentiles unum debebat efficere populum. Secundo ponit leprosorum occursus Et cum ingrederetur quoddam castellum. Cum tamen ingressum quia non erat licitum leprosis castello appropinquare Occurrerunt ei decem viri leprosi. Tyrus conversabantur magis admirationem quos humanitatis fecit continue passionis tamen transitum prestolabatur

= Nota quod lepra mortale peccatum signat. Quia
peccatum est corruptio anime sicut lepra carnis
= Secundo quia lepra facit os fetidum. Ecci. 14.
Non est speciosa laus in ore peccatoris = Tercio
quia tollit vocem et peccator obmutescit ad
confessionem = Quarto quia est morbus conta-
giosus. Leprosus enim leprosum generat et inficit
eos cum quibus conversatur = Quinto quia est ab-
hominabilis. Prov. 15. Abhominabilis domino qui
agit impie = Sexto quia leprosus eicitur
et peccator adeo. Ps. 50. Ne proicias me a facie tua
et abscondar = Septimo quia lepra deformat
totum corpus et colorem et figuram. Tren. 4. Quo-
modo obscuratum est aurum mutatus est co-
lor optimus. Quia vero lepra non est morbus
qualiscumque sed valde horribilis. Ideo per istos
leprosos decem non qualescumque peccatores sed
magna decem peccata possumus intelligere.
Primus leprosus est hereticus. Unde de Moyse
dubitante de verbo dei dicitur Exo. 4 quod ma-
num leprosam protulit ad instar nivis = Secundus
leprosus est scismaticus qui litem et discor-
diam seminat in ecclesia. Unde de Maria ob-
iurgante Moysen dicitur Num. 12 quod apparuit
in ea lepra candens quasi nix = Tercius
leprosus est symoniacus. Unde dictum est Giezi
petenti munus de beneficio collato. Lepra
Naaman adherebit tibi. 4 Reg. 5. Hec plaga
lepre sic infecit ecclesiam ut est quod dolor
est dicere principes ecclesie spirituali morbo
laborent et tamen leprosi [illegible]
sterio altaris. Unde in visione ostensum est
cuidam quod agebatur questio coram domino
pontifice unde procedit tanta [illegible]
et cum esset [illegible] quod leprosus est ipse est
causa tanti mali. Cumque mirarentur omnes
aspicientes surrexit unus et amisit capillum
de capite pontificis atque insufflavit in
faciem eius. Et statim ille leprosus est in
eadem visione dedicit quod symonie vicium
leprosum ipsum faciat = Quartus leprosus

est prelatus ypocrita et sub vicium coloris
[illegible] dicitur Levit. 13 = Quintus
leprosus est sacrilegus qui preter ius
assumit ecclesie ministerium. 2 Par. 26.
dicitur de Ozia quod lepra orta fuit in
fronte eius eo quod pontificis ministerium
exercebat = Sextus leprosus est pro di-
tor. Unde 2 Reg. 3 de Joab dicitur Non
deficiat de domo Jacob Joab leprosus
= Septimus leprosus est usurarius
quem signat Naaman fortis et dives sed
leprosus. 4 Reg. 5. Sicut enim lepra
consumit carnes ita usura consumit aliorum
divicias. Et videmus quod usurarius
usurarium generat sicut leprosus leprosum
quia docet usurarius filium suum
quomodo debeat lucrari. Dat sibi custo-
diam librorum. Ultimo moriens
omnia sibi relinquit. Cuiusmodi tamen
que filius non reddit sed usuris ad-
dit usuras = Octavus leprosus est
sortilegus qui querit divinaciones
et incantationes quales fuerunt magi
pharaonis = Nonus leprosus est adulter.
Levit. 13. plaga lepre orta
est in [illegible] Sicut enim est
[illegible] in quo lep[ra]
oritur cum adulterium committitur
Unde nati ex adulterio hanc ma-
culam contrahunt ut adulteratus
coitus sint primi ut dicit Aug.
[illegible]
emendet originem macule =
Decima lepra maior aliis et
horribilior est flagicium sodomitarum
hec est elephantie lepra ceteris
aliis passionibus maior. dicitur
enim lepra sit eo quod primum ardore
deleat et consumat [illegible]
dor huius flagicii [illegible] corporis
consumit et animam. Ysa. Ambulate

inflammis quas vobis succendistis
— Attendamus etiam hoc flagitium ortu
eius et videtur ipsius origo procedere ex
corruptione concupiscibilis sicut monstra
ex corruptione naturalis principii unde non
immerito tamquam monstrum dicitur esse
contra naturam quia nullo modo ad hoc natura
inclinatur sed ducit ex habundantia cor-
ruptionis. Unde quasi videbatur deo in-
credibile aliquos hoc vicio laborare
cum dixit Gen. 18. Vadam et videbo
si clamorem qui venit ad me opere
compleverint etc. Hoc temptatio
hoc vicio non est temptatio humana
sicut humana non esset temptatio
temptari ad esum carnis humane
Et ideo dicitur in ethycis quod abstinere
ab hoc vicio non est virtutis aut
continentie. Neque enim abstinentia
reputatur si quis abstinet ab esu
carnis sue aut aliorum hominum ad
hanc autem abstinentiam facit
ipsa nature instinctus sine virtute
Quare ergo deus sic permittat deus
naturam in aliquibus corrumpi ut
talia flagitia committant vel est
causa erroris aut quia non colunt
deum [illegible] sicut dicit apostolus Ro.
i. Et ideo in [illegible] quedam gentes
tale vicium heresim appellant. Legitur
enim in vitis patrum quod dum quidam
de senioribus sentiret se molestari
tali passione prudentissimus senior
causam morbi aperiens magis inposuit
esset huiusmodi passione te esse temp-
tatum nisi in aliquo ve fidei de-
rogares Et ille confessus est se du-
bitasse circa incarnationem Christi
Et [illegible] prima dubietas simul
cum errore illa abscessit temptatio
— Et attendamus eius turpitudinem
que tanta est ut dicit Augustinus quod
[illegible] hoc vicium dei filius quasi de-
stiterit incarnari. Nam ut dicit
3 conf. hoc flagitio societas que cum

deo nobis est violatur cum natura cuius ipse auctor
est libidinis perversitate polluitur Unde dicit in
Regula. deus qui habitat in vobis custodiat
isto modo vos ex vobis. Et si aliqui non cus-
todiunt hoc modo signum est non esse deum cum
eis. — Et attendamus huius flagicii vindictam
Cetera namque vicia cum procedant ex aliqua
inclinatione nature puniuntur dei misericordia in bono
sed quia hoc est contra naturam et appetitum non cadit
hic misericordia sed sola vindicta. Ymo cum peccantium
multitudo in aliis malis vindictam mitiget
hoc solum ut dicit Augustinus 3 conf. si omnes gen-
tes facerent eodem crimine reatu divina lege
tenerentur Et ideo ut dicit Cantor parysiensis Nocte
nativitatis domini omnes laborantes hoc vicio
interfecti sunt — Et ignis inferni non susti-
nens dilationem vindicte punivit et viventes
consumit Levit. 10. [illegible] combustionis est hoc
enim modo facile alio emendatur — Et attendamus
periculum. Alia namque vicia cum habeant virtu-
tem oppositam per virtutem tolli sed hoc
flagitium per virtutem curari non potest quia
nulla sibi opponitur. Et ideo dicit magister Odo
quod vix contingit aliquem penitere de isto vicio
qui penitere distulit ultra etatem salvatoris
Et hoc audivi esse expertum Unde sodoma [illegible]
[illegible] quia hoc vicio laborantes tamquam
leprosi perdunt vocem ne [illegible] confiteantur et pe-
niteant Ad ignem igitur recurrendum est
per quem [illegible] emendatione sed cum susceptione
Levit. 13. Lepra volatilis et vaga debet
igne comburi — Et nota devota leprosorum devota
supplicatione Cum stetissent a longe Ecce re-
verentia qua iudicabant se indignos Christo
appropinquare propter contracte reatum et carnis macu-
lam Et elevaverunt vocem quam potuerunt Ecce
affectus desiderii dicentes uno ore. Ecce
concordia [illegible] Ihesu [illegible] nomen Ihesu dicunt
[illegible] salutem Preceptor pre-
ceptorem eum appellant cuius imperio omnia
obediunt [illegible] preceptum ponitur et non preter-
ibit Miserere nobis non aurum vel argentum
petimus sed ut corpus sanum recipiant

[illegible] leprosi [illegible] [illegible] [illegible] leprosi [illegible]

Ps. miserere mei domine quoniam infirmus sum. Dis[tinctio]

Secundo cum dicit Euntes ut vidit. 2a
Hic ponit peccatoris confessionis triplicem facit
= primo enim primo benignus Christi aspectus cum
ut vidit benignitatis compassionis et misericordie oculo.
non horruit pius dominus maculam aspicere nostre
lepre qui pro nobis inter ut velud leprosus repu-
tatus est. Ysa. 53. = Secundo ponit Christi imperium
dixit Ite ostendite vos sacerdotibus. Sic
enim scriptum est Levit. 13. plaga lepre si
fuit in homine adducetur ad sacerdotem et
videbit eum = Nota quod ideo Christus eos ad sacer-
dotes misit = Primo ut iudicet legis transgressor
= Secundo ut ostenderet sacerdotibus exhibendam esse
reverenciam = Tercio ut sacerdotes cogerentur
commendare miraculum dum illi sanarentur
quos iudicat esse leprosos = Quarto ut ostendat
se maioris esse virtutis quam lex vel sacerdo-
tes quia illi lepram cognoscebant quam
mundare non poterant = Quinto ut doceat in-
teriorem anime lepram non emundari
nisi saltem fuerit propositum eam sacerdotibus esse
demonstrare per oris confessionem. Tunc confessio
[confes]sor debet habere condiciones = Prima quia debet
esse voluntaria unde dicit Ite non ducti
non tracti non coacti sicut qui tormentis
afflicti confitentur peccata sed ite voluntarie.
Ps. Ex voluntate mea confitebor tibi
Contrarium faciunt qui timore mortis in-
firmitatibus confitentur. Secundo confessio debet esse nu-
da et aperta unde dicit Ostendite quod cogitastis et
cogitastis et locuti estis non dicat absco[n]-
dite vel excusacionibus vel palliacionibus
aut mentiendo aut musitando aut
non plene omnia peccata revelando cum
omnibus debitis circumstanciis. Quatuor autem
sunt cause quare oportet confiteri peccata =
Prima quia non potest dissolvi nodus nisi
manifestetur nec curari vulnus incognitum
nec de occultis iudicari ecclesia nec dari
sentencia cause latentis. Septima autem
consolvitur nodus peccati sanatur vulnus con-
silium tribuitur emendatur fore fom[ite]

= Secundo quia peccatum est in anima
sicut venenum intra que fovetur dum
latet sed cum patet moritur = Tercia
quia confessio est sicut rasorium tollens
tollens peccati rubiginem ab anima
sed ne talibus inducta mensetus ma-
neat oportet per confessionem eici = Quarta
quia cuiuslibet rei corrupcio generacio-
ne fit sue generacionis. Cum igitur peccato
peccatum sit in occulto generate eius cor-
rupcionem oportet esse virtute confessionis
manifestantis. Et ... dixit Ps. Dixi
confitebor adversum me iniusticias
meas = Tercio confessio debet esse propria
unde dicit Vos scilicet ostendite et non ali-
os. Contra quod aliqui quadruplicater
faciunt. Quidam enim aliorum facta re-
citant. Alii non revelant eos cum
quibus peccaverunt. Quidam certa sua
facinora negant et se excusant
Alii autem non se ostendunt sed volunt
interrogari de peccatis quod melius
novit confessor ea que fecerunt quam
ipsi peccantes. In quibus tamen casibus
a quo fieri debeat interrogacio per decis...
confessor videat = Quarto confessio debet
esse ordinata quia non cuicumque
facienda est sed sacerdotibus qui
clavem habent scientie et auctoritatis
Christi enim constituti sunt ad eos audito-
res et iudices peccatorum et criminum
ideo dicit sacerdotibus = Tercio ponit
salutis effectus. Et factum est dum
irent ut sacerdotibus se demonstra-
rent mundati sunt. Quatuor ex
causis mundati sunt antequam
pervenirent ad sacerdotes = Primo
quia noverat Christus sacerdotum superbiam
quia contempsissent eum eos aspicere ne igitur
scandalizarent pervenit eos sanare
= Secundo bonum obediencie ipsorum hoc
meruit = Tercio hoc meruit fides
= Quarto voluit ostendere quod non
virtute legis aut sacerdotum curantur

[illegible]

bant mundati sed Deus impius Dist. 2a

Tercio cum dicit Unus autem ex illis etc. ostendit tanti beneficii gratam recognitionem ubi tria facit. Et primo tangitur sex observanda in gratiarum actione. Primum est beneficii recognitio ut non sit insensibilis aut obliviosus sed attendat et memoretur quod sibi est collatum unde dicit Unus autem ex illis non omnes quia ut dicit Tullius accepta beneficia pauci admodum recordantur. Vidit i. diligenter advertit et consideravit quia mundatus est. Secundo requiritur ut recipiens beneficium presto sit ad mandatum conferentis cui est obligatus. Unde dicit Regressus est ad illum ut paratus esset ad eius mandatum. Non quod ad illum aliquem fugerit penitentiam eorum a quibus beneficia receperint// commendacio accepti beneficii. Quia ut dicit Crisostomus Licet debeamus beneficia tacita laude honorare, hii tamen quibus benefacimus debent beneficium predicare ut ex hoc Deus laudetur et tales exemplo ceteri moneantur. Et hoc est quod dicit Cum magna voce etc. quod significat devotionis magnitudinem. Magnificans Deum propter beneficium primo et principaliter magnificari Deum oportet quia benefacienti dedit unde subveniret et voluntatem subveniendi. Quarto requiritur ut benefacienti exhibeatur honor et reverencia. Nam ut dicit Methaphisicus ut sit iusticia inter dantem et recipientem, sicut benefaciens dat bonum utile, ita exigitur bonum honorabile. Unde dicit Et cecidit in faciem suam exhibens Christo reverenciam. Quinto requiritur humilitas ut semper se humiliet ei a quo suscepit beneficium. Ideo subdit Ante pedes eius. Sexto accedendi

fiduciam ut dicit Theophilus. Suscepta purgacione qui prius accedere non audebat. Sexto requiritur ut credat non ex meritis suis sed ex gracia beneficium accepisse. Unde dicit Gratias agens quia scit quod debet se gratum in gratiarum actione cuius ... nam ipse fuit. Et hic erat Samaritanus ex gente odibili iudeis ex partibus et hiis qui legem ignorarent et ideo magis commendatur. Theophilus dicit quod hic potest convinci nullo modo aliquem impedire qui deo placere possit et si de genere profano processit dummodo bonum gerit propositum nec aliquis ex eo quod de sanctis natus sit superbiat quia novem leprosi mundati erant a virtute magistri fuit. Secundo ponit aliorum requisitionem Respondit autem Ihesus Nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt Non interrogat Deus quasi nesciens sed ut dicit glosa ingratos quasi ignotos ubi sunt querit dolens de eorum magnitudine magis enim dolendum est de eo quod aliquis incurrit ingratitudinis culpam quam de beneficio perdito. Non est inventus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena Alterius s. gentis que non erat ex Israel. Et hoc dictum est vel ex parte Christi et tunc erunt verba quasi lamentantis. Vel dictum est ... in confusionem iudeorum. Nota quod ix leprosi non sunt reversi ad Christum Aut quia putaverunt se mundatos legis virtute/ aut quia metuebant confiteri se mundatos ex Christo/ aut quia putabant se debere aliter Christo tribuere pro sua mundatione/ aut quia tantum fuit gaudium salutis quod obliti sunt Deum qui salvavit eos Unde videmus homines cum infirmantur sollicite Deum querere/ sacerdotes consulere emendationi vite et restitucioni aliena promittere/ sed tamen sanati sunt negligunt quasi manus dei evaserunt/ aut etiam ideo gratias non egerunt quia putabant Christum tamquam iudeum cum iudeis non exigere sed ex debito sanitatem restituisse/ aut etiam sanitatem sibi a deo datam credebant/ Christum vero Deum non credebant/

Tercio ponit^r virtus fidei confirmata. Et ait illi. Ecce liberalis medicus qui non exigit de salute mercedem sz libere eam remittit. Quia fides tua te saluum fecit. Et alii mundati erant sz non e- rant consecuti salutem anime interiorem per fidei defectum vel maiorem habebant maximo lepra infidelitatis & ingratitudinis quam ea fuerat aqua mundati erant sz iste eternam salutem credendo & adeptus fuit regnum. Dominica xv^a.

Nemo potest duobus dominis seruire & cetera. Mathei vi. Quia per hunc ewangelium habetur Luce xvi. verbis iisdem. xii. et similis continetur. Et na humana hoc ostendit quia sibi ipsi non sufficit putat & perfectus notum facit vel homines mundi alienis se implicant seruitutibus ut necessaria vite querunt. vel deo relicto cuius males sunt serui. cui seruire est reg- nare est & sibi est cura de omnibus vel pnns ewangelium nos admonet quatenus relicta seruitute aliena nos totos ad dei seruiciu reuocemus & tria facit. Primo namque ostendit quod homini duplex seruitus fit impossibilis. Secundo aliena seruitus probatur miserabilis. ibi Ideo dico vobis ne solliciti & cetera. Tercio dei seruitus ostendit eligibilis ibi Querite primum regnum dei & cetera. Circa primum tria facit. Premittit enim primo impossibilitatem duplicis seruitutis. Dicebant enim aliqui se posse deo seruire & mundo sz audiamus veritatis magi- strum. Nemo potest duobus dominis seruire. Duos dominos intelligit secundum Crisostomum qui diuersa & contraria iniungunt sunt a quibus diuisi non essent iam unus dominus esset. Non potest aliquis duobus dominis seruire. Primo quidem quia non sunt plures domini sz unus tamen qui in celis est ut dicitur prima Cor. 4. Homines tamen sponte alterius seruituti se subiciunt qui uere non sunt domini. Ysa. 26. Possiderunt nos domini absque te. Item quia si seruus est unus non potest diuidi ut pluribus seruiat. Item humana possibilitas vix sufficit implere obsequia unius domini vel non potest pluribus

intendere. Item quia dominus vult suum seruum semper esse paratum ad suum imperium. Unde non potest aliis intendere. Ex dictis patet quod qui est seruus hominis non potest deo seruire. Quod dico quia seruus faciens vo- luntatem domini sui mansuete & cum ca- ritate fuit seruit deo qui precipit seruum domino subici ut dicitur Ephe. vi. Item seruitus dei est eam colere, inpossibile quod seruus hominis facere potest quia spiritus non est hominum obligatus sz deo. prima Cor. vii. Seruus vocatus est non sit ei cure. Secundo hanc impossibili- tatem duplicis seruitutis probat assumens quandam sufficientem di- uisionem cuius duo membra per te data & sequitur posterius. Aut enim unum odio habebit et alterum diliget. Utrumque enim diligere non potest quia diuersa imperant & contraria sunt. Aut si utrumque habet odio tunc unum sustinebit & alterum contempnet. Utrumque enim sustinere non potest cum sint ad inuicem contrarii nec utrumque contempnere quia iam ser- uus non esset. Necessitas istius diuisionis sequitur ex hoc quod plures domini aduersantur ad inuicem. Si quis unum dominorum diligit alterum non odit manifestum est quod non potest seruire duobus quia seruiet ei soli quem diligit sz ex tali seruitute reputat commodum. Ex non maius fit commodum ex ser- uitute eius quem odit tunc sus- tinebit seruitutem eius quasi coactus alterum autem contempnet quem diligit. Et si utrumque odit seruiet ei quem metuit contempta alterius ser- uitute quem non timet & sic patet quod semper uni seruit. Tercio infert principale intentum. Non potestis deo seruire & mammone. quia sunt duo domini oppositi. Et si aliquis dicit se velle seruire deo partim partim non mammone esse non potest quia

[illegible]

adeo scilicet quod totum posse et virtutem quia
servimus et ad totum posse requirit in-
situm servicium alias non esset servitus
sed fraus. Non quia mamona est dyabolus tamquam dy-
abolo et divicie. Dyabolo servit homo primo
cum delectatur in cogitatione illicita. Secundo
cogitationi consenciens. Secundo opere perficiens.
Secundo verbo vel exemplo alios peccare faciens. Secundo
peccata in consuetudinem ducens. Secundo
peccare non erubescens. Secundo et male-
factum defendens. In qualibet servitute
peccator ipsi servo servit. Tit. 4. Servi-
vi dominati sunt nostri. Secundo servit et
inimico. Ier. 17. Servire te faciam
inimicis tuis. Secundo servit tyranno
Ier. Servietis diis alienis qui
requiem vobis non dabunt die
ac nocte. Secundo servit dampnatori qui
post servitium ducet ad dampnationem
dicens michi servisti mecum glo-
rieris. Tamen servit hoc modo dyabolo dei
servitutem contempnit licet eum
non odiat. Iob 21. Quis est omnipotens
ut serviamus ei. Secunda servitus
est qua aliqui huic mundo serviunt
ducentes vanam vitam. Ro. primo
Servierunt creature pocius quam
creatori. Magis enim amant place-
re huius mundi hominibus quam deo. Ista
servitus excludit dei servitutem
Gal. 1. Si hominibus placerem Christi
servus non essem. Cuius servitutis
merces ponitur Iob 21. Tenent tympa-
num et cytharam et letantur in voce
organi ducunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descendunt.
Tercia servitus est servire carni
Ro. 16. Domino non serviunt sed
suo serviunt ventri. Phil. 3. Quorum
deus venter est et gloria in confusione.
Delicate enim fecerunt deum suum
attendentes quo se pascant quo
foveant vestibus et ornant quo
requiescant quo non gravientur
superfluis laboribus quid fiat ut conservetur
sanitas et mollibus stratibus quiescant et
sollicite infirmitas curetur. Hec servitus servi-
tutem dei excludit. Ro. 16. Non serviunt deo
deo sed suo ventri. Cuius servitutis merces est
quia caro sic delicate vestita et nutrita in pro-
ximo putrescit et plena fetori cadet ver-
mibus corrodenda spiritus eius in igne cru-
ciabitur inferni. Ysa. 14. Subtus te sternetur
tynea et operimentum vermes operimentum tuum et
vermis eorum non morietur nec ignis ex-
tinguetur. Quarta servitus est avaricie que
servitur potissime. Colo. 3. Avaricia que est
ydolorum servitus. Serviunt autem homines a-
varicie congregando divicias per usuram per fra-
udem per rapinam laborando die noctuque
circueunt terras aliquas mare navigant
in frigore et estu et fame et siti et tot se expo-
nunt periculis quod pro Christo apostoli non sus-
tinuerunt que si pro deo facerent nescio quis
martirum Stephanus vel Laurencius posset
eis equari. Secundo serviunt avaricie non quia
divicias habent quo divicie non sunt eorum
sed ipsi pocius diviciarum sunt custodiendo
recondendo in scriniis et cogitando de
ipsis. Ista servitus divinam servitutem ex-
cludit ut hic. Audiat hoc avarus qui
censetur vocabulo christiano non posse simul
Christo et diviciis servire. Merces huius servitutis
ponitur Luc. 16. ubi dicitur de divite epulone
quod in inferno et guttam aque non potuit
habere sic relinquit eum avarus divicias et
vadit ad egestatem perpetuam. Dist. secunda

Secundo cum dicitur quia non potest
aliquis servire deo et diviciis ideo
consequenter ostendit quod mundi servitus sit
contempnenda. Ideo dico vobis. Duo autem
sunt illa que sunt necessaria vite humane
victus scilicet et vestitus quorum non obstante
necessitate pluribus racionibus salvator ostendit
quod esse per avariciam circa sollicitudinem
serviendum non sit et quinque raciones
adducit. Prima ideo est a maiori. Victus

cum requirit propter vitam anime indumentum vero ad conservacionem corporis / set deus dedit quod maius est animam scilicet et corpus ergo dabit quod minus est victum scilicet et vestitum. Unde Crisostomus nisi deus vellet conservare quod est ipsum non creasset. Anima non ipse instituit ut anima cibo corpus vestimento conservetur. Iudicium igitur ipse habuit et hoc est quod dicit ideo quod non potestis servire deo et mamone set oportet alterum contempnere attendite quod servitutem mamone fugiatis. Dico vobis ne solliciti sitis id est anxii et animus intenti Crisostomus. Dicit non dicit operari nolite ymmo operari manibus ut sustentetur corpus laudabile est set ut dicit glosa prohibet sollicitudinem que trahit abectivis. Et rursus secundum Crisostomum afflictionem prohibet animi macerandis temporalibus et in perditis anime vestre quid manducetis. Non quod intelligibilis anima comedat / sed quia non manet quieta corpori nisi dum nutritur / vel quia animati corporis est sustinere nutrimentum congrue nutriri anime attribuit / nam quantum ad vires anime nutritiva est. Unde secundum Augustinum anima hoc loco pro animali vita ponitur / neque corpori vestro quid induamini. Ecce alia sollicitudo quam prohibet circa vestimentum promisso intento prima rationem adducit. Nonne anima plus est quam esca. Et corpus plus quam vestimentum. De hoc non est dubium quia esca numquam posset vivificare / nisi esset anima in qua est principium vite. Plus est ergo anima vivens quam esca. Et corpus plus quam vestimentum. Animam deus vestitivit que caro enim est vestimentum nulla ergo vestimentum tanti est valoris quanti est corpus tamen quia animati est tamen quia vivens tamen est quia frustra apponerentur vestimenta corpori / nisi ipsum haberet naturalem calorem vite. Certius deus quod exhibuit quod maius est non negabit quod minus est. Attende quod si prohibet sollicitudo necessitatis multo magis prohibet sollicitudo superfluitatis. Iterum attende quod non prohibet operis laborem set sollicitudinem. Iterum attende quod anima plus est quam esca et tamen gulosi animam perdunt propter cibum. Ecclesiastici 37 de divite epulone et cesare. Iterum et corpus plus est quam vestimentum magis tamen sollicitantur luxuriosi mutare vestes et ornare quam corpus aliquando secte purgare. Ideo cottidie infimo luxurie corpus velud porci maculant. Secunda racio est exemplaris quia deus pascit volatilia absque eorum sollicitudine quorum minor est cura multo magis homines. Respicite volatilia celi. Job 12. Volatilia celi indicabunt tibi. Et eiusdem 24 super volucres celi erudit nos. Hec enim volucres celi non sollicitantur quo cibo pascantur. Quoniam non serunt id est seminant. Iterum non sollicitantur quo cibo pascantur ad consequendum presenti indigencia. Neque congregant in horrea. Non quidem volatilium semper. Unde pascit illa. Pascit et familias servos pascit animalia. Set nobis sequens filiorum quanto ergo magis filios qui cariores sunt illis. Nonne vos magis pluris precii estis. Plus valet homo quam volatilia ymmo quidem secundum Augustinum quia homo cum sit animal racionale sublimius ordinatum est natura. Iterum secundum Crisostomum quia alia alia deus fecit propter hominem hominem propter se ipsum. Iterum secundum ...um quod homini celestas repromittitur aves non hodie sunt et cras non erunt. Et si deus absque eorum sollicitudine tribuit victum multo magis homo cibum tamen veniet cum secundum Crisostomum dedit deus corpori pandi suam et fructificandi spem. Nota quod 4 de causis aliqui paciuntur penuriam in necessariis vite. Prima est multo peccatorum suorum. Deuteronomio 32. Consumentur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo. Ecclesiastici 39.

[illegible]

[illegible marginal gloss]

Grando faciens amores omnia ad vindictam. Secunda vero est causa excu- de liceris ... Apostolus 2a Cor. xi dicit quod erat in fame et siti et frigore et nuditate. Tertia causa est propter inquietudinem vite avaritie. Nam ut dicit Ambrosius: Causa vite inopie avaritia est si moderatus nomen appetitus facit ut careamus necessariis. Volucres enim celi deo sustentante non deficient quia nichil sibi tamquam proprium vendicat. Nos vero quia aliquid proprium nostra vendicamus. Nimia etiam sollicitudo ne deficiant necessaria facit ut aliquando deficiant. Unde ex fama pro qua solliciti estis adhibet nobis. Quarta causa est humana superfluitas. Quia enim superflua querimus ideo videtur nobis necessariis carere. Unde deus superflua non dat. Aliquando et necessariis dignum est ut careamus qui superflua querimus. Quinta causa est abusus temporalium. Quia enim creaturis dei abutimur dignum est ut aliquando ad necessitatem tollantur. Sexta causa est ingratitudo. Dignum enim est quod privetur beneficiis dei qui ingratus existit. Septima causa est ut clamemus deum prebere nobis temporalia. Si enim vite sollicitudinem pro committeremus fortasse crederemus temporalia esse a nobis vel ex debito tribui a deo. Cum vero deus aliquando ea subtrahit ostendit quod ipse sit dominus. Sed queritur cum deus pascat volatilia celi absque labore quare ita non pascat hominem. Et dicendum est quia volatilibus non dedit artem et scientiam laborandi. Hominibus vero dedit scire et posse operari. Et ideo qui in labore suo victum acquirunt a deo inveniunt qui dedit eis ut talia acquirant. Et laboribus operariorum dat et boni temporalis mercedem.

[illegible marginal gloss]

Sed qui non essent qui nec scirent nec possent laborare illos deus sua cura sollicitudine pascit sicut volucres celi ut dicit Augustinus. Tertia vero est ex defectu vite sollicitudinis. Neque enim sollicitudo nostra tanti vigoris est ut possimus per eam acquirere et probat dicens: Quis vestrum cogitans, id est sollicitudine cogitationis sue, potest adicere, id est addere, ad staturam suam cubitum unum, id est quis est ille qui sollicite cogitando possit se maiorem facere uno cubitu. Certe nullus est. Unde quia nutrimentum ordinatur ad augmentum corporis, si augmentum non acquirimus ex nostra sollicitudine ergo nec nutrimentum. Secundum Augustinum illi relinquenda est cura tegendi corporis cuius cura factum est ut esset tante stature. Quarta vero est ex consideratione florum qui crescunt et vestiuntur diversis coloribus nec tamen sollicitudine ... multo magis ergo deus nutriet et vestiet homines qui capaces sunt fidei et notitie ipsius. Et hoc est quod dicit: De vestimento quid solliciti estis. Prime due rationes magis arguunt contra sollicitudinem victus quam necessitas quia continua maior. Hec autem vero arguit contra sollicitudinem vestimentorum que minor est quia multi sine vestibus vixerunt sed non sine victu. Considerate lilia agri. Nomine liliorum generaliter intelligit quoscumque flores qui crescunt terra illis prebente nutrimentum cum rore celi crescunt absque sollicitudine propria. Non laborant acquirendo victum ut crescant neque nent. Nere est fila componere. Flores enim agri non filant ut vestimenta coloris varii sibi texant. Deinde commendat florum ornatum quia excedit omnem ornatum humana industria factum. Dico autem vobis quod neque Salomon, qui super omnes reges deliciis habundavit, in omni gloria sua, qui magis fuit gloriosus, coopertus est venusto colore sicut unum ex istis. Id est ... sicut mihi quod sericum quod reges ... pictura

[illegible marginal gloss]

[illegible]

textarum pre floribus operari. Illa rubet ut rosa, aliud ita candet ut lilium, viole vero purpurag. nullo superari murice i. purpureo colore oculos magis quam purpureo sermonum iudicium est. Si autem fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit. Crisostomus. Statuto tempore lilia formarum infrondibus vestiuntur, candore implentur, odoribus, et quod terra radici non dederat deus invisibili operatione largitur. Quanto magis vos modice fidei. Vere modice sumus fidei, quia tali exemplo sensibili oportet ad fidem duci. Sextam rationem adducit ex differentia que debet esse inter fideles et incredulos, quia non credentes esse quia quia preter hec sensibilia ea sola inquirunt que dei providencia non credunt largiri, sed humana habere solicitudine. Sed non tales sunt fideles, unde repetit principale propositum. Nolite ergo soliciti esse. Prima Cor. vii. Volo vos sine solicitudine esse, dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Rabanus. Non dixit nolite querere sed nolite soliciti esse. Et non dixit ne sitis soliciti de victu et potu et vestitu, sed quid manducetis, quid bibatis, quo operiamini, ubi illi arguii videntur qui spreto communi victu vel lautiora vel austeriora querunt quam hii cum quibus vitam ducunt. Hec enim omnia gentes inquirunt. Et hoc propter duo: primo secundum Augustinum quia nullam habent spem futuri seculi neque metum iudicii, ideo ista querunt tamquam bona maxima. Item secundum Crisostomum quia non credunt temporalia dei providencia gubernari sed casu evenire. Ideo propterea solicitantur. Christiani vero quia ideo sperant eterna bona, non debent de temporalibus esse soliciti, que et scit dei providencia distribui hominibus. Septimam

rationem adducit ex solicitudine dei patris erga nos, quia nos solicitos esse non oportet. Neque enim filii debent solicitari de victum habeant et vestitum, sed hanc solicitudinem habeant parentes multo magis quam ipsi. Cura est de vobis. Scit enim pater vester. Crisostomus. Quam scivit naturam eius novit indigenciam, quia si pater est non potest despicere filios, quia omnibus hiis indigetis. Non ergo deficit in necessariis sicut parentes, licet filiis non dent superflua, tribuunt tamen necessaria. Distinctio secunda 3

Certe tum dicit. Querite ergo. Postquam ostendit mamone non esse serviendum per solicitudinem temporalium, nunc declarat quid sit querendum, unde dicit. Primum i. ante omnia et super omnia querite cum desiderio regnum dei, quod est eterna beatitudo querendum est, ergo regnum dei i. petendum et investigandum, petendum quidem oracionibus, quia est collatio regnum intuitus in alterius parte, unde de oracione Augustinus in soliloquiis. Tu es summum bonum quod nemo in te quesivit et non invenit. Vel querit cum principaliter quia principaliter querendum est propter tria. Primo quia ad ipsum percipiendum conditi sumus. Stulti quidem homines velud bruta animalia ignorant ad quid sint creati. Credunt enim ad hoc se creatos ut mundanis rebus utantur, pro libito vita perfruantur, gaudeant divicias congregent, honores acquirant, teneant et comessacionibus atque luxurie vacent. Dicunt enim illud Sapientie 2. Hec est pars nostra et sors. Sed non sic est, ideo conditus est homo ut regnum eternum possideat. Fecit enim deus hominem rectum ad superna

[illegible]

licet ipse se nominauit in tantis operibus
= Secundo querendum est illud principa-
liter quia in eo omne bonum continetur
plene et perfecte vbi nullus defectus nulla indigentia = Tercio quia ipsum
solum satiat eternaliter Ps. Satia-
bor cum apparuerit gloria tua = Secundo
querenda est istius regni iusticia
Et iusticiam eius. Nullus enim est
regnicola qui ipsi regni iusticiam
non seruat Iusticia autem regni
in tribus consistit = Primo in percepcione
sacramenti fidei Jo. 3. Nisi quis
renatus fuit ex aqua et spiritu sancto
non potest intrare in regnum dei
Oportet ergo signa regni et sacramenta
suscipere quecumque volentem esse
de regno dei = Secundo consistit in contemp-
tu mundi non timendo ipsius ad-
uersa nec appetendo ipsius prospera
Justum enim est ut quilibet con-
tempnat regnum terrenum suo regno
mundi quidem aduersa tolleranda
sunt fortiter Actuum 14. Per multas
tribulaciones oportet nos intrare
in regnum dei. Eius autem prospera sunt
fugienda que sunt carnis con-
cupiscencia concupiscencia ocu-
lorum et superbia vite Contra primum 1.
Cor. 15. Caro et sanguis regnum
dei non possidebunt et hoc quantum
ad tactum. Quantum vero ad gustum
1. Cor. 6. Non est regnum dei
esca et potus quoniam qui talia agunt
regnum dei non consequentur Gal. 5.
Contra auariciam que est concupis-
cencia oculorum dicitur Mt. 5. Beati
pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum Et eiusdem 19. Quam
difficile qui pecunias habent regnum
dei possidebunt Contra superbiam
vite dicitur Mt. 19. Sinite paruulos
venire ad me talium enim est regnum

celorum = Tercio iusticia consistit ut ea que regni
sunt operentur Et hec sunt virtutes que quasi
ipsius statuta que fecerit operari oportet toto co-
natu Mt. 11. Regnum celorum vim patitur et
violenti rapiunt illud Et oportet agere fun-
damentaliter Mt. 5. Nisi habundauerit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in
regnum celorum Item oportet agere perseueranter
Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum
et respiciens retro aptus est regno dei Vltima
iusticia regni est si quis contra ius regis
deliquerit quod peniteat Mt. 3. Penitenciam a-
gite appropinquabit in vos regnum dei = Tercio
promittit temporale subsidium Et hec omnia
temporalia victus scilicet et vestitus adijci-
entur vobis. Addicio est minoris boni quod non
queritur principaliter ad illud boni quo intenditur
et non propter se sed magis in sustentacionem nostre
fragilitatis Talia autem sunt hec temporalia
et non dari set vero iam date domino promisso
adici dicuntur Nec est dubium quin ista ad-
iciantur querentibus summum bonum quia in
summa vita patris rex noster non permittat
sine talibus stipendijs militare Quas
deus debuit peccatoribus multo magis nobis
Ps. Jacta cogitatum tuum in domino et ipse
te enutriet = Interrogatus beatus franciscus
quibus fratres eius pasceret Respondit rex quidam
quandam mulierem impregnauit in silua que
natum puerum aliquo tempore nutritum de-
tulit ad portam regis ut ipsum decetero pa-
sceret. Rex audiens ait Tot mali in
valles comedunt panem meum nonne
filius meus non est dignus inter
alios sustentari. Hanc exponens pa-
rabolam dixit se esse mulierem dei sibi
impregnatam Nec mirum si deo tot in
iustis pascente si spiritualibus filijs ele-
mosinam prouidebit. Prouidet auibus
celi superbis auaris et raptoribus Proui-
det floribus mundi multo magis que-
rentibus regnum dei. Rogemus etc.

Dominica 14a post trinitatis prima

Dominica 14a ...

Justicia regni celorum in tribus consistit

2

act. 14

3

4

Ibat ihesus in ciuitatem que
vocatur naym et ibant cum eo discipuli eius.
Luc. 7. Nemo exquisitis opibus commendatur
sed mira mirabilibus addita virtutem operantis
magnificant. Unde omnes deum laudauerunt quia
infinitis miraculis cunctis mirabilibus infi-
nitam virtus adiunxit sicut in presenti ewangelio continetur
quod in tres partes diuiditur. In quarum prima po-
nitur occasio declarationis miraculi. In secunda tangitur re-
suscitatio defuncti iuuenis ibi Cum autem
vidisset. In tercia ponitur glorificatio diuini
muneris ibi Accepit autem. Circa primum
ta facit. Innuitur cum primo christi aduentus
honorabilis quia multi comitabantur ei. I-
bat ihesus in ciuitatem que vocatur naym
post curationem paralitici serui centurionis
factam in capharnaum ciuitate galilee ad
aliam venit ciuitatem ut beneficia tribuit
indigentibus. Est autem naym duobus
miliaribus distans a monte thabor. Et
ibant cum eo tamquam cum magistro discipuli
eius quia omnia reliquerant ut ipsius
doctrina informarentur. Mat. 19. Ecce nos re-
liquimus omnia et secuti sumus te. Et turba
copiosa. que eum sequebatur tracta nominis
opinione suauitate doctrine et deuotione eius
sectatus. Jo. 6. Domine ad quem ibimus
verba vite eterne habes. Nota quod naym interpretatur
commotio vel fluctus et significat mundum
istum quia sine quiete velud mare fluc-
tuat et se mouet. Unde mundus sic dictus
est non per antiphrasim sed a motu continuo.
Est autem in mundo quadruplex commotio seu muta-
cio scilicet nature fortune voluntatis vo-
luptatis et temptationis. ¶ Commotio
nature est [illegible] in infanciam ab in-
fancia in pueritiam a pueritia in adole-
scenciam ab adolescencia in iuuentutem
a iuuentute in senectutem a senectute
in mortem cum ingreditur caro in pul-
uerem. Ps. Mane sicut herba transeat
Ecce pueritie viriditas mane transeat
et floreat Ecce flos iuuentutis vespere
decidat Ecce casus senectutis indu-
ret et arescat ecce mors. Ista commotio
est sine quiete. Job 13. Quasi flos egre-
ditur et conteritur et fugit velud umbra
et numquam in eodem statu permanet. Flos
enim dicitur [illegible] talis [illegible] est humana
vita que fluit sicut aqua super terram
que non reuertitur. Et tamen amatores vite
presentis sic fluctuantes in ista vita
tamquam permaneat confidunt. Est vero
alia commotio nature que est a sanitate
in egritudinem. Et alia a sacietate
in esuriem et sitim, a calore in frigus
et aliis qualitatibus et passionibus mul-
tipliciter agitatur. ¶ Secunda commotio
est fortune a prosperis in aduersis, a diui-
ciis in penuriam, ab amicis in desolacionem,
a principatu in subiectionem et a gaudio
in tristiciam. Hec est vita rote ecce
fortune que numquam quiescit de qua
anticlaudianus li. viii. Precipite illa
mouet rotam et tamen miseri homines
sic deludunt prosperis ecce fortune
ut non attendant casum aduersi-
tatis. Eccli. xi. In die bonorum ne im-
memor sis malorum. ¶ Tercia commo-
cio est voluntatis que difficile ma-
net firma nunc appetit hoc nunc
aliud nunc odit nunc diligit. Juxta
illud Quo teneam nodo mutantem
prothea vultus. Ita ut non sit status
in quo animum suum statuat nisi affectum
suum in deo stabiliat. Unde dicitur est
Augustinus Quid in te stas et non
stas? proice te in eum et excipiet te et
sanabit te. Tanta enim est mentis
instabilitas ut cum ad [illegible]
unius transit ad amorem alterius
non sanat animum sed magis et [illegible]
amplius affligit ut dicit Ber.
ad fratres de monte dei vel Hugo.
Erubesce miser homo terra stat et
tu stare non potes. Quarta (?) commotio

[illegible]

pro sua gratione terre quia commota est. Quarta commotio est voluptatis quam attendimus in glosa commessatorum hominum. A comessationibus namque surrexerunt ad ludum Exo. 32. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Est aliud surrexerunt in luxuriam Sapi. 2. floribus coronemus nos antequam marcescant. Nullum pratum sit quod non transeat luxuria nostra. A luxuria surrexerunt et avaritiam et in ceteram vitia quia peccatum trahit aliud peccatum. Vestitur enim alia vitia nec unquam quiescunt male agere donec ista tota cum ipsis deferat infernum. Quinta commotio est belli temptationum que nunquam quiescit unde Bern. admonitos nos esse volo quod quicumque ab aliqua temptatione liberatur aliam secutus expectet. Dyabolus enim circuit querens quem devoret unde Job. Enim non stendum atque gemendum est rursus serpens adulteritos tibos invitat caro ethit mundus blandiuntur. Id temptationis bellum simile est pugne factum cum ydra cui uno capite absciso plura nascuntur. Sic una temptatione victa plures insurgunt. Sed non est timendum inpugnare. Habemus enim arma scutum et gladium. Arma sunt lorica fiducie Ephes. vi. Galea spes salutis Ephes. vi. Galeam salutis assumite. Scutum fidei Ephes. vi. In omnibus sumentes scutum fidei et gladium spiritus quod est verbum dei. Est etiam deus in auxilium qui non permittit nos temptari supra illud quod possumus. Secundo ponitur de lacrimis defuncti. Cum autem appropinquaret porte civitatis ecce defunctus efferebatur id est extra portam efferebatur. Consuetudo fuit iudeis mortuos extra civitatem sepelire quia

[illegible]

[illegible]

mortui non sunt de congregatione vivorum. Demonstrat adversitatem matris huius defuncti quia unicus erat. Hunc sola lactabat solus erat alacritatis causa in domo et matri dulce ac proprium. Sic solus existebat. Tertio ponitur pompa funeris magis solatia vivorum quam mortuorum remedia sunt unde dicitur Et turba multa civitatis cum illa. Viduam orbatam matrem comitabantur ut consolarentur. Nam ut dicit Cirillus miseranda erat passio fletum et lacrimas prestans. Distinctio secunda

Secundo cum dicitur Quem cum vidisset et cetera agitur defuncti suscitatione et ea fiunt primitus cum primo cuius tunc Christus iuvenem suscitavit quia compassione matris unde dicitur Quam cum vidisset dominus sic flentem et afflictam misericordia motus est super eam. Non quidem misertus est adolescenti mortuo sed magis plangenti matri. Dixit verbo consolatorio Noli flere. Beda q. d. desiste flere mortuum quem mox accipies vivum. Crisos. Iubet cessare a lacrimis qui consolatur mestos. Job 29. Cor vidue consolatus sum. Ubi monet de parentibus defunctis consolationem accipere. Vivunt parentes pagani tamen et gentiles tamen sunt plangendi filios suos defunctos quia vitam nesciunt sed Christianam eam credunt quod dicitur Eccl. 22. Modicum plora super mortuum. Secundo ponitur Christi operatio. Et accessit et tetigit loculum. Loculus dicitur diminutive mortui locus in quo iacet. Cui enim viventi magna palatia et ample domus non sufficiebant, post ei morienti parvus locus sufficit unde de Alexandro dixit quidam philosophus Quem totus mundus heri non capiebat hodie parva continet urna. Is autem tetigit loculum secundum Cirillum ut effectus salutis tactu sacri corporis Christi deveniret ad mortuum. Est enim corpus vite et verbo ubi omnipotentis eius habet virtutem. Sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis sic postquam caro unita est verbo quod vivificat omnia ipsa quoque

[illegible]

[illegible]

Fca est vivificativa et mortis expulsiva Lu. vij. Aut qui portabant steterunt. Aut enim virtute tactus Christi moueri se non potuerunt aut spirantes aliquod beneficium steterunt. Deinde ponitur Christi imperium Et ait. Mortuo loquebatur ipse cui omnia viuunt et cum corpora nostra non pereunt pereunt sed mutantur in melius. Adolescens tibi dico. Sed nunc videamus quem dixit adolescens florentis significauit temporis horam primam producentem lanuginem qui paulo ante muliebris erat maternorum oculorum aspectum aspirans ad tempus sponsalium virga generis successionis vanus baculus senectutis tibi dico. Christus ipse qui non entia vocat mortuos ut viuos alloquitur precipiendo Surge. Augustinus Nemo nobis dormiunt excitare possumus ut surgant. dormiunt excitare possumus ut surgant. quamquam trahe si quis vero nobis sit mortuus sicut iacet vel trahimus aut impellimus non surgit Quia viuimus aut impellimus non surgit Quia vero omnes mortui Christo dormiunt ideo facilius eos potest facere ut surgant a morte quam nos dormientes ut a sompno surgant. Tercio ponitur vivificatio defuncti Et resedit. i. surgens sedit in loculo qui erat mortuus. Surgens sedit in loculo qui erat mortuus. Diuina enim potestas est irrefragabilis sine mora tarditatis et instancia Et cepit loqui. Prima verba ipsius fuerunt gratiarum actiones. Christus hec sunt indicia vere viuus corpus enim exsecet sunt indicia vere viuus corpus enim ex ante loqui non potest Et dedit illum matri sue. quia non suo merito sed matris reuixerat adolescens ideo sibi non relinquitur sed neque alicui alteri tradit aqueus deipso fruatur tristis in ipso consolaretur Et attende quia non legitur quod ista vidua verbo rogauit deum pro suscitatione filii sed ipse vidit desiderium cordis eius quod cunctis preualet orationibus Sed Gregorius. 22. mor. Vera postulatio non in oris est vocibus sed in cogitationibus cordis ualenciores namque apud secretissimas dei aures orationes non faciunt verba nostra sed desideria Nota quod iste defunctus significat peccatorem qui priuatus est vite officio cuius culpam attendamus periculum Quia enim erat inepta significat peccatum corpore perpetratum Vnde erat adolescens quia hec etas non dum est peccandi consuetudinem sed iam incipit.

[illegible]

operari que male concupiscit Et quia prima iuuentutis peccata sunt carnalia forte intelligitur peccator iste defunctus luxurie vicio et patet in loculo. i. in angusto conscientie quem portant ad tumulum nisi deus adiuuet. Quatuor s. delectatio peccati que trahit ad tumulum consuetudinis iocunditas cognitionis timor satisfactionis que ducunt ad obduracionem presumptio vite que trahit ad peccati defensionem vel Prouerbia. Apprehensum deosculatur iuuenem sicut dicit de luxuria vel dicitur Eccl. 39. Mulier molesta erat adolescenti. Nota quod hoc evangelium legitur in Quadragesima vel tanto tempore quia luxuriam mouet claritas temporis et copia fructuum sed mater ecclesia cuius sponsus est mortuus plangit pro eo ac si esset ei unicus Cuius lacrimis Christus commouetur et tangit defuncti conscientiam immittens timorem extremi iudicii Tunc subsistunt male desiderantes turbo Christi resurgit et reddit matri ecclesie ut non discurrat sed restringat moribus et disciplina Prouerbia. 2. Detur paruulis astucia et adolescencia et intellectus

Dicto secundo de tercio

Tercio cum dicitur. Accepit autem et tangit glorificatio diuini nominis et ita facit. Primo enim percutit timor. Accepit autem omnes timor vel reuerentia maiestatis eius aut timore tante virtutis que est resuscitare mortuum Je. x. Quis non timebit te o rex gentium. Primo quidem timor mali culpe quia facit illud odire Prou. viij. Timor domini odit malum Et facit illud fugere Prou. xv. Per timorem domini omnis declinat a malo Et mali existens tollit Eccl. i. Timor domini expellit peccatum Secundo dicitur bonum generat explicitem Et effectum Primo quia iustificat Eccl. Primo

[illegible]

Can sine timore est non pt iustificari. Jt virtutes incitat de intellectualibus quidem dicit ps. Jnicium sapiencie timor dni. De hijs q sunt magistri dicit Eccl. 10. Timor dni inicium dilectionis eius. Item tandem omnibus virtutibus dicit. Ysa. 33. Timor dni ipse est thesaurus respectu uo boni glie effcm habet quia eo beatificam Eccl. 40. Timor dni sicut paradisus benedictionis. Scdo ponit laudis magnificencia. Et magnificabant dnm dicentes magnificabant cum illo pdicando q magnificus erat ope quia propheta magnus surrexit in nobis. Et videntur intelligere completum esse illud. Deut. 18. q pdixit moyses. Prophetam suscitabit tibi dns de fratribus tuis. Propheta magnus fuit altitudine contemplationis Mt. Nemo novit patrem nisi filius. Jt magnus diffusione cognitionis Hebr. 4. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius nec est ulla creatura invisibilis in conspectu eius sive pnts sive preterita sive futura. Jt magnus sublimitate doctrine. Mt. 22. Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces. Johannis. 7. Nunquam sic locutus est homo. Jt magnus virtute ps. Magnus es tu et faciens mirabilia. Jt magnus sanctitate. Jo. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato. Tercio ponit pdicacio redempcionis humani generis. Et quia deus visitavit plebem suam. Visitavit quidem carnem assumendo quia verbum caro factum est et habitavit in nobis. Luc. 2. Benedictus dominus israel quia visitavit et fecit redempcionem plebis sue. Rogemus

Cum intraret ihesus in domum cuiusdam (10. dni. post Trin.)

principis phariseorum sabbato manducare panem etc. Luc. 14. Observant venatores tempus et locum aptum capiendis animalibus quando s. et ubi maxime conveniunt. Salvator ergo noster qui venit ad se homines trahere potissime racione doctrine et testa miraculorum pdicabat diebus festivis quando vacabant homines et in templo et in synagogis ubi maior conveniebat multitudo. Unde in hodierno evangelio legitur q sabbato existens in convivio sanavit ydropicum et doctrinam proposuit salutarem. Unde in tres partes dividitur evangelium. Jn prima tangitur refectio salutaris eius propter suam humanitatem et infirmitatem. Jn scda sanacio languoris cuius ostendens divinitatis potestatem ibi. Ipse vero etc. Jn tercia exhortacio hominis pcedens humilitatem ibi. Dicebat autem etc. Circa primum tria facit. Ondit enim primo pietatis effectum quando phariseus xpm refecit. Cum intraret ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum. Non habuit xpus in hoc mundo propriam domum. Unde cuidam dicenti sequar te quocumque ieris respondit. Vulpes foveas habent et volucres celi nidos. Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Mt. viii. Jn vita eius in infancia fuit in presepio reclinatus. Jngressus est autem xpus aliena hospicia phariseis. Et licet ut dicit Cirillus malicia phariseorum cognosceret ne congnosceret xpm invitatus tamen ad convivium ingressus est ut illos presentes pntibus et verbis qui invitaverant sabbato qui erat dies apud iudeos celebris sicut dies dominicus apud xpianos manducare panem. Jn quo notatur humanitatis ostenditur. Nota autem panis intelligitur quoque cibum iuxta consuetudinem scripture et convenienter appellatur nomine panis significavit quia panis principaliter pertinet ad nutrimentum hominis. Jtem commendat illud convivium non fuisse commessacionibus sed sobrietatis. Et nota q istud pietatis officium multipliciter commendatur. Primo ex parte eius cui est impensum s. xpo. Pauperi xpo iusto talibus enim largienda est elemosina. Et nos cum pauperibus damus xpo tribuimus maxime si largimur in-

[illegible]

nomine salvatoris. Secundo commendat expte largientis quia princeps sacerdotum princeps est. cum qui plura habent magis debent tribuere indigentibus. Tercio expte temporis quia in die festo quia in sollempnitatibus pauperes vocandi sunt ad mensam unde legitur Tho. 2. quod dum esset paratum prandium bonum in domo Thobie in die festo misit filium suum ut vocaret pauperes timentes deum. Quarto commendat expte rei date quod duplex fuit. scilicet hospitalitas contra eos qui abhominantur si pauperes corpore domum ingrediuntur. ys. 63. Egenos vagos que induc in domum tuam. Secundo dedit vite sustentamentum et ad mensam panem. ys. 62. frange esurienti panem tuum. Job. 31. Si comedi buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea. Secundo ponit phariseorum malignitatem Et ipsi observabant eum .i. insidiabantur. q. observantes. Unde contra ps. observat peccator iustum et querit mortificare eum. Attendebant enim si aliquid faceret unde possent eum accusare et ei detrahere. quia attendunt ut bonum vicient et malum publicent. Invidus quidem est tribus modis alios observare. Gaudent enim de adversis proximi et dolent in prosperis eius unde usus habet que tenet lacrimas qua nil lacrimabile cernit. Utque sui in eo visus insignis fecit dolores gaudium est ad visitat aliorum incitet invidum quia ut dicit Crisostomus sicut scarabei nutriuntur stercoribus ita invidi nutriuntur aliorum infortuniis. Isti sunt upupa avis immundissima que nidificat in sepulchris humanis. Consumitur autem invidi in prosperitate aliorum prov. 14. Putredo ossium invidia. Et eiusdem. a. Spiritus tristis exsiccat ossa. Et attende quod ista passio est in oculis Eccli. 14. Nequam est oculus invidi. Et in manibus

qua libenter audit malum de alio. Est et fumus terribilis qui celum inbilat. Est et inodoratum quia fugit odorem bone fame sicut vultur odorem florum. Est mors quia impedit felicitatem alterius bonum. Est vermis in ore per detractionem que est filia invidie. Unde verbiat cum lingua detractoris et est lingua serpentina de qua ps. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. venenum aspidum sub labiis eorum. Et lingua eorum gladius acutus. ut dicit magister Otto. Itaque lancee lingue detrahentis peior est que ea que latus domini perforavit. Item detractores mordent dente canino Eccli. 10. Si mordeat serpens in silencio nichil minus eo qui detrahit in occulto. Item detractores devorant illos admodum luporum. Lupi vel gulosi carnes coctas comedunt. detractores vero carnes crudas Gal. 4. Si invicem mordetis et comeditis videte ne ab invicem consumamini. Hec est fera pessima que devoravit Ioseph. et alias comedit et occidit. Job. 4. Parvulum occidit invidia. Item pessima quia nunquam saciatur malo alterius unde Ciprianus zelus iste modum non habet in gratia permanens sine fine. Item pessima quia homo non potest inflammari cum beneficiis receptis. Item nunquam deficit. visus cum lyvore salte in inferno non erit. ubi tamen et invidia non deficiat. Istud est viciosum malignitatis dyabolice de quo Sapiens primo invidia dyaboli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Tercio ponit infirmi presencia Et ecce homo quidam ydropicus. ydropicus dicitur ab ydor quod est aqua et pesis quod est humor. a. aquosus

[illegible]

humor est infirmitas inflans membra ex humoris habundantia. Erat ante illum. non petebat verbis sanitatem quia infirmitas ipsa loquebatur. Vel secundum Willelmum quia propter iudeorum presenciam timebat in sabbato petere curacionem. Deinde ponit quid super hoc xpistus consuluerit. Et respondens ihesus dixit ad legis peritos. Beda licet nichil interrogabant vidisse tamen dicitur quia audiebat cogitaciones eorum observantes si curaret egrotum. Prosequitur Dominus scit cogitaciones hominum quoniam vane sunt. Peritos autem legis interrogat quibus debebat esse notum quod sabbato liceat vel non. et phariseos quos ideo interrogat quia tamquam iusti singularem habebant conversacionem et valde curiosam circa legis observanciam. Si licet sabbato curare. Hoc ideo interrogat quia videbat eos observare an curaret. At illi tacuerunt. glosa quia nescierunt quid respondere. Si enim licet quare observant. si non licet quare sabbato pecora curant. Et in veritate cum determinatum sit ex lege. Exterius hec genera operum a quibus abstinendum erat in sabbato. inter hec non continentur curaciones infirmi. magis ea que verbo dei fiebant. Ex hoc enim ipso statim quilibet potuit esse opus dei. aliter enim fieri non potuisset.

Distinctio 2a

Secundo cum dicit distinccio secunda Ipse vero apprehensum.

Tangit sanitatis impensum ubi tamen fiat. Ostendit enim opere racione quia sabbato curare liceat atque confusio phariseorum exprimitur. Neglectis ergo phariseorum insidiis dominus sanat ydropicum. Ipse vero apprehensum manu sue medicinalis virtutis sanavit cum tactu sue carnis mundissime ac dimisit insignum perfecte sanitatis

ut qui antea gravabatur morbo perfecta sanitate expeditus abiret quo vellet. Unde secundum Theophilactum. Dominus scandalum scandalum phariseorum contempsit ut subveniret egroto. docens nos ut non sit nobis cure si stulti scandalizantur cum magna rei consultat utilitas. Primo autem quia ydropicus est propter humoris aquatici et carnalis voluptas est habundancia tormenta humoris concupiscentie. Unde de spiritu concupiscencie dicitur quod habitat in locis humentibus Job xl. Avaricia est propter inhabundancia temporalis substancie. Et hec infirmitas debilitat spiritum et aggravat membra corporis. Talis est luxuria. Nichil enim sic debilitat hominem ad bonum sicut carnis concupiscencia quia totum hominem efficit carnalem et animalem. Et animalis homo non percipit ea que dei sunt. Unde Ieronimus super Osee libro. Sicut vinum et ebrietas cum qui bibit nimis sive impotem facit ita fornicacio atque luxuria pervertit spiritum animum ac debilitat et de racionali homine brutum efficit animal. Similiter et avaricia debilitat spiritum. Ligat enim in aliis spiritus molem auri et argenti ac terrene substancie ut non possit volare ad dominum. Ipse est in ypothesi baset debilis pedibus. Et hec infirmitas est accidencia quorum unum est sitis continua. Talis est luxuriosus qui numquam potest saciari. Unde proverbiorum 30. Et concupiscencia carnis et ignis avaricie permanet insaciabilia. De luxuria quidem dicit Ieronimus super Osee libro primo. Luxuria insaciabilis est voluptas et quanto magis capit tanto magis intentibus se siciens erat. Unde in fornicacione deficiunt fornicandi desiderium non quiescit. Similiter avari non saciant ea que habent sed quanto magis amplius habent tanto amplius cupit habere. Quia ut dicit Ieronimus. Avaro deo est tam quod

est aqua que non est [illegible] sicut ignis per additionem lignorum
magis accenditur et sicut qui bibit salsa magis
sitit ita avarus semper ampliora desiderat ita ut
saccus eius numquam possit impleri. Unde sunt similes
[illegible] Eccl. 4. Avarus non implebitur pecunia.
Unde quanto senior efficitur tanto amplius cupit
non satiatur etas nec [illegible] ponatur [illegible]
inferni quod numquam satiatur. Est etiam ydropisis cum
inflacione corporis sic luxuria que vesica infla-
ta est in medicinis donec putrescat. Num. 5. In-
flato ventre computruit femur. Usurarii et infla-
ti sunt bonis aliorum que aut male detinent sua
et iniuste rapiunt aliena qui tam diu infla-
buntur donec crepant et divicias trahat deus
de visceribus eorum sicut iudas qui suspensus
crepuit medius. Iob. 20. Divicias quas devo-
ravit evomet. Est etiam ydropisis cum fetore
anhelitus. Tales sunt avari talia sunt verba
luxuriosi. Nec mirum quod procedunt a fetore interiori
unde fetor cum magno [illegible] Ys. 34. De cadaveribus
eorum ascendit fetor. Fetet et avarus quia fi-
mo verum templum totus est plenus. Iohelis
2. Ascendit fetor eorum etc. Est ydropisis defor-
mat corpus. Luxuria autem maculat sed ava-
ricia [illegible] corpus et animam. De luxuriosis
quidem dicitur Eph. 4. Que in occulto fiunt
ab ipsis turpe est dicere. Turpe quidem quia turpia
sunt. De avaris [illegible] Non turpis lucri
gracia etc. Avarus et luxuriosus sanari possunt
si deus eos per manum apprehendit. Unde Ys.
42. Apprehendi manum tuam et servavi te. Apprehen-
det eos si manus porrexerint pauperibus [illegible]
largiendo si eas ad celum extenderint de-
vote ut salventur orando [illegible] salvum me
fac deus quoniam intraverunt aque usque ad ani-
mam meam. Secundo ponitur ratio quare sabbato
liceat curare. Et videns ad illos dixit.
Respondendo questionem quam prius proposuit cuius
[illegible] observatoribus et zelatoribus
legis. Asinus. tam stolidum animal aut
bos in puteum cadit et non continuo
extrahet illum die sabbati. Non pote-
rant [illegible] q. d. Si licitum est
liberare asinum aut bovem die sabbati
multo amplius hominem. Tercio [illegible]
ostenditur qua convicit eos veritas. Et non
poterant ad hec respondere illi. Iob. 9. Non
poterit unum respondere pro mille. Dispo[illegible]

Tercio cum dicitur. Dicebat etiam
autem [illegible] tangitur exhortacio
Christi ad humilitatem [illegible] ubi [illegible]
[illegible] premittit intentionem.
Dicebat autem et ad invitatos. Ponens
locutus fuerat legisperitis et phariseis
nunc illo docet reliquos quos [illegible] pri-
ceps invitaverat. Parabolam per quam aliud
dicitur et aliud intelligitur. Intendens
eos instruere quomodo primos accubitos [illegible]
primas sedes et honorabiliores in con-
viviis eligerent. Ubi considerandum
quod non erat principalis intencio Christi
docere hoc nam [illegible] hec amantes
reprehendunt. Mt. 23. Sed voluit Christus
ostendere quod sicut humilitas est contraria ei
qui cupit exaltari honore mundi ita
est contraria ei qui vult exaltari
honore celesti. Sed differencia est
quia quicumque se humiliat ut exaltetur
promocione ecclesiastica peccat. Eccli. 19.
Est qui nequiter se humiliat et interiora
eius plena sunt dolo. Est enim
falsa humilitas sub qua latet [illegible]
tenebra superbie. Qui vero se humiliat
ut exaltetur donis graciarum et premio
glorie [illegible] intencionem [illegible] ut
dicit [illegible] superbia et virtutes [illegible]
Secundo ostenditur quid sit impedimentum
honoris. Cum invitatus fueris ad nupcias.
Nupcie sunt [illegible]
ecclesia [illegible] quod Christus sibi univit
carnem humanam. Ad istas nupcias
invitati sunt omnes christiani [illegible]

Dist. 3

[illegible]

quidam ceteros dignitate precellunt
alii autem virtutum excellit una virtute
et excedit alia alii illo excellunt sat.
intelligentia Sunt enim nuptie celestis
patrie de quibus Apoc. 19. Venerunt
nuptie agni. non discumbas in primo
loco Ubi doctor non accipias primum
locum doctorum etiam si ibi sis non repu-
tes te dignum Si pontifex filius non
discumbas tuo iudicio in primo loco
exemplo beati petri alexandrini qui
nolebat sedere in cathedra predecessorum
suorum sed ad pedes Et quod primus locus
sit fugiendus probat ex tribus Primo
ex consideratione dignioris. Ne for-
te honoratior te sit invitatus
ab illo. Honoratior est qui dignus
est maiori honore talis non est virtu-
osior Et ideo quilibet qui in talibus
posset dignitati preferat invitatum
honorem si attendat quod in magis gratiose
esse potest alius esse eo honoratior. Non
enim dignitati debetur excellen-
tia aut attestatur virtutis excellen-
tiam. Secundo hoc idem probat quia
locus sublimis in indigno non
est stabilis sed inde eicitur Et veniens
is qui te et illum invitavit et di-
cat tibi da huic locum. Hoc frequenter
evenit quia qui se putabat esse
dignum prelatione eicitur a sua cogita-
tione et alteri traditur Similiter
qui se putabat tenere primum locum
eicitur quia ostenditur alter esse in ipso
loco Sicut legitur in vitis patrum
de mimo et ioculatore et de duabus
mulieribus claris cuidam heremite.
Et similiter in vita eterna qui se
putat ibi esse magnum invenietur
aliquis eo maior Sicut legitur
de heremita cui ostensum fuit quod premi-
um beati Basilii similis esset

Tertio hoc idem probat ex confusione que sequitur
Et tunc incipies cum rubore novissimum locum
tenere. Hoc legitur de lucifero dicente Ysa. 14. Super
astra celi exaltabo solium meum qui cum igno-
minia et confusione sit ad infernum detractus.
Tertio ostendit quid sit observandum volenti atti-
gere honoris celsitudinem quia debet humilia de
se sentire Sed cum invitatus fueris vade et
recumbe in novissimo loco. reputans te sibi
esse minimum unde etsi forte excelsior es digni-
tate vel nobilitate originis Eccli. 3. Quanto ma-
ior es humilia te in omnibus Circa adducit quare
quod novissimus locus est eligendus Primo
quia ex hoc habetur gratia amicicie ut cum venerit
qui te invitavit dicat tibi amice. Dicit amicus
quia amici et familiares in domo amicorum se
humiliant et si velint honorari dicunt nequaquam
sed honorentur alii quia ego de domo sum Secundo
est consecutio loci dignioris. Ascende superius.
tum quia te humiliasti tum quia amicus Prov.
25. Melius est ut dicatur tibi ascende superius
quam ut humilieris coram principe Tertio ponit
honoris gloriam que sequitur dignitatem. Tunc erit
tibi gloria honoris coram simul discumben-
tibus. tum quia humilis tum quia amicus
principis tum quia alto gradu sublimatus
Quarto omnium istorum rationem ponit et primo quare
qui discubuit in primo loco inde eicitur Quia
omnis qui se exaltat humiliabitur. Cum
enim honor non sit in honorato sed in hono-
rante oportet verum quod non se sed ab alio ho-
norari Et si alius noluit seipsum honorare.
Quicumque virtutibus splendet ab alio non expectat
honorari. quia hoc ipsum quod petit honoris
vanum facit eum indignum honore. Deinde
tamen quare exaltatur qui novissimum elegit
locum Et qui se humiliat. Cuius humilitatis
quatuor sunt rami Spernere mundum/ spernere
nullum/ spernere sese/ spernere se sperni/ Que haec
dona exaltabit. Nulla virtus digna est
exaltari nisi sola humilitas Xpu. 21.

Sapientia humiliati exaltavit caput eius et in medio magnatorum consedere illum faciet Rogerus. Et tercia dominica distinccio prima

Accesserunt ad ihesum pharisei et interrogavit eum unus ex illis legis doctor temptans eum. Mathei 22. Hoc idem legitur Mathei 12. Ultima in pro ebdomada precedente. Luce 20. Tota christiana vita a suo principio usque ad finem currit super duabus rotis scilicet amore et cognicione quas rotas luxuriosi vertunt in fimo luxurie et inficiuntur quidam in aquis avaricie et submerguntur quidam in montibus superbie et corruentes conquassantur et tunc nostra vita perficit si rota frangitur et tunc nostra vita perficit si rota amoris et cognicionis in deo volvantur. Amoris et cognicionis in deo volvantur decimus dileccionis et cognicionis agitur in presenti ewangelio. Quod in tres partes dividitur. Nam in prima namque quando querit que sit maximum legis mandatum. In secunda ostenditur quod unus amor sit cunctis excelsius ibi Et ait illis ihesus. In tercia probatur quod christus sit dei filius ibi Congregatis. Circa primum tria facit. Premittit illud quod legitur. Pharisei audientes quod christus saduceis imposuisset silencium de questione nimis. Accesserunt ad ihesum ipsi pharisei. accesserunt quidam congregati in unum. secundum Crisostomum ut multitudine vincerent quem racione superare non poterant. armatos se et nudos professi sunt. qui multitudine se armaverunt. Dicebant autem apud se. Unus loquatur pro omnibus ut si vicerit omnes loquantur per unum ut si ille vicerit omnes videantur vicisse. si autem victus fuerit ille solus videatur confusus. Accesserunt ergo ad christum non amore sed odio ut temptarent non ut instruerent. Psalmus. Principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius. In secundo ponitur conquirentis intencio. Et interrogavit eum unus ex eis. phariseis scilicet legis doctor. In quo ostenditur duplex interrogantis auctoritas. tum quia phariseus vita probatus tum quia legis doctor doctrina magisterii honoratus. temptans eum. In hoc derogat sue perfeccioni quia nec vir sanctus esse qui debet temptare nec doctus. Et non quia istud antiquum vicium iudeorum procedens ex ambiguitate fidei semper eum ipsi dominum temptaverunt. Psalmus. temptaverunt me patres vestri. Sic et christum temptaverunt. Et primo quidem multipliciter temptaverunt. Et primo quidem eius divinitatem. Mathei 27. Si filius dei est descendat nunc de cruce. Item temptaverunt ipsius potenciam Mathei. Quaerebant ab eo signum temptantes eum. Item temptaverunt eius sapienciam sicut hic. Item temptaverunt eius clemenciam Johannis 8. Cum obtulerunt ei mulierem in adulterio deprehensam. Item temptaverunt eius iusticiam si licet censum dari cesari an non Mathei 22. Item temptaverunt sciam eius ad legem Mathei 20. Si licet homini uxorem dimittere. Quae temptaciones fecerunt eos imitatores dyaboli qui primo temptavit christum in deserto. Ecclesiastici 18. Noli esse quasi homo qui temptat deum. In tercio ponitur interrogacio. Magister. magistrum appellat cuius non vult esse discipulus. forte ad cautelam sophisticam quam inter omnem interrogacionem collaudat rudentem ut facilius decipiat. Quod est mandatum magnum in lege. Omnia quidem magna sunt sed querit quod sit excellenter magnum. Crisostomus. De magno magis mandato interrogat qui nec minimum servat. Ille debet interrogare de maiori iusticia qui iam minorem conplevit. Et attende istius disputacionis ordinem. Primo enim convenerunt multitudine ut ipsum terrerent. Psalmus. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. Et infra. Non timebo milia populi circumdantis me. Secundo contexit sapientem proponunt. Tercio ipsum

collaudant ut decipiant. Quarto di
fficiliorem questionem proponit ut cum ex con
trarietate partium eadem expectant qui si
lencium imposuerat saduceis. Et quia sa
cerdotum et doctorum erant de lege ut
dicitur Mat. 2. ignorantes se ostendunt
quid de lege ipsum interrogant. Nota
quod quatuor ex causis proponit xpo hanc
questionem. Primo ut in responsione sua eum
legis transgressorem convincerent. Notum
enim erat omnibus precepta prime tabule
maiora esse preceptis secunde et suprema.
Non tamen sunt de quibus erat dubium quod primum
erat maius. Si enim dixisset xpus
quod maius erat omnibus primum Non adora
bis deos alienos obiecissent quia ve
nerans humanam divinos honores susce
pit. Si vero secundum preceptum dixisset esse
maius scilicet Non assumes nomen dei tui
in vanum nomen tuum id est vilificativum que
humanitati subiecta est deum appellas. Illi
obiecissent quia filium dei se nominabat
cum esset homo. Si vero tercium manda
tum de observacione sabbati maius omnibus
dixisset obiecissent illi quia sabbatum non
custodiret. Secunda causa quare proposuit hanc
questionem est ut eum ostenderet ignorantem
ita ut dicit Orig. dicunt ante apud illos
hec quod versabatur quibusdam preferentibus
unum mandatum aliis vero aliud et cuius
sententiam tenuisset xpus opinionem exaltet et
opinione videretur fautoribus eius ingratus.
Tercia causa est ut certi dubie aliquam
haberent certitudinem. Quarta dicitur
sic factum est ut istius questionis determinatio
illi esset reservata qui cum sit lator
legis suorum preceptorum novit gradus et
ordinem. Ipse enim scit quod preceptum vo
luit magis obligatorium esse et ideo ipsius
est interpretari qui condidit legem. Dist. 2a

Secundo cum dicit Ait illis ihesus
ostendit quod dominus amor sit ceteris
preceptis excellencius et ita facit.

Promittit enim primo preceptum de diligendo deum. Ait
illis ihesus. Licet unus interroget omnibus tamen videt
sciens omnes interrogare per unum. Ubi considerenda est
salvatoris mansuetudo qua suos temptatores
conatur deducere in noticiam veritatis. Diliges. Non
dicit time, et hoc triplici de causa secundum Cris. Primo
quia timere est servorum, diligere vero filiorum. Nos vero non
sumus ancille filii sed libere. Gal. Secundo quia timere
est victis, diligere vero liberatis. Tercio quia licet
timor fugiat penam non tamen dat gloriam, diligere vero utrumque
facit. Quarto quia timere cum pena, diligere autem
cum delectacione. Deinde ponit dileccionis obiectum
Dominum deum tuum. Et ipse idem qui est materia dileccionis
terminus ipsius dileccionis est causa, quia ut dicit
Ber. Causa diligendi deum deus ipse est. Unde
nota quod dominus sic dicitur eo quod domui presit et ad
nutum eius tota domus eius regatur, quia deus
preest toti mundo cuius nutu totius mundi ma
china regitur, ideo diligendus est propter sua sapientia
et potenciam. Secundo dominus sic dicitur eo quod dat minas
insolentibus ut corrigantur, unde tamquam magister
diligendus est et corrector. Tercio dicitur dominus quasi dans
munus, quia vero deus dat munera sibi
obtemperantibus ideo est diligendus. Deus
vero sic dicitur eo quod nichil ei desit. Tercio dicitur deus
quasi diligens. Quarto dicitur quia omnia dat. Quinto magistro
dicitur a metu quia metuendus est. Quia
deus omnia diligit non minus si diligendus
est, quia prevenit nos quia vero sic diligit quod et
dat quicquid boni habemus amplius est diligendus.
Rursus quia talis dat ut nichil ei desit
cum sit infinitum bonum, ideo quod non requirit de
dato premium ideo super omnia est diligendus. Secundo
quia tam liberale est ipsius beneficium ideo dili
gendus est cum timore ut semper timeamus
ipsius dileccionem offendere et si impune facere
possemus ut dicit Aug. 3. de civitate dei. Unde
nam ut dicit proverbialiter Omnis amans ti
mens. Unde poeta Res est soliciti plena ti
moris amor. Rursus diligendus est deus
quia noster est. Nos siquidem creator noster

[illegible]

gubernator, iii redemptor, iiii remunerator. Quia creator iii est diligendus est amore filiali. Unde Dam. li. p. ca. iii. Principaliter est deus iii quia de non entibus ad esse produxit. Sicut qui genuerunt cum ex ipso et esse et generari susceperunt. Multum autem illum diligeres qui amissum oculum aut vitam tibi restitueret. Unde dicit Anselmus qui tibi non solum hec omnia dedit. Sic non solum hec dedit sed hominem inter ceteras creaturas nobilitavit. Unde Ber. in sermone paschali: O homo vide hoc, cogita qualem te deus fecit secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis ymagine creatoris insignem, racionis participem, beatitudinis eterne capacem. Si pictor ambos hec colores sibi facit vinculo amicabili artificio in comprehensibili sine spe retribucionis. Si imago pictura statuam suam cognosceret artificem, statim illum diligeret a quo ei esset tanta pulcritudo. Sic et nos quod est super omnia creacionis beneficia et ad sui ymaginem et similitudinem nos omnes fecit. Propter quod cum amare oportet quia similitudo est causa diligendi. Filius enim qui magis est similis patri naturaliter plus diligit patrem. Secundo diligendus est quia iii gubernator. Diligimus enim patrem et patrem familias quia dat nobis vite necessaria. Deus autem ad vitam providit utilitatem omnem creaturarum. Sic diligimus principem si rem publicam regit pacifice. Deus vero totam mundi machinam sine perturbacione gubernat et si aliqui multa in se per perturbaciones aliquas paciantur. Unde Boecius: O qui perpetua racione mundum gubernas terrarum celique sator, qui tempus ab evo ire iubes, stabilisque manens das cuncta moveri. Sic diligit discipulus magistrum. Deus vero omnem intellectum erudit. Tercio diligendus est quia iii redemptor. Si quis enim esset in captivitate positus aut morti adiudicatus, multum diligeret eum qui pro se intercederet, sed amplius si pro sua liberacione aliquos procuratores mitteret, maxime vero ille diligendus est qui et per se ipsum accederet. Sic caritas et dilectio eius amorem excedens est si et se ipsum servituti et morti tradet pro liberacione captivi. Iste ergo deus scilicet racione creacionis et gubernacionis et pagani plus quam sibi se tenentur diligere deum, quia totum quod sunt ab illo sunt, ut dicit Ber. ... dilectionis: ego fidelis debeo esse deo meo quia non solum eum credo vite mee conditorem, largitorem largissimum, administratorem pium, consolatorem, sollicitum gubernatorem, et insuper et copiosissimum redemptorem, eternum conservatorem, ditatorem et glorificatorem. Quarto diligendus est quia remunerator iiii est. Quilibet enim diligit vitam suam propter quam et totum mundum daret. Diligit homo sanitatem, pulcritudinem, divicias, potenciam, scienciam, virtutem, amiciciam et honorem, quia hec sunt bona hominis. Sic ergo amplius est diligendus in quo sunt omnia ista bona: vita sine mortalitate, sanitas sine infirmitate, pulcritudo sine deformitate, divicie sine paupertate, potencia sine debilitate, sciencia sine ignorancia, virtus sine malicia, amor sine discordia, honor sine invidia. Et attende quam amabilis sit deus. Cum enim iocundum sit ut aliquis se amari percipiat, tamen tantus est dei amor ad nos ut se percipiat redamari a nobis et fragilibus. Unde Aug. p. conf.: Quid tibi sum ipse ut amari iubeas a me et nisi faciam irasceris michi et minaris ingentes miserias? Parva ne ipsa est si non amem te. Item nota quod dei amor quintuplex est. Unus naturalis quo omnis creatura naturaliter inclinatur ad deum amandum. De quo Aug. p. li. soli. deus quem amat omne quod potest amare sive sciens sive nesciens. Unde Orig. Si aliquis querat quid accipiatur prima dilectio, respondeo quia dei amor indoctus est neque enim cadit su-

[illegible]

arte sicut vide lucem aut amare pa-
rentes nemo umquam didicit ita dive
dilectionis semmaria sunt in nobis
sine doctrina. ¶ Secundus amor est gratus
actionis quo diligit per accepta beneficia
¶ Tercius est mercenarius quo diligit
propter delectationem que est minus amore
¶ Quartus est virtutis quo diligit propter de-
lectationem que est minus amore. ¶ Quartus
est transformativus quo diligit propter se
ipsum nullo aut considerato bono. licet
sine mercede non diligat absque
tamen intuitu mercedis diligendus est
¶ Detur istius dilectionis ponit modus
et formam Ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et in tota mente tua. Augustinus
in sermone: totum exigit a te qui totum
fecit te sed noli tristis esse quia nichil tibi
unde gaudeas remaneat intus ex hoc
cum diligis totum te qui diligis dominum ex
toto te. ¶ Summa autem verba possunt ex-
poni septem modis ¶ Primo secundum Cri-
sostomum toto corde diligit deus id est certe
ut nullus in nobis altius amorem
sentiamus sed solius dei, tota anima
id est tota fidei firmitate, qui enim credit non
bonum esse extra dominum ut eum ipsum indicabit
amandum tota mente ut omnes sensus
vacent deo omnis intellectus ipsi ministret
omnis sapientia tua cum sit tota recorda-
tio sit de deo ¶ Secundum Origenem. Ex toto corde
id est secundum totam recordationem operationem et
cogitationem ex tota anima ut parati sit
eam ponere pro veritate dei in tota mente
nichil aliud proferas nisi que dei sunt
¶ Secundum Theophilum. Ex toto corde id est secundum omnes
vires anime intrinsecas ex tota anima
id est secundum omnes vires sensibiles partes que
sunt ira et desiderium et motum mentis
que pertinet ad animam racionalem ¶ Secundum Augustinum
primo de doctrina christiana. Dominum ex toto
corde. precipis diligere ut omnes cogita-
tiones tuas ex tota anima ut totam

vitam tuam ex tota mente ut omnem intellectum
tuum illuc conferas. ¶ Secundum Bernardum. ex toto corde id est intellectu ex
tota anima id est voluntate ex tota mente id est memoria
¶ Secundum partem irascibilem intellige. Unde deus qui credit
ad magna dicimus quod sit magni cordis quatenus
omnis amor mundi contempnatur et modo illud ardua
bonum tendamus tota anima que pertinet ad spiritualem
potentiam ut toto spiritu ad deum tendamus. Unde Gregorius 22
moralium capitulo 13. Nichil deum sufficit michi qui va-
cuitatem eum querit. ¶ Secundum toto corde quantum potes tota a-
nima quantum scis tota mente quantum velle potes et sic
¶ Deinde hoc mandatum explicatur commendat a magnitu-
dine scilicet ordine a magnitudine quidem hoc est ma-
ximum ¶ Primo quia nichil maius potest ab homine
fieri quam quod totum se det deo quantum potest ¶ Secundo quia ad
nichil aliud tamen obligatur nisi quatenus deus dili-
gatur eo modo quod deum est ¶ Tercio quia dei dilectio
maxima facit operari. Unde Corinthios 13. Si aliquis lo-
quatur linguis hominum et angelorum. si efficaciam fidei
habuit si cuncta sua distribuit si virtus tradiderit
corpus suum ita ut ardeat sine caritate nichil
valet hec omnia tamen ascendit caritas et edificalia omnia
facit operari. Unde Augustinus: solus amor est qui no-
men difficultatis erubescat ... nichil amanti-
bus durum nullus labor difficilis cupientibus
quorum maximum est mandatum quia maximum
exspectant premium. Ysaias. Oculus non vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit
deus hiis qui diligunt illum. Nulla virtus est
que expectet premium nisi sola dilectio et primum
mandatum. ¶ Quarto secundum Origenem. non ordine scripture
sed dignitate virtutis quia caritas est prima vir-
tutum sine qua nulla virtus est virtus ¶ Item
primum quia deus amorem primo ante omnia requirit
amor enim secundum Augustinum est primum donum unde
nichil possumus virtutis donare deo nisi prius ca-
ritatis donum dederimus ¶ Secundum primum quia hoc pre-
cepto tria precepta prime tabule servantur Ex
hoc enim quod deum diligimus toto corde et toto
spiritu non adoramus deos alienos sed unum
deum quem in spiritu oportet adorare. Ysaias Ex hoc vero
quod diligimus tota anima que scilicet est ad yma-

[illegible]

germen dei cognoscimus dei nomen non esse nisi extra
nature credendum. Exhortatur nos quod mente diligimus va-
cantes divinis verbis impletur preceptum de sanctificatione
sabbati. Secundo ponit preceptum de dilectione proximi quod primo
commendat ex ordine et similitudine ad primum. Secundum
autem est simile huic. Secundum preceptum est dilecto proximi
quia post caritatem secundo loco non est nisi cari-
tas simile illi. Primo quia utrumque est de dilectione
quod ut dicit Augustinus de trinitate eadem caritate diligitur
deus et proximus. Est simile quia unum ad alterum con-
sequitur. Qui enim diligit deum diligit et proximum et
econverso. Est simile secundum Crisostomum quia ymago
est homo in quo deus diligitur sicut rex in sua
ymagine honoratur. Est simile secundum Hylarium
quia eandem exspectat retributionis mercedem.
Deinde ponit ipsum mandatum diliges proximum
tuum. Hoc legitur Levitici 19. Augustinus primo de doctrina
christiana nomine proximi intelligitur vel cui prebendum
est vel a quo nobis prebendum est omne officium. Unde
sancti et angeli et christus ipse proximi sunt intelligi-
tur et omnes homines. Deinde istius precepti
tangit modum et formam sicut tactum in Augustinus
primo de doctrina christiana capitulo 21. adhuc quilibet se
ipsum diligere ut sit operatur quatenus deum diligat
toto corde tota anima tota mente sic et proximus
diligendus est. Tertio hec duo precepta caritatis
commendat. In hiis duobus mandatis universa
lex nova et vetus quia ad omnes sui partes pendet
i. sustinetur quia tota lex in hiis duobus fundatur
mandatis et prophete lex quidem precepta prima et
penas fundat in hiis duobus mandatis
s. et prophete in eisdem exhortationes comminationes
et promissiones suas fundant. Hec autem duo pre-
cepta cunctis oblationibus cunctis et sacrificiis
maiora esse dicit Marci 12. Distinctio tertia

Tertio cum dicit Congregatis ostendit quod
christus sit dei filius et quatuor facit.
Primo enim interrogat. Congregatis autem phariseis
interrogavit autem eos ihesus dicens Quid vobis
videtur de christo. Dupliciter enim errant iudei
circa christum. Primo quidem circa personam eius. Non
enim credunt esse eum christum qui venit in mundum
natus ex virgine sed adhuc eum exspectant.

Secundo errant circa naturam eius quia non
credunt christum quem exspectant esse deum
sed purum hominem. Et de isto secundo errore
eos interrogat Cuius filius est. Hoc ideo
forte querit quia ex quo totam legem
deduxerat ad duo mandata dile-
ctionis tanquam artifex sub legis-
lator vult ostendere rursus hec duo
mandata reduci in unum diligere
quod est christus. Nec enim diligit tamquam
deus et proximus nisi ipse. Secundo ponit
eorum responsionem dicunt ei David. Matthei primo
Liber generationis ihesu christi filii David.
Unde eundem dicebant eum esse filium David.
Secundum Chrisostomum namque ex multis prophe-
tantibus viderunt. Petrus alibi dicens
tu es christus filius dei vivi. Tertio
ponit salvator argumentationem dicens quod
David inspiratus non erroris merito
nec propria voluntate sed inspiratione sancti
vocavit eum dominum quod nequaquam liceret
si esset eius filius tantum. Dixit dominus
domino meo sede a dextris
meis. Non est deus figuratus ut ha-
beat lineamenta corporis dextram scilicet et
sinistram nec rursus querit sibi po-
sitionis aut locus cum sit immensus et inseparabi-
lis sed dextra significat patris potentiam
in qua filius sedere dicitur quia equalis
est sibi et consimilis ab eo. Donec
ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Inimici christi fuerunt
angeli peccatores et homines qui vo-
luerunt sibi usurpare potentiam
et sapientiam que deo attribuitur quos
sub pedibus suis posuit cum carnem
assumpsit et dicitur in mundum mitti.
Ante quidem quam carnem assumeret
ab eterno sedebat a dextris dei equaliter
patris sed cum per incarnationem internis
tenus fuerunt sibi subiugati inimici
eius tunc assumpte nature non

[illegible]

non sedit ad dexteram patris cum minor patre
sit secundum eos minor servo sed cum secundum divi
nitatem nam nunquam desistit qui filius
omnis est patri videlicet. Hec enim duo cognati
se non sunt. Quarto ponitur corporis in
sufficiencia ad videndum. Et nemo
poterat ei respondere verbum. Ad hoc non
potest responderi nisi per distinctionem quod Christum
esse deum et hominem: sed inquantum homo est
David filius est inquantum vero deus est dominus
cuius membra distinctionis quia usque
hodie non cognoscunt iudei ideo huic
argumentacioni respondere non potuerunt. Et
attende quod ista deductio evidentissime
probat Christi divinitatem contra iudeos ar
rianos ebionitas et nestorianos.
Neque ausus fuit quisquam ex illa die
amplius eum interrogare. Phariseis et saduceis
namque posuit in templo silencium im
posuit. Prius saduceis post hoc phariseis.
Sed quia illi non interrogabant
nec dissebant cum eo tamen cognoscendi
veritatem aliqui videntes eum prudentem
in questionibus et subtilem in solucio
nibus amplius animati fuissent eum
interrogare sed cum eo disputabant ut
eum superarent quod se videntes non posse
facere destiterunt a sermone forti et
manum eum ceperunt confligentes. Dominica
sequenti. Dominica 19. dispositio.

Ascendens Ihesus in naviculam
transfretavit et venit in civitatem
suam. Matthei 9. Hoc idem legitur Marci 2
et Luce 4. Hec est naturalis hominis co
dicio ut nichil spirituale nisi per corporalia
signa credimus esse aliquid sicut animam
eo quod ipsum videamus moveri et sentire.
Volens ergo salvator nobis ostendere quod paralesi
effectum poterat in anima per hoc solo
verbo sanavit paraliticum per contrictum
impetrari et omnia que interiora perceptis dividit.
Quinque autem prima ponitur miserabilis
oblacio infirmitatis. Secunda mirabilis probacio
potestatis. Et ecce quidam. Tertia venerabilis glo
rificacio deitatis ibi. Videntes autem. Quarta
finem tamen facit. Primo enim ponitur humilis adventus
tuus Christi. Ascendens Ihesus non quidem in magna
navem sed in naviculam quod attestatur eius humilime
paupertatis. Transfretavit id est transivit mare galilee
Erat enim iuxta genezareth et partibus iudaicis
ibidem ascendit in navem ut rediret in galylea
et hoc attestatur humilitati sue. Potuit enim ut dicit
[illegible] navigio transire qui pede potuit pertransire
non enim voluit semper sua potencia ostendere
in mirabilibus ne misterium incarnacionis noceret mi
sterio ut esset homines inde scirent vel nulla fuit potencia
semper valuit ea uti magis quam veritate instruere.
Et venit in civitatem suam. Gloss. Ecce creator regni
et orbis terre dominus propter quem quia nos in ea se
angustiavit in carne ne terreret hic quanta viria
ac principes propter nostrum enim ipse pater ut tanta eius
humilitatis nos attraheret Ubi humilitas quisatos
mos eius ostenditur quia cum esset dominus superne
civitatis angelorum venit ut esset civis istius
mundi ubi ideo civis abiectus. Terrenus atque peregrinus
nobiscum quia patria celesti exules eramus
quando adam peccavimus descendit in mercati[illegible] cum
propheta Baruch 3. Hic est deus noster et non estimabi
alius adversus post hec in terris visus est et cum
hominibus conversatus est. Sed dicitur adhuc quid
fuit civitas ista ad quam venit Christus. Mar
cus enim dicit quod fuit Capharnaum secundum
Crisostomum. Alia civitas suscepit Christum nascentem
scilicet Bethlem. Alia vero nutrivit scilicet Nazareth.
Alia vero habuit continue habitantem scilicet Capharnaum.
Quod cum dicit quod venit Nazareth. Hec enim eo
fuerit dici civitas Christi quia Nazarenus
appellatus est quod videtur repugnare. Marcus
dicit eum venisse Capharnaum. Ad quod Augustinus duplici
respondet. Primo quia esse potuit ut Matheus
premiserat ea que fecit Christus in civitate
sua Nazareth sed statim adiungit quod ferre

in capharnaum. In Marco. Et post dies veniens dominus Capharnaum. Dicitur esse venisse nazareth civitatem suam. Beda ponit putatiue languentis. Et ecce offerebant ei paraliticum. Paralisis grece dissolucio dicitur latine. est infirmitas omnia membra dissoluens ab invicem secundum virtutem qua unum membrum alterum iuvare non potest et est defectus motiue virtutis vel vehementiam languoris tangit. iacentem in lecto quia ipse non se mouere poterat. Et ut dicit Marcus a quatuor portabatur. Cum quando iste paraliticus fuit christo oblatus dicit Marcus et Lucas. Quia christo predicante in domo tanta multitudo convenerat ut totum atrium ianua esset plenum quidque paraliticum ferentes non invenirent qua parte eum inferrent ascendentes in domum tectum et per tegulas summiserunt grabatum in quo iacebat in medium ante ihesum. Tercio ponitur languentis consolatio. Videns autem ihesus fidem illorum. scilicet deferencium et eius qui erat oblatus. Non enim ut dicit Crisostomus se permisisset summitti detectis nisi credidisset. dixit paralitico. Et primo sicut bonus medicus dat infirmo fiduciam timenti de magnitudine languoris Confide. Inducit enim ad sui benivolenciam fili. [illegible] o magna humilitas despectum et debilem totis membris compaginibus dissolutum filium vocat quem sacerdotes non dignabantur attingere. Et vere filius qui iam credebat. Item eciam languoris tollit. remittuntur tibi peccata tua. [illegible] cum filiat cum languore tuo infirmi primo essent admonendi de peccatis qua ad correctionem peccatorum multa inferuntur languores. Et nota quod v. ex causis veniunt infirmitates. Primo ad probacionem virtutis sicut Iob. Secundo ad virtutis fortificacionem sicut paulus. Tercio ad peccatorum correctionem sicut paraliticus. Quarto ad manifestacionem glorie dei sicut cecus natus. Quinto ad inicium penarum sicut herodes cuius pena cepit eterna et in hoc mundo. Unde versus Iob paulus paraliticus cecus pu-

nit [illegible] probat. Hunc [illegible] reddit. manifestat et addit. Et nota hic navicula carnem eius significat quia ascendit quia carnis non fuit desideriis subiectus. Hanc naviculam ipse transiuit fretum temptacionum. Exposuit enim carnem penalibus fami siti laboribus frigoribus et caloribus timoribus tristicie et ploratibus. Item eandem exposuit adversitatibus paupertati calumpniis iniuriis persecucionibus flagellis penalibus et morti. Item eandem exposuit dyabolicis temptacionibus quia primo temptauit eum in deserto deinde concitauit adversus eum iudeos. Tercio et mortis horrorem induxit ut timens mortem vinceret. Iob primo. dominus dixit ad dyabolum Ecce omnia que habet in manu tua sunt. Et tu christus in navicula carnis sue civitatis freti temptacionis pertransiuit Apoc. iiii. Ecce vicit leo de tribu iuda. Nota secundo quod iste paraliticus peccatorem significat. Primo quia si consideretur genus infirmitatis. Sicut enim paralisis omnia membra dissoluit ab invicem sic et peccatum totus in anima est sine ulla composicione ubi nulla est connexio sed distinccio nunc ad luxuriam nunc ad mundi vanitatem nunc ad avariciam nunc ad aliud. Est enim in eo dissolutum iugum amoris et rupta vincula preceptorum Ier. ii. Item est quantum ad penam quia unum membrum alteri subvenire non potest. Ita peccator quando vult se iuvare [illegible] se iuvare non potest. gula infirmante abstinenciam. Item accidia infirmat oracionem. Item pigricia laborem. Item avaricia elemosinam et de singulis. Item paraliticus iacet in lecto. Iacet quidem prostratus Ier. ii. Leva oculos tuos in directum et vide ubi non [illegible] prostratus. Lectus eius est mollicies carnis concupiscencia mea pluma diviciarum [illegible] lecto iacet miser et non attendit quia [illegible] minatur periculum iam ignis est in paleis coluber sub pallio. Nota quod si sanari debet oportet primo quod cum deferant ad christum iiii portitores scilicet fortitudo temperancia iusticia et prudencia et submittant per humilitatem confessionis ante pedes ihesu. Et dicet tunc ihesus Confide fili.

Isti et plus [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] ... pendent ... et plusfemite ... gaudium ... non dominus ... in medicus et [illegible]

timorem explicitum scilicet satisfactionis temptationis et recidivationis. Dicit sibi fili. quasi erubescentia ne erubescat. tamquam aperte qui revelet peccata dicit eum remittuntur tibi peccata tua. que christus remittit auctoritate divinitatis multo penitentibus ministerio ecclesie sacerdotum **Distinctio secunda**

Secundo cum dicit. Ecce quidam. tangit quasi calumpniatores mirabiliter probato potestatis. Ubi quatuor tanguntur. Primum est aliquorum calumpnia. Et ecce quidam. de scribis legis doctoribus dixerunt intra se hic blasphemat. Blasphemia est maledictum aliquod contra dei maiestatem quod duobus modis fit. Uno modo detrahendo aliquid divinitatis sicut heretici. Alio modo divina attribuendo creaturis sicut gentiles et pagani. Contra deum non christum crediderunt esse blasphemum quia ea que dei sunt attribuat remittens peccata unde subdit in Marco. Quis potest peccata dimittere nisi solus deus. ysaie. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Secundo ponitur calumpniatorum reprehensio. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum. in quo statim esse se deum comprobavit quia solus novit occulta cordium unde potest peccata dimittere dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Non quidem mala cogitabant quod adhuc quod est soli deo peccata dimittere sed mala cogitabant quia putabant christum non esse deum nec huiusmodi potestatem habere. Tertio se probat posse peccata dimittere. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua an dicere surge et ambula. Uno quidem modo consideratione divine potestatis utrumque istorum equalis facilitatis quia nichil sibi est difficile sed equali facilitate animas sanat et corpora que equali facilitate creavit. Sed considerata creature infirmitate facilius est corpora sanare quam animas quia ut dicit Crisostomus quanto anima potior est corpore tanto peccatum dimittere maius est quam corpus sanare. sed tamen sanatio corporis aliquando signum est sanitatis anime quandoque infirmitas corporis causa est infirmitatis anime. Tertio modo dici potest facilius esse animam sanare quam corpus in dicto quibus corpus est manifestum et non anima. Deinde probat intentum. Ut autem sciatis quia filius hominis non solum deus sed homo qui est deus. habet potestatem in terra dimittendi peccata ad hoc probandum tunc ait paralitico surge sanus factus. tolle grabatum tuum. Job. Iohannes. Crisostomus et quod fuit testimonium infirmitatis sit probatio sanitatis et qui prius portabat illum ut lectum suum ipse portet. Et vade in domum tuam. ut non videaris tantum sanus in presentia mea sed et absens. Quarto ponitur subsecutio sanitatis effectus. Et surrexit et abiit in domum suam. Que sanitas probat corporis christum peccata dimittere aut enim equalis vel saltem in aspectu hominum facilius est corpus sanare quam animam quod si impio sanatus est in corpore eius ergo impio prius peccata dimitti. Nota triplex est status ecclesie scilicet incipientium proficientium et perfectorum. Ad mandatum quasi christi surgunt incipientes per displicentiam mali et amorem boni abstrahendo animam a carnalibus desideriis. Lectum non tollunt proficientes virtutibus. Contra ut dicit Gregorius. voluptates corporis in quibus prius iacebant postea tollerant portando ipsius corporis molestias et propriam carnem a terrenis desideriis ad nobilitatem spiritus sublevant. Redeunt et in domum suam perfecti quorum prima domus est secretum conscientie quia nesciunt extra vagari sed intentis domum cordis delectantur et quiescunt cum eterna sapientia prius. Intrans domum meam conquiescam cum illa non enim habet amaritudinem conventus illius. Secunda domus est fidelium congregatio. unde tandem ad tertiam perveniunt domum scilicet celestis patrie ubi videbitur deus deorum in syon ab hiis qui proficiunt de virtute in virtutem **Distinctio tertia**

Tertio cum dicit. Videntes tangit divinitatis glorificatio videntes autem turbe timuerunt. Solus enim deus timendus est. Deuteronomium 6. dominum deum tuum timebis et illi soli servies. Sicut enim maledictus est qui confidit in homine magis quam in deo ita maledictus qui preter deum aliquid timet. Sed attendendum ut dicit Augustinus libro de virginitate capitulo 40.

quartus timor est peior et magis culpabilis. scilicet timor
mundanus quo aliquis timet aliquando dominum, aliquando
hominem. Timet quidem quod temporalia bona
ne divicias auferat, ne infirmitatem inducat,
ne mundi adversa venire sinat. Neque enim
quod iste timendus est deus quia est timor
bestialis. psalmus. Dominum non invocaverunt, illic
trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
Aliquando mundano timore timet homo hominem.
aliquis timens offendere amicum, pretermittit
dei mandatum, et magis eligit displicere
deo quam offendere hominem. Item aliquando timet
homo vere adversitatis, timet iram ipsius
potencia, comminationes, flagella, quod quia
peccatores circumque facile deviat a iusticia
qui in mentibus non dominum sed hominem timet.
ysaias 51. Quis tu ut timeas ab homine
mortali. Item isto timore frequenter timet
homo ipsum mundum, timet enim penurias,
facit usuras, timet despici, querit inanem
gloriam, timens infirmitates vacat con-
iurationibus. Ecclesiastici 22. Cor timidum
in cogitatione fatui contra impetum timoris
non resistet. Timor iste non cogit quia
non cadit in constantem virum. Job 39.
frustra laboravit nullo timore cogente.
Secundus timor est servilis quia bonum
operatur sed non ex amore. Iste timor non est
virtus sed virtutis inicium preparans ad
virtutem, sed in virtute non manet. ysaias
26. A timore tuo concepimus et peperimus
spiritum salutis. Sed facto partu virtutis cessat
iste timor. Johannis 4. Timor non est in
caritate sed perfecta caritas foras mittit
timorem. Isto timore timet peccator dei
comminationes. Amos 3. Leo rugiet, quis
non timebit. Abacuc 3. Vocem tuam audi-
vi et timui eo quod [illegible]. Item timet
peccator districtum iudicium. psalmus. Confige ti-
more tuo carnes meas, a iudiciis enim
tuis timui. Item timet eternum iudicium
et supplicium. Mathei 10. Timete eum qui potest
animam et corpus mittere in gehennam.
Post istum servilem timorem sequitur

timor filialis qui est perfectus et sanctus. psalmus. Timor
domini sanctus permanet in seculum seculi. Qui timor
donum est spiritus sancti. Iste timor est duplex, scilicet displi-
cencie et reverencie. Timor displicencie est
iustorum qui tantum timent offendere dei dilectum
ut amore ipsius a malo abstineant. proverbiorum 16.
In timore domini declinatur a malo. Item alter
timor est reverencie quo et beati angeli et homines
in patria dominum timent ex reverencia maiestatis
ipsius. Apocalypsis 14. Timete dominum et date gloriam
illi et adorate eum qui fecit celum et terram. Et glo-
rificavit dominum qui dedit potestatem talem ho-
minibus. Potestatem dimittendi peccata deus de-
dit homini Christo in tempore quo [illegible] cum pre-
sumit. hanc et potestatem dedit apostolis. Johannis 20. Quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et quia
deus maxime glorificandus est, quia non
cuicumque potestatem sed tamen maxime deo quia
dedit, non angelis nec archangelis, non
quibuscumque supernis spiritibus, sed dedit hominibus
creature abiecte, creature fragili, et creature
et continue peccanti. Ex quo dei magnifice-
ncia multum relucet, quia in vili materia
tantum donum virtutis apposuit hominibus et

Dominica 19 distinctio

Simile factum est regnum
celorum homini regi qui fecit nupcias filio
suo. Mathei 22. [illegible] super
[illegible] Virgilii [illegible]
[illegible] qualitate in iram moveri nobiles
cum et si ad primus [illegible] ignoscere tamen in posterum
iram reservant. Unde Homerus dicit regna
ita se habere ut et si ad primus indulgeant vi-
dentur stimulos iracundie reservare. Sed contra
parabola eorum premittitur quia rex omnium deus contemptus
ab hominibus iram sustinuit. Sed tandem offensus
morte suorum et dehonestate regalis [illegible]
homicidas quidem perdidit [illegible]
et reddidit [illegible]. Et que hic parabolice
dicta sunt de nupciis eterni regis [illegible]
[illegible] primum est iusta reprobatio eorum [illegible]
[illegible]. Secundum est pia electio eorum qui
eadem appetunt [illegible] ait servis suis. Ter-
cium est provida circumspectio eorum qui eadem appetunt
[illegible] fideles agunt [illegible] rex. Circa
primum scilicet iusta reprobatione in [illegible]

[illegible]

.v. declarat. Primum est dominum quiuis magnifice-
tia iuste cum regebat qui magnificum neglig-
apparatum unde dicit Simile est regnum celorum.
Ubi erit quintum regale et hoc regnum comparat
nuptiis factis a quodam rege. Et est similitudo
operis ad opus Que enim ille rex fecit in nup-
tiis similia facit deus in regno celorum. homini
ecce familiaritas. regi ecce maiestas qui
fecit nuptias ecce caritas sunt enim nuptie
amicicium filio suo. ecce nobilitas Omnes ergo
provocare debent huius quinque apparatus tum ratione
benigne familiaritatis tum ratione regie ma-
iestatis tum ratione mutue caritatis tum et ratione
pulchre nobilitatis Eze. 39. Convenite et
properate et venite undique ad victimam meam
quam ego immolo vobis. Nota quod per regnum ce-
lorum tria possumus intelligere scilicet ecclesiam presentem
primam et religionem. Ecclesia quidem est
regnum celorum Regnum autem dicitur cui presidet
rex regum et dominus dominantium [illegible] fidelibus de-
principibus. ecce petrus primo pe. 2. Vos estis
genus electum regale sacerdotium gens sancta
populus acquisitionis. Hanc regiam dignitatem
populus ille quondam hebreorum voluit obtinere
dicens primo re. viii. Constitue nobis regem
ut iudicet nos sicut et universe habent na-
tiones. Tale regnum fuit secularis ambitionis
quod deo minime placet sicut ipse dicit Osee
Ipsi regnaverunt et non ex me principes
extiterunt et non cognovi. Regnum autem christi
non est de hoc mundo sed spiritualis regibus cuius
regni sunt omnes qui se ipsos regunt
Et regnum ecclesie est regnum celorum propter [illegible]
primo quia ordo regni ecclesie [illegible]
ordinatus est Exo. 24. Inspice et fac secundum
exemplar quod tibi in monte monstratum est Quia ad
exemplar celestium ecclesia hic inferius ordina-
tur et adunatur Job 38. Nunquid nosti ordinem
celi et rationem eius pones in terra Et ad
hoc admirabile regnum contemplatur Johannes
in Apoc. 21. Vidi civitatem sanctam Jerusalem
descendentem de celo a deo paratam [illegible]
ut dicit Bernardus libro [illegible] de [illegible] Non [illegible] est
ista forma quam in terris nisi exemplar
sit in celo. Secundo ecclesia est regnum celorum

ratione similitudinis virtutum enim celestium
similitudo refulget in ecclesia. Ubi sunt Se-
raphin ardentes caritate. Cherubin lucen-
tes veritate. Throni presidentes equitate. Domina-
tiones gubernantes auctoritate. Principatus
regentes. Potestates prevalentes firmitate.
Virtutes vincentes sanctitate. Archangeli
instruentes in sublimitate. Angeli servientes
et in minoritate. Cant. 7. Quid videbis in
Sunamite nisi castra. i. quid videtur in ecclesia nisi
similitudinem superiorum civium. Tercio ecclesia
est regnum celorum ratione primationis quia con-
tempta dignitate terrena soli pro celestibus
militat. 2a Thy. 2. Nemo militans deo
implicat se negociis secularibus [illegible] potius
ut dicitur Col. 3. Que sursum sunt querite
ubi christus est in dextera dei sedens. In hoc autem
regno celorum facte sunt nuptie Iste nuptie
fuit coniunctio humane nature ad verbum dei Nuptie
[illegible] dum. Nupsit autem filio dei hu-
mana natura quam secundum carnem sibi copulavit
cum verbum caro factum est Ysa. 3. Ego vir uxor et
assumam [illegible] harum nuptiarum auctor est
deus pater qui dicitur homines regem. homines
quidem non natura sed similitudine quia ad
ymaginem et similitudinem dei formatur
est homo [illegible] rex ipse sit [illegible] tua
est potencia tuum regnum tu es super omnes
gentes. Secundo regnum celorum primam dicitur
Justicia illud Mat. xi. Regnum celorum vim pa-
titur et violenti rapiunt illud Quam sibi ipsis
homines violenciam inferunt ut penitentiam
Mat. xxi. dicit christus phariseis publicani
et meretrices precedent vos in regnum dei quia
ad penitentiam agendam pervenerunt. dicitur et
penitentia regnum celorum ab effectu quia ex
[illegible] regni producit [illegible] Mat. 3. penitentiam
agite appropinquabit enim regnum celorum. In
hoc autem regno nuptias facit deus quando
nova est coniunctio anime ad deum quia post
[illegible] pristinam fidem sponsi adhuc sibi
deus coniungit Jer. 3. Vulgo dicitur si dimiserit
vir uxorem suam et recedens ab ea duxerit
virum alterum nunquid revertetur ad eum ultra et
[illegible] nunquid non polluta est et contaminata

[illegible]

mei. illa. Et attende pietatis affectum qui
sequitur. Tu autem fornicata es cum amatoribus
multis, tamen revertere ad me dicit dominus et ego suscipiam
te. Ergo saltem modo voca me pater
meus dux virginitatis mee. tu numquam
secures in perpetuum aut perseverabis in finem.
Tercio regnum celorum religio est. Verumtamen
illa acceptione regni quo ponitur Mathei 13.
Simile est regnum celorum sagene misse in
mare et ex omni genere piscium congreganti. Re-
ligio enim in similitudinem sagene undique
pisces scilicet omnes indifferenter congregat. Unde Bernardus
de consideratione libro 4. Nos omnes in monasteriis re-
cipimus spe meliorandi. Et Hugo de sancto
Victore. Ecce modo in una domo diversi su-
mus diversi mores diverse anime que omnia
coniungere debet unus amor in Christo. Et
patet quod religio sit regnum celorum quo
ad tria vota solempnia que sunt humilitatis
obediencie castitatis temperancie et paupertatis eo-
lencia. De primo Mathei 19. Sinite parvulos
i. humiles obedientes venire ad me, ta-
lium enim est regnum celorum. De secundo ibidem
sunt Eunuchi qui seipsos castraverunt propter
regnum celorum. De tercio ibidem. Si vis
perfectus esse vade et vende omnia que habes
et da pauperibus et habebis thesaurum in celo.
Dicitur enim religio regnum celorum quia in
ea regnum vite ad normam et regulam de-
ducta est. Unde Augustinus in incessu statu habitu
et omnibus motibus vestris nichil fiat quod
cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram de-
ceat sanctitatem. Hoc autem regnum et si corpore
sit in terra, tamen conversacione est celeste. Philippenses
3. Nostra conversacio in celis est. Unde Augustinus in
regula. Sursum cor habeant et terrena va-
na non querant. Hoc autem nomen celum propter
hanc denominacionem. Dicitur enim celum eo quod di-
versis luminaribus sit celatum i. sculptum
sic et sacra religio in qua fulget sol
contemplacionis, luna actionis et sydera
multiplicis virtutis et illustracionis. Vel per solem
prelati, per lunam ministri officiales, per sydera
subditi designantur. Item dicitur celum a celando

eo quod divina nobis celet et abscondat. Sic re-
ligio intrinsecus abscondit gloriam divinitatis
ne videat ab hominibus. Cantica 4. Quam pul-
chra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui
columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Item
dicitur celum quasi casa helyos quod est deus i. domus
dei. Iuxta illud virgilii. panditur interea
domus omnipotentis olympi. Hec autem religio
est domus dei de qua Genesis 28. Vere deus est in loco
isto non est hic aliud nisi domus dei et porta
celi. Unde Augustinus. Honorate in vobis deum invi-
cem cuius templa facti estis et ipse qui habitat
in vobis custodiat nos ex vobis. In hoc et
regno sacre religionis deus facit nupcias.
Hec nupcie sunt divine sapiencie copulacio.
Sapiens. Hanc amavi et exquisivi eam a iu-
ventute mea et amator factus sum forme
illius et quesivi sponsam mihi eam adducere. Filio
dei tunc sponsa ista traditur religiosus est
qui contemptis parentibus secundum carnem adeo
suscipitur ut sit illi filius Iob. Quoniam pater
meus et mater mea dereliquerunt me, dominus autem
assumpsit et eo dicitur ysaias 62. Tu domine pater
meus es et abraham nos nescivit. Tali
filio tales celebrantur nupcie et talis sponsa
coniungitur. Secundo iuste reprobantur contemptores
celestis convivii considerata huius regis diligencia
qui misit servos suos vocare invitatos
ad nupcias. Non sufficeret invitasse per se ipsum
nisi et per servos vocaret. Et quidem contemptum
et nolebant venire. Non fuit defectus invitatis
nec culpa vocantis nec impotencia abstulit
facultatem nec ignorancia dedit excusacionem
sed sola malicia voluntatis fecit contemptum.
Et igitur ad celestes nupcias non venerunt
homines, hec tota causa est quia venire noluerunt.
Non quod ad nupcias incarnacionis Christi
soli iudei fuerunt invitati. Exodi 3. Inducam
vos in terram fluentem lac et mel. In lacte
que detrahitur est humanitas, sed in melle quod de
celo descendit ipsius divinitas melliflua. Ad
hoc convivium invitavit autem est quod et per patriar-
chas prophetas et legem. Vos ipsa sui prepositis se

[illegible marginal notes]

ipsam invitabat ita ut nemo cogeret ad-
bibendum sicut dicitur Hester i. Iterum invitatos
vocavit per servos suos apostolos Prov. ix. Misit
ancillas suas ut vocarent ad arcem et
ad moenia civitatis. Venite et comedite panem
meum et bibite vinum quod miscui vobis. Venite
obediendo comedite credendo panem corporis
vinum divinitatis mysticum qualitati. Iterum non servos
tantum sed ipsum sponsum misit rex celestis ut vo-
caret invitatos dicens. Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos
Matth. xi. Prov. i. Sapientia foris predicat in plateis dat
vocem suam. Et noluerunt invitati venire
Matth. 23. Jerusalem Jerusalem que occidis prophetas et lapi-
das eos qui ad te missi sunt quoties volui
congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alas suas et noluisti. Ad pe-
nitentiam non invitat nos deus verbis flag-
ellis internis admonitionibus. aliorum exterius ter-
rore futuri iudicii et premio glorie. Vocat autem per
servos predicatores qui dicunt. Filii hominum usque
quo graves corde ut quid diligitis vanitatem et queritis
mendacium. Convertimini in toto corde vestro in
ieiunio fletu et planctu. Et maior pars non
exaudit vocem invitantium. Ier. 7. Misi ad
vos dicit dominus servos meos dicens. Nolite
facere verbum huiusmodi et non audierunt neque inclina-
verunt aurem suam ut converterentur a malis suis.
Ideo veniet tempus quod penitere volent pre angustia
spiritus gementes. Et tunc deus taliter penitenti-
bus non dabit indulgentiam. Prov. i. Cum venerit
tribulatio et angustia super eos tunc invocabunt
me et non exaudiam consurgent mane et non invenient
me eo quod non acceperint consilia mea et detraxerint
universe correctioni mee. Secundo contemptores
salutis sue iuste reprobantur considerata huius regis
instantia que declaratur ex duobus. Primo per ex
importuna vocatione quia iterum misit alios
servos. Secundo diligentia apparatus quia in nuptiis
magnum apparatum explicavit ut quos non ad-
ducebat vocantis importunitas saltem alliceret
apparatus nuptiarum. Dicite invitatis Ecce pran-
dium paravi. Nuptias prandium dicit. Ex quo
habet Gregorius quod non sit ista parabola eadem illi que
legitur Luc. xiv. quia ille nuptie cena dicuntur
iste vero prandium. Tauri mei et altilia mea
occisa sunt. Altilia dicuntur saginata id est impin-
guata ab alo -is. quia alere altilia sunt dicta

et quod in animalibus est saginatum illud in volatili-
bus est altile. Unde altilia sunt aves studiose
impinguate sicut capones anseres grues
pavones et cetera. Hec et omnia parata ita ut nichil
desit unum concludit. Venite ad nuptias.
Nota quod nuptie incarnationis Christi in principio
vite sunt in prandium sed in gloria sunt cena. Sicut
cena enim sequitur prandium post quam nulla ordinata
sequitur refectio sed quies tantum. Ita in principio refectionem
quidem excepte tamquam prandio nuptiis Christi sed cum
venerit quod perfectum est in gloria tunc cenabunt. Unde dat Gregorius prandium
dominus in principio per fidem dabit cenam in futuro per
speciem. Iterum vero quod dapes huius prandii dicuntur esse
tauri et altilia occisa quia ut dicit Origenes
hoc prandium sunt eloquia dei quorum eloquiorum
fortia sunt tauri altilia suaviora et delectabiliora sa-
ginata sunt. Vel aliter secundum Hylarium tauri
sunt gloriosi martyres prophete qui ad immolandum
electi sunt. Saginata vero homines tamquam spirituales
celesti pane pasti. Aliter secundum Crisostomum al-
tilia fuerunt prophete tantum. Tauri vero qui simul
extiterunt prophete et sacerdotes. Aliter secundum Gregorium
tauri fuerunt patres veteris testamenti qui legis
testamenti permissione in inimicos dei corporee
virtutis feriebant sicut Abraham Moyses
Josue Samuel David Judas Machabeus.
Altilia vero sunt patres novi testamenti qui per
dulcedinem interne dulcedinis percipientes
contemplationis penna ad sublimia elevantur.
Aliter. tauri sunt fortes activi altilia de-
voti contemplativi sicut potest intelligi ex glo-
sa super principio Levitici. Vel per tauros dicit Gregorius
apostolos intelligimus qui post laborem predica-
tionis per martyrium passi sunt et fuerunt immolati.
Altilia vero sunt hii qui martyrium passi sunt
licet non fuerint aliorum doctores. Isti omnes
qui occisi sunt in nuptiis Christi nobis in exemplum
adducuntur quasi dicat. Patrum precedentium mortem
respicite et remedia vite vestre cogitate.
Iterum vero quod isti alii servi missi vocare invita-
tos fuerunt successores apostolorum qui vocando ex-
empla patrum precedentium adduxerunt dicentes
Iam sunt occisi tauri apostoli pro fide Christi. Iam
sunt occisi altilia multorum martyrum. Iam quasi omnia
parata sunt omnia quia civitate fidei probat mors
martyrum. Nec quod enim illi mori sustinuissent nisi
eam per quam moriebantur fidem veram credidissent.
Illorum quoque mors fecit omnia esse parata unde
Christus dicebat se perfecte quod decantant pavum ...

[illegible]

incorpe suo ben. gg. No inq quam in prima
vocatione de chaim et textilibus vel incda
fincta vo. occisa ee dum cruna cumpt. deq
cu liba eius audire nolumq adiugit eo
ut omne qd impossibile edimq tanto nos adse
pandu fiat facilius. quo p hoc cuique per
alios indinq et dyo lvij dedi nos iste inq
sapie principes et ditos pulte in alit om
die testificantes sicut e quemens libs si
a ope vam vanorum ee dei ognitorum primi
prindium e quo qui no gustavit ad cena no
deducet glie. Luc. xiv. nisi primam egitis
omnes peribit adhoc prindium gustandu hor
tant predicatores dictos. quia chaim et texti
lia occisa sunt et chaim et principes impigen
tes sordidos. Exo. xxxv. vatibus et qui in eis i
pingebat et cornibus vitis ventilabatis
osa infima peccata talia no sunt homines vo
luptuosi et superbi. Et tu predicat de principi
bus qui primam occiderit incipiis qui ex
hebant crudelitatis sicut Constantinus
Et tu dicat de quibusdam voluptuosis qui ce
carnale incipiis mactaverunt tunc etiam
omnes auditores ad primam pnitentiam omnia
aut patasse. Sacerdos ut audiat et ut
indulgeat medicina ut sanet ianua
celi ut penitentibus pateat qui sunt tardaque
Tertio iusta contempnentium reprobatio
ondit culpe negacia. Quadruplici enim certa
vocati iudei ad nupcias sane fidei ve
nire contempserunt. Prima fuit neglige
ncia que precedit caritatis dicit dt illi aut ne
glexerunt. dixat illud i hic Jo. Secunda
sectatis qui ipse sunt a testioribus prohibent demo
trum no credit salte opibus credite
Et scribe et docti iudeorum neglexerunt prestari
sectatibus et opera ipsius demoni attribuebat
Tertia contemptus fidei fuit carnalis
amor synagoge de quo sedit Et abierunt
alius in villa sua. Villa dicitur eo qui vili
sit ven pro villa sinagoga intellegitur que vilifi
cata fuit. Jo. in trinitate rupente vere. 2.
Cum vilis facta est nimis principes aut
psalm amorem huiusmodi ville dubitates retulit
synagoge cessaret prede et abierunt ad hanc
villam curialiter fidei contempnentes et amana
tes aliquia ven dicebant Jo. xj. Si dim
timq eum sic omnes credent in eum et venient ro
mani et tollent nostrum locum et gentem. Tertia
causa eiusdem contemptus fuit occupatio secularis
actuum. Ista qui immoratur actu prepiet sap
ientiam ven. Ecci. Fili ne immoreris sicut actus
tui fides aut vana dicit omnia mundana ee
contempnenda et eos ipsi occupati circumis actibus
fidem ista contempserunt ven dicit alius no
ad negociationem sua no dicit ad negotiationem
dei que laudabilis est ven prudens negociator da
tis omnibus suis comparavit margaritam regni
celorum hic dicit negociationem suam. i. terrenam que
impedit veram sapientiam Baruch iii. Negocia
tores terre viam sapie nescierunt neque commemo
rati sunt semitas eius. Quarta causa contemptus
fidei fuit crudelitas corum de qua sedit
Reliqui vero tenuerunt servos eius contumelia affe
ctos interfecerunt sicut de apostolis legitur in actibus
apostolorum et contumeliis. i. ignominiis liberorum et
apostolorum affectos occiderunt Mt. 23. Ecce ego
mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex
illis occidetis et flagellabitis et crucifigetis
in synagogis vestris et persequimini de civitate in
civitatem ut veniat super vos omnis sanguis iustus
qui effusus est super terram. Notandum quod quatuor sunt illa
que prohibent hominem agere penitentiam. Primum est ne
gligentia que nascitur de ira dei et spe longe
vite. Multi quidem sunt propositum penitendi
sed negligunt propositum exequi trahentes illud
de die in diem. Qui adhuc multis diebus victuri
sicut dicentes apud semetipsos miseretur deus
peccatori in quacumque die conversus fuerit quos
perversos inscius cras hoc fiet vel cras
fiet quidem magnum nempe dic Jonas sed
cum lux altera venit iam cras hesternum consumpsimus
ecce aliud cras egerit hoc annos et sic paululum
est ultra ven dicit vive memor leti fugit ho
ra et hoc quod loquor inde est. Secundo aliquos prohibet
secularis ambitio que fugiet pnilla. Oportet enim penite
tem ee humilem 3. Re. xxj. dicitur de penitente
achab et iona vidisti achab humiliatum coram
me. Tertio prohibent aliquos penitentiam agere vo
negociationibus quia negotiis secularibus imp
licati sunt quos licet delectant et quibus mole
stum est aliena restituere. ven Cris. O miseri
mus in dubitamus timeo qui eum secuti sunt in dubi
lia spe concludunt homines a vita. Quarto ali
quos prohibet propria malitia. Cum enim servos
dei persequitur penitentiam non mittit animos. 4.

[illegible]

odio fuerunt complentem impleta et flagitium
peccata abhominati sunt. Item procedens in tempore illo ca-
tebit quia tempus malum est. Tercio sequitur eius
iusta condempnacio. Rex non cum audisset. Audi-
dei est culpe peccata dei contempta clamant enim
vox sanguinis effusi ad deum sicut dicitur Gen. 4.
Clamant flagicia sicut Gen. 18 et 19 dicitur
Clamor sodomorum venit ad me. Clamant
oppressiones pauperum et pupillorum Exo. 22. Si
leseritis eos vociferabuntur ad me et ego audiam
clamorem eorum et indignabitur furor meus
iratus est. Contra [illegible] commocionis
pacionem sicut placatus enim irascitur et effun-
dit ire fundit quia est vindicta. Quia enim vindictam
expectet abimatus laboribus ideo cum deus punit
iratus dicitur. Deo quoque ira dicitur. Manasses
Insustentabilis est ira comminacionis tue super
peccatores. Decem tamen ire demonstrat effectum et
in suis exercitibus. Romanos scilicet qui domini ex-
ercitus dicuntur quia ab eo ducti ab eo multiplicati
et fortificati. Et quia licet ignorantes
ipsius tamen voluntatem compleverunt. Ioel 2.
Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus
sui quia multa sunt castra eius nimis
quia fortia et facientia verbum eius. Perdidit
homicidas illos. Iudeos scilicet qui deum et ho-
minem occiderunt et servos eius. Quos perdi-
dit Romanus exercitus sub Tito et Vespasiano
principibus et civitatem illorum succendit. Urbem
scilicet et templum cremata sunt. Ps. Exarsit
ignis in synagoga eorum flamma combussit
peccatores. Hic ardere ceperunt nec flamma usque
ad infinitum continuavit. Deut. 32. Ignis succ-
ensus est in furore meo et ardebit usque ad in-
ferni novissima. Ideo quod in hiis verbis dampnacio
reproborum qui nolunt agere penitenciam describitur
quadrupliciter. Primum est comminacio divine indigna-
cionis contra privatum regem. Mitte. Prov. 16. In-
dignacio regis nuncii mortis. Sed vir sapiens
placabit eum. Sic iracundia placatur per veram
penitenciam sicut Ps. dicit. Remisisti iniquitatem
plebis tue operuisti omnia peccata eorum mitiga-
sti omnem iram tuam avertisti ab ira indignacionis tue.
Sed super impenitentes accenditur in novissimo.
Ps. Dominus in ira sua conturbabit eos et devorabit
eos ignis. Cuius ire quantus sit timor dei.
Apoc. 6. Absconderunt se in speluncis et petris
moncium et dicunt montibus et petris cadite
super nos et ab ira agni quia venit dies magnus

ire ipsorum. Secundo dampnacionem impenitencium
describit ex parte dampnacionis miserie. Ira ex-
citus demonum tum fuit servientes in culpa ibi
contra eum in pena. Iob 20. Vadent et venient
super eum horribiles. Isti horribiles sunt maligni
spiritus bonis in talibus pavendi atque fugiendi
super quos non venit concultantes in culpa super
illum vident oppressores in penitencia. Eccli. 39.
Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt et in furore
suo confirmaverunt tormenta sua. Tercio ta-
lium pena perdicio dicitur. Tum autem perdidit homi-
cidas illos. Sed homicide sunt iuste qui per-
dunt. Omnis autem peccator sui ipsius homi-
cida est. Quia sicut aliquis alium hominem occidit gla-
dio vel libo vel exo peccator tamen se ipsum gladio
peccati interimit. p. Ps. 21. Arripuit sa-
ul gladium suum et irruit super eum. Prov. 8. Qui
in me peccaverit ledet animam suam. Cuius
pena perdicio est quia contraria est saluti. Perdit
autem homo tum sui ipsius corpus non est. Et
Et tunc plangent se. Non plangent alios
sed seipsos quia unicuique sufficiet proprius dolor
scientes se dampnatos ubi erit fletus et stri-
dor dentium. Omnes tribus terre. Tribus quidem
celestes exultabunt sed tribus terre non plan-
gent quia tribus terre sunt qui habitant cum in
inferiora terre tradentur in manus gladii partes
vulpium erunt quia terrena celestibus prepo-
suerunt. Notandum quoque quod tribus terre sunt diversi status
infidelium et peccatorum. Plangent quoque iudei quia
eum crucifixerunt qui ipsos iudicaturus advenit.
Plangent heretici quia de Christo male senserunt.

Plangent pagani quia Christum non cre-
diderunt. Plangent mali christiani
cum in dignitatibus non crucifixe-
runt. Plangent seorsum tyranni
plangent usurarii et raptores
in unum congregati. Plangent luxu-
riosi. Plangent et homicide et
secundum diversitatem criminum erit
diversitas tribuum sed omnium planctus
istorum tunc erit inutilis. Non enim
valebit ad remissionem culpe nec
ad placandum terribilem iudicem
sed potius ille planctus in ira
erit luctus peccati. Plangent
quoque qui gavisi sunt cum male a-
gerent et exultaverunt in rebus pe-
ssimis qui noluerunt plangere
in mundo isto penitentes sed potius
in prosperitatibus eius ridere. Luce 6. Ve
vobis qui nunc ridetis quia lu-
gebitis et flebitis. Item legitur quod quidam
demoniacum cum videret astan-
tes dixit dyabolus per os eius non
est videndum magis est hoc tempore
flendum quia qui non lugebit
dum flendi tempus habebit. Et non
fructu lugebit sed sine fructu
Has omnes tribus lugentes et plan-
gentes previdit Zacharias 12 dicens
In illa die erit planctus magnus
tribus terre et ille seorsum. Igitur
dum tempus habemus venite ado-
remus et procidamus ante deum plo-
remus coram domino qui fecit ut
lacrimis extinguatur flamma
libidinis quia ut dicit Gregorius flamma
suggestionis dyaboli extinguitur
tenus unda lacrimarum. Et ut
talibus lacrimis laventur macule
criminum sicut dicitur Zacharias 13 q

fons patens domui Jacob. Et in ablu-
cionem peccatoris et menstruate. Et ut nemo
mcam lacrimis sicut Mt. que erat in civitate
peccatrix audivit a domino dimittuntur tibi
peccata tua. Et Petrus trine negacionis
veniam lacrimis meruit. Et ut consolacionem
divinam perciperent, ita mulier ad sepulcrum
plangenti gloriosa Christi apparuit
Io. 20. Et dicit Mt. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi
consolabuntur. Beata est in vinitiis ista lacrima
quam absterget deus ab oculis sanctorum et mors
non sit amplius neque luctus neque cla-
mor sed nec ullus dolor. Quarto ponitur
maiestas iudicis venientis ubi primo
tangitur eius evidencia. Et videbunt
Ys. in conspectu gencium revelabit iusti-
ciam suam. Secundo describitur quantum ad formam filium hominis
i. virginis. Et licet ipse idem sit dei filius
non tamen orbem iudicabit nisi in forma
hominis in qua iudicatus fuit iniuste.
Jo. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere
quia filius hominis est, ut dicit glosa,
in qua forma iniuste iudicatus est
in eadem ipse iuste iudicabit. Tercio
ponitur presencia vehemens. Actuum 1. quemadmodum
cum vidistis euntem in celum sic veniet.
Quarto ponitur refulgencia in nubibus
celi. Nubes iste erunt lucis immensitas
circa ipsum et quia dicuntur nubes celestes si-
gnificatur quod elevatus erit iudex iste
a terra. Ecc. 24. Ego in altissimis habito
et thronus meus in columpna nubis.
Dan. 7. Aspiciebam in visu noctis et ecce
cum nubibus celi quasi filius hominis venie-
bat. Vel nubes iste celestes sancti prophete
intelliguntur cum quibus veniet orbem
iudicaturus. Prov. 31. Veniet nobilis in
portis vir eius quando sederit cum senato-
ribus terre. Ys. 3. Ecce veniet
dominus cum sanctis nubibus suis facere iudicium

contra omnes. Quinto ponitur potencia
cum virtute multa ut nullus possit resistere
nec verbo nec facto nec precio nec precibus. Job.
Deus cuius ire nemo resistere potest.
Prov. 6. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte
nec acquiescet cuiusquam precibus nec
suscipiet pro redempcione dona plurima.
Sexto ponitur iudicis reverencia. Et
maiestate. Licet enim in forma assumpte
humanitatis appareat tamen iniqua videbit forma
non passibili sed gloriosa. Cum quanta maie-
state venient boni a morte, res ubi ti-
more. Vide. Ber. ad fratres de monte Dei. Veniet
iudex veniet qui male iudicata re-
iudicabit, illicite iurata confutabit,
qui faciet iudicium iniuriam pacientibus,
qui iudicabit in iusticia pauperes et ar-
guet in equitate pro mansuetis terre.
Veniet pro eo qui potestatem minatur:
Cum accepero tempus ego iusticias
iudicabo. Quid faciet de iniustis
iudicibus qui iustas et iniusticias in-
dicabit. Veniet magnus dies iudicii ubi
plus valebunt pura corda quam astuta
verba, consciencia bona quam marsupia plena,
quoniam iudex ille non flectetur do-
nis nec fallet verbis. Tunc dicere Jhesu
tribunal appello: tuo iudicio servo
tibi committo causam meam domine deus
sabaoth, qui iudicas iuste. Septimo
autem iste iudex venturus sit iudicare
mundum nulli datum est certitudinaliter cognoscere
sicut dicit Mt. 24. De die autem illa
et hora nemo scit neque angeli celorum
nisi pater solus. Malach. 3. Quis
poterit cogitare diem adventus eius
aut quis stabit ad videndum eum.
Creditur tamen communiter eo die fu-
turum quo dominus resurrexit, scilicet
in die Pasche, quod in primitiva ecclesia sicut

dicit ysydorus fideles tota illa no-
cte vigilabant quasi iudicem expectan-
tes. Creditur eciam quod hora noctis media
venturus sit sicut dicitur Mt 25. me-
dia nocte clamor factus est ecce spon-
sus venit exite obviam ei. Quo autem
anno dierum iste venturus sit ignoratur.
Glossa tamen super 5° ca° Gen. videtur dicere
quod completis sex milibus annis quasi
6 mundi etatibus in septimam quie-
tem eciam militantis ecclesie
deducet. [illegible] aut dictum est
sextam mundi etatem que incipit
a Christo tantum duraturam quantum fuit tempus
etatum precedencium. dicit enim Aba-
cuk. Cristum in medio annorum in medio
innotuisse. Alii dixerunt quod qua-
dringentis annis post Christum alii
quod quingentis alii quod mille annis
duraret mundus quos falsitate ostendit
processus temporis. Unde beatus Gregorius in moralibus
dicit neque sic credendum quod in decem
centum generacionibus extendatur. Et
quia humana generacio communiter est 40 an-
norum. Et ad 80 pervenerint amplius
est labor et dolor ut dicit Ps. Quibus
videtur quod centum generaciones sint quater
annis septem milium vel viii. adpletis
Et quod ut dicit Augustinus de civitate dei
libro 13 capitulo 9. Ultima etas hominis
tanti est temporis quanti omnes precedentes
et pluris moris est duracionis. Ideo nobis
incertum est utrum hec ultima etas
equalis futura sit precedentibus an
maior vel minor. Et ut idem dicit
18 de civitate dei. Cessat quod curiosa
hominum calculacio quod diem illum novis-
simum voluit deus hominibus esse
incognitum. Et amplius inquirendum
prohibuit dicens non est vestrum nosse
tempora vel momenta que pater posuit

in sua potestate. Nemo se putet investi-
gaturos venientis quam cum christus venturus et
credimus nocte venire docet omnes futuros
homines venire. Et quia supra dictum est
Dan. quod statim post tribulacionem
dierum obscuratis luminaribus venturus
sit filius hominis. Ideo antichristo mortuo
paucis elapsis diebus post actum proprie
veniet Christus. Unde Dan. 12. postquam
dictum est quod tempus desolacionis antichristi
erit mille ducenti 90 dierum i. trium
annorum et sex mensium statim additur
Et beatus qui expectat et pervenit ad dies
M. CCC. 35. qui dierum numerus porcionem
exsuperat in 45 diebus ut dicit Ieronimus
interfecto antichristo dies secundum numerum diffi-
nitum quos deus prestolabit a quibus dominus
atque salvator in sua maiestate est
venturus. Et glossa super illud Exo 5 de
conversione virgine incolumibus creditur
perventurus in virga dei. 45 post conversionem
iudeorum quando ut creditur mortuo antichristo
fidem recipient statim dominus ad iudi-
cium veniet. Ex quo patet temerarium
fore adventum antichristi vaticinari. si
non licet de Christi adventu facere com-
putacionem. In illo adventu statim
ipse sequitur. Christus ponitur electorum resurreccio
Et mittet angelos suos cum tuba
Sicut tuba pervenit principem sic
iudicem vivorum et mortuorum voce
magna ista erit vox tubalis de qua
p° Cor 15. Canet enim tuba et mor-
tui resurgent. de qua etiam 1 Thes 4. Ipse
dominus in tuba dei descendet de celo et
mortui qui in Christo sunt resurgent de
qua vir sub Jo 5. Omnes qui in monu-
mentis sunt audient vocem filii dei
et qui audierint vivent. Homines tu

huius uocis tubalis que extenuet omnes
mortui euigilabunt sicut quondam clamante
christo quatriduanus lazarus pro-
siliit ex monumento. Quid autem sit ista
uox quibusdam uidetur quod non sit aliud nisi
christi uenientis presencia. Ex michael magi-
strum si ad literam uocem magnificam
christus emittat cuius uirtute omne genus
suscitetur. Unde psalmus. Vox domini super
aquas deus maiestatis intonuit
dominus super aquas multas. Et item ecce
dabit uoci sue uocem uirtutis glosa
resuscitandi corpora que est uox uiuentis
et est sonus quo primi resurgentes uox
admirantem resuscitacionem uirtute magis
operabitur. Et congregabit electos eius quatuor
angelis. de eternitate. Sicut corpora [illegible]
mixtarum per certa presentia et potencia
quodam ordine reguntur adeo presentem
uite temporalem et eo quasi adeo sit moni-
stris per spiritus angelicos expeditur
Angeli quoque in illa uice nouissima
cineres congregabunt corporum electorum quibus
ipse christus animas copulabit sicut
agitacionem corporum perficiat mediante
natura [illegible] spiritus creaturis infundit
Rursus resuscitatos electos per angelos
congregabuntur [illegible] obuiam
christo in aera et sic semper cum domino erunt
A quatuor uentis celorum. orientis scilicet
et occidentis aquilonis et austri. A su-
mmis celorum usque ad terminos eorum sum-
mitas celi est [illegible] terminus
uero est terrarum. quocumque quoque in illa et loco
dispersi fuerint cineres quorum quocumque
flatu agitati quacumque [illegible]
dispergati sunt quatuor uentus sunt

asspernis ad infima omnia tunc congrega-
buntur ita ut nichil exceptis perdat[ur]. Psalmus.
Custodit dominus omnia ossa eorum unum
ex hiis non conteretur. Et christus promittit quod
capillus capitis non peribit. Uerum
dum aliquos doctores sanctos exponunt
sunt methodius uictor [illegible] opinari-
dicas [illegible] futuras prima electorum scilicet
uero generalem uero adherentes uer-
uo [illegible] Apocalipsis 20. dicit christum uenturum
istum futurum [illegible] mtris
ubi annis mille christus regnabit et cum
eo erunt omnes electi resuscitati gau-
dentes et uita fruentes feliciter quasi
in paradiso deliciarum futurus erat gene-
raliter. Post hoc dicit antichristum
uenturum et cum gog et magog super
[illegible] christum et sanctos eius sed
[illegible] eit generalis uero mortuo-
rum et iudiciorum et iudicium [illegible]
et tunc electi deterrerem felicitate ad
celestem gloriam transferentur reprobi
uero mittentur in infernum Ieronimus uero
[illegible] super Ezechielem fabulam asse-
rit et super Danielem. Cesset [illegible] mille
annorum fabula. Beda eciam ponit similiter
de eorum [illegible] dupliciter. Prima est
ab arbore fici discite parabolam
cum iam [illegible] fugientem dum
iam ramus eius tener fuit et fo-
lia nata hoc quidem in [illegible] quasi sci-
tis quia prope est estas. Dupliciter [illegible]
propinque estatis [illegible] [illegible]
teneritudinis ramorum. Altera [illegible]
foliorum. Ita et uos cum uideritis hec
omnia per abhominacionem desolacionis
[illegible] signa solis et lune

Scitote quia prope est christus veniens
ad iudicium in ianuis. Qui in ianuis
est propinquus est domui, propria quia prope
domus sit. Et hiis signis apparentibus
christus in proximo erit. Jacob. Ecce iudex
ante ianuam adsistit. Nota quod ficus sus-
sit similitudinem [illegible] quidam foliis
primi parentes verenda celaverunt. Folia
ficus excusationes denotant
peccatorum, rami vero defensiones. Et
cum folia ista late spargent et induntur
rami defensiones fient. Inde
flectuntur cum in proximo erit dies
domini [illegible] adventum post iudicium ter-
gens [illegible] vel punitur iniquos
vel. Sed quia sui adventus comparavit
[illegible] tamen teneri sunt fi-
cus rami et nata folia, adventum
suum comparavit estati et ianuis [illegible]
[illegible] omne tempus ecclesie est post christum quod
[illegible] reliquis [illegible] temporibus sit
dicitur. Cant. 2. Iam hyemps transiit,
ymber abiit et recessit, flores appa-
ruerunt in terra nostra. Et in proximi-
tate huius [illegible] ficus [illegible] syna-
goge viridem foliorum [illegible] uba
[illegible] fidem tuam [illegible]
rami eius teneri [illegible] flec-
tuntur ad christum. Estas vero est tempus
adventus christi quando patet quod arbores
[illegible] aque [illegible] sunt quando sol
fervencior [illegible] clarior dies lon-
gior existit. Tunc enim erit fervor
caritatis in celis, fervor penalitatis
in dampnatis, splendor veritatis
in [illegible] et longitudo eternitatis.
Sic et christus signis superioribus appa-
rentibus erit in ianuis. Quia ut dicitur

Eius non multo tempore precedet sed ipsius
adventus statim precedet [illegible]
seculi consummatio et interitus. Amen. i.
non dico vobis quia non preteribit generacio hec,
i. iudeorum sed potius ecclesie que est in ultima
seculi etate. Dicitur ab apostolo nos sumus in quos
fines seculorum devenerunt. Donec hec
omnia fiant. q.d. non dico vobis de-
terminate tempus adventus mei sed duo
vobis committo. Unum quod ex signis pre-
cedentibus propinquum me cognoscatis,
aliud quod huius ecclesie temporibus que usque
ad finem seculi duratura est hec omnia com-
plebuntur. [illegible] Deus quod sufficit generali
nobis adventus sui diem manifes-
tavit, noticiam magis determinatam sibi
reservavit. Quod omnia efficacia concludit
sua dicens. Celum et terra transibunt,
verba autem mea non preteribunt. [illegible] faci-
lius namque est fixa et immobilia de-
strui quam sermonum christi aliquid decadere.
Est enim possibile celum [illegible]
aut terram moveri quam ut verborum
[illegible] veritas transmutetur. Nota quod
nomine celi aliud aer intelligitur sicut
[illegible] volucres celi et pisces maris.
Aliud vero ipsum corpus superius in quo
fixa sunt astra celi dicitur sicut Gen.
primo legitur. Stellas posuit Deus in fir-
mamento celi. Aliud [illegible] celum
[illegible] permanet quidem substantia eius
sed transibit quo ad qualitatem et motum
[illegible] elementa igne precedente
iudicium purificabuntur. Tunc enim
erit iudicium ignis sicut temporibus
Noe fuit aque diluvium quod omnia et
[illegible] nascentium a late [illegible].

et terram aeream que dispersa congregabitur
Cessabit et tunc elementorum transmuta-
tiones et agitationes corporum unoquoque
suo loco et simplicitate contento. Et
quidem autem perfectionis habent amplius
perficientur. quia ignis erit lucidior
aqua dyaphanior terre et habi-
litatibus quasi cristalli ut creditur. De-
inde quoque cum ceteris elementis non
transibit aspera materiam sed ad celum in
perfectionem maiorem. Aer et ceterum transmu-
tatione ad esse quietum et intransmu-
tabile. Celum et primum non quantum ad
essentiam transibit ad claritatem
maiorem luminarium ut dicit Ysaias
.30. Erit lux lune ut lux solis et sol
septempliciter fulgebit. Transibit
et celum a motu in quietem perpetuam
et hoc quod dicit Job. 14. Et non resurget
homo a sompno suo donec atteratur
celum. Et Apocalipsis 20 dicitur. Et a conspectu
sedentis fugit celum et
terra. Renovatis itaque superioribus
corporibus et inferioribus habitabiliter
et illud Ysaias. 65. Ecce ego creo ce-
los novos et terram novam et non
erunt in memoria priora. Nec quoque celum
est sic homines quam a celestibus sunt
originem ut illud Juvenalis
Decensum a celesti dimissum transmuta
arte terra non corpus mittitur
formavit enim hominem deus de
corpus de limo terre. Utrum quoque istorum
transibit. Corpus quidem in eternum
tenuiter unum superius est. Spiritus non addu-
cetur unum qui fecit illum ut primitus re-
cipiat. Ysaias. Corpus per transibit in illo
et non subsistet. Post hunc transitum

virtutis expectamus innovationis qui terre-
num corpus humilitatis nostre reformabit
salvator quem expectamus configuratum illud
corporis claritatis sue. Sic corpus non transibit a mo-
re pondere in spiritum conditorem ...
ut dicitur Cor. i. a. Capit omnis spiritus in
tenebris subtiles nudus et subtiles. terra
igitur transibit in celum. Celum transibit novo
modo. Sed non transibunt verba eius que
ipse quem promisit adimpleat. Dixit enim qui
sedebat in throno. Ecce nova facio omnia
Apocalipsis 21. Cuius novitatis gloriam nobis
ipse homo in incarnatione largiatur qui
cum patre et spiritu sancto vivit et regnat
per infinita secula seculorum. Amen.

Explicit postilla super ewange-
lia dominicalia magistri Alberti de
padua: Incipit postilla de
eodem stilo de maioribus festi-
vitatibus et prima de purificatione
virginis eiusdem prima:

Postquam autem impleti sunt dies
purificationis marie secundum
legem moysy. Luce 2. Vide inquit
quod si aliquis indignus loquatur de ca-
liqua excellenti et nobili persona ille
dicitur quod debet os suum lavare ut
digne loquatur. Locuturus autem sum
tamen fratres de purificatione virginis
immaculate beate virginis et me loquente
mente purificari et labiis mundari.
Ysaias 6. Homo pollutus labiis ego sum
et in medio populi polluta labia habentis ego
habito. Fratribus igitur immaculate virginis
mittas Seraphin de celis qui te

tangat labia iniquitatem auferat et
nostra peccata emundet. Ecce de purificatione
purissime virginis aliqua sibi placitura possumus
dicere quod ut ipsa virgo impetret salutatione
angeli eam benedicimus dicentes Ave
gratia plena.

Distinctio prima

Postquam autem impleti sunt etc. Festum puri-
ficationis virginis antiquitus non
fiebat. Tempore autem Justiniani augusti apud
Constantinopolim facta est magna morta-
litas hominum cuiusque plaga invalescebat nec
ullum remedium posset reperiri. Revelatum
est cuidam sancto viro ut quarto nonas Febru-
arii purificationem beate virginis ypopanti-
dum celebrarent et sic cessaret pestilen-
cia in hominibus. Cum solempnitatem
illam fideles celebrarent omnis morta-
litas cessavit. Dicitur autem ypopanti
grece obviacio latine quia puero Ihesu ho-
spitato in templo obviaverunt conten-
tes Symon iustus et Anna prophetissa.
Et de ista virginis purificatione et Christi
obviacione agitur in presenti ewangelio quod in tribus
partibus dividitur. In prima parte loquitur de humili
observacione legis. In secunda de longa
expectacione senioris ibi Ecce homo erat.
In tercia de devota consolacione anna-
toris ibi Et venit in spiritu in templum.
Primo est primum est sciendum quod preceptum erat
in lege Levitici xii quod mulier que suscepto
semine pareret masculum esset immunda
vii diebus die autem octavo circumcidebatur
puer et propterea non manebat in sanguinis
purificatione a die circumcisionis quia infra
quod tempus non erat immunda nec tamen
licebat ei egredi domum. Completis
xxxiii diebus qui cum septem precedentibus
sunt xl ipsa mulier veniebat
ad templum presentans natum puerum

domino et offerens pro se et pro illo puero
sacrificium. Erat autem feminarum purificatio
omnibus diebus supradictis duplicabantur
dies enim immundicie erant xiiii et dies
purificationis lxvi qui sunt
in toto simul lxxx. Virgo vero sic fie-
bant quadragesimo die autem
mulieribus. Cum ergo primo ascende-
bat puerpera ad templum et offe-
rebat turturem pro peccato suo aut
pullum columbe. Secundo natum
puerum offerebat et presentabat domino.
Tercio si erat dives offerebat
pro eo agnum anniculum. Si autem
erat pauper offerebat pullum columbe
vel turturem. Hoc generaliter
fiebat de omnibus qui nascebantur
sive esset primogenitus sive non
et si erat primogenitus fiebat
aliquid aliud speciale propter ista tria
domino cum percussit omne primoge-
nitum Egypti. Sed filios Israel no-
luit quia exterminator primogenitum in
deorum esset in vitibus suis. Si quis erat
primogenitus alterius tribus quam levitice
redimebatur auro templi v
siclis argenti. Si non erat primoge-
nitus de tribu levi redimi non
poterat sed deputabatur servicio
templi. Si autem erat primogenitum
animalis quod posset ymolari offere-
batur domino et erat sacerdotum. Si erat
primogenitum asini commutabatur
in ovem. Primogenitum autem canis
occidebatur. De tribus istis scilicet de puri-
ficatione virginis presentacione
pueri et oblacione fit mencio
in prima parte ewangelii quorum quilibet

[illegible]

lege confirmabat. dicit ergo postquam impleti sunt dies purgacionis marie s. 40. dicitur s. quibus eo diebus mulieres purificabantur ab immundicia sanguinis. Unde quantum ad locum purgacionis marie fit in signe modo secundum legem moysi Leuit. 12. secundum numerum dierum quos lex moysi precepit purgacionem mulierum parturiencium. Queritur hic an ac beata virgo purificari voluit. Constat enim quod nichil paruens indigebat purificari. quia suscepto semine parebat. Sic enim dicit textus. Leuit. 12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum inmunda erit vii. diebus. Et postea non in signe purificacionis manebit aliis 30. Et quia beata virgo non suscepto aliquo semine concepit sed per spiritum sanctum peperit ideo non tenebatur purificari. Et ideo moyses preuidens partum virginis dixit: Mulier si suscepto semine etc. Et ideo quia in rei veritate beata virgo non indigebat purificari ex parte eius dictum de ea Cant. 4. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. Partus christi nullam contraxit maculam sed omnem decorem et sanctificacionem quia sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Unde nulli precepto legis moysi non erat obligata. Quam tamen legem obseruauit. Primo quidem propter suam humilitatem quia humiliauit se et in hiis ad que non tenebatur. Secundo ut ostenderet se mitem illius qui mortalitatem [...] factus carnis peccati. Dampnauit peccatum corpore que per exemplum legi purificacionis se supposuit. Tercio propter scandalum vitandum et murmuracionem. Non enim erat adhuc notum ipsam concepisse de spiritu sancto. Unde si non accessisset ad templum fuisset occasio iudeis scandali et murmuracionis. Quarto ut partus virginis celaretur dyabolo. Qui videbat eam se peperisse tamen accedere ad templum sicut relique mulieres parientes ex semine. Secundo ponitur presentacio christi ad templum. Tulerunt maria s. et ioseph ihesum in ierusalem. Deportauit eum in ierusalem. Non quod bethleem ubi dominus natus est non distat ab urbe nisi parum in miliaria. Non est quod non erat licitum iudeis sacrificare domino in aliquo loco sed in uno tantum modo. Loco quem dominus elegisset inter eorum corpus ut dicitur Deut. 12. Locus autem iste quem elegit fuit ierusalem ut dicitur 3. Re. 8. Fuit autem illa ciuitas congrua ad hoc quia ibi cultus dei amplificatus est ubique pre omnibus sacrificari. Unde hoc predixit dominus Malach. 1. Ab ortu solis usque ad occasum laudate nomen domini et magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblacio munda. Deinde ponitur ad quam causam detulerunt ihesum in ierusalem. Ut sisterent i. offerrent vel consecrarent et presentarent cum domino. Presentauit virgo maria domino puerum gracias agens deo patri de tanto munere quia ipsa virgo conceperat et pepererat et quia nichil est ita dignissima deo patri consecrabat

[illegible]

[illegible]

Considera quod forte beata virgo dixit quando dictum
infantem christum cum ipsum deo patri obtulit et
presentavit. Exultabit beata virgo in spiritu sancto
et gratias deo agens similiter forte verba dicebat
Ecce nova progenies celo alto demissa. Ecce
tibi presento domine eternum tuum filium eternaliter et
meum temporaliter. Ecce tibi presento eum qui semper
tibi est presens. Gratias tibi ago quia sic incompre-
hensibiliter et proprie singulariter in hac prole
dignissima in hoc parvulo infinita tibi con-
iuncta quam ex parte illius sum mater et cuius
tu es eternus pater. Oblacionem tibi novam
offero domine tuum filium qui semetipsum offert deo
patri pro mundi salute. Deinde adducit legis
testimonium Sicut scriptum est in lege domini
adducit legis testimonium ut ista infantis
presentacio perciperetur. Quia omne mascu
linum adaperiens vulvam in filiis israel tam
de hominibus quam de animalibus id est quod
aperta matrice vel utero exit in mundo Sanctum
domino vocabitur id est sacrabitur et presentabitur domino.
Nota quod ista lex scripta est Exo. 13 ubi loquitur
dominus ad moysen dicens Sanctifica mihi omne
primogenitum quod aperit vulvam in filiis israel
tam de hominibus quam de iumentis mea sunt
omnia. Et eodem libro 34 capitulo Omne quod aperit
vulvam generis masculini meum est. Ista autem
lex non erat christo obligatoria quia ipse
clauso utero virginis exivit sicut radius
solis clausum vitrum penetrat. Unde non in
cluditur inter eos de quibus loquitur lex. Nota
quod ista representacio infantis in templum
quatuor ex causis erat precepta. Primo ut
ex hoc ostenderet quod ipse infans erat dei
filius id est tamquam res dei ei presentanda erat
unde beata virgo christum infantem presentavit deo

patri debuit quia in celis est eternus
dei patris sicut unigenitus filius
eius de quo angelus ad virginem
predixerat quod ex te nascetur sanctum voca
bitur filius dei. Secundo infans
presentabatur ut ostenderetur quod non solum
erat dei sed a deo qui operatur forma
cionem corporis qui creat animam et eam
corpori infundit. Quia illa divina
virtus singulariter operata est in con
ceptu salvatoris quia absque ullo
adiutorio non facta est illa conceptio
et corporis formacio in instanti.
Ideo inter omnes infantes ipse de
buit presentari. Tercio presentabatur
infans ut ex hoc esset domino con
secratus. Propter hoc autem christus pre
sentatus non est quia ab instanti
sue concepcionis sanctus sacer fuit.
Quarto ideo presentabatur ut custodiret deus
custodiret natum creaturam. Set nec
propter hoc fuit christus presentatus quia
semper erat illa deitas divina cus
todiens hominem. Tercio tangitur
hostie oblacio Et ut darent hostiam
dabatur hostia pro dato infante.
Primo quidem in dei laudem. Secundo
quod in recompensacionem ut ex quo
deus creaturam dederat ei fieret
hostie retribucio. Tercio ut ex
hac oblacione hostie daretur
intelligi quod omnia temporalia
a deo sunt. Deinde adducit legis
concordanciam secundum quod dictum est
in lege domini Levit. 12. Par
turturum aut duos pullos co
lumbarum. Quia beata virgo

non obtulit hostiam divitum sed
pauperum ut dicit Lucas. Non facit
aliquam mentionem de oblatione divitum.
Obtulit quidem beata virgo par turturum
aut duos pullos columbe, unum
in holocaustum pro filio, alterum pro peccato
quamvis ipse absque omni peccato esset. Et attende
quod licet beata virgo alterum istorum ob-
tulerit scilicet vel par turturum vel pul-
los columbe et non utrumque, evangelista
tamen non dicit quod horum alterum obtulit
et hoc propter misterium. Sicut enim turtur
castum est animal, columba vero fecundum,
et in virgine fuit casta fecundi-
tas, ideo utrumque ponit. Et advertendum
quod cum deus sit frequenter communiter pa-
riens offerebat turturem vel pu-
llum columbe pro peccato suo, non sit intel-
ligendum est aut si mulier peccasset
in actu conceptus vel partus ex libi-
dine. Nec enim actus matrimonii car-
nalis peccatum est, sed quia excusatur actus
ille per matrimonium ne sit peccatum. Ideo quod
matrimonium instituit offerebatur sacri-
ficium pro peccato sed pro eo adhibuit re-
medium matrimonium excusans car-
nis libidinem prout dicit Augustinus
4 super Genesim ad literam capitulo 9. Distinctio
secunda

Secundo cum dicitur Et ecce homo etc. tangitur
longa expectatio senioris. Expecta-
bat iste Symeon nativitatem Christi
et partum virginis et promissum sibi
a spiritu sancto quod ante mortem Christum vi-
deret. Duo autem in ista parte tanguntur.
Primum scilicet multiplex laus istius se-
nis. Primo enim commendatur a sanctificatione
loci in quo habitabat. Et ecce quod nomen
prodigium rei admirabilis et inaudita
quia Et ecce homo erat in Ierusalem qui est
locus habitationis sanctorum civitas sancta et
venerabilis, iam plus magis veniente
ab oriente in ipsa civitate Christum predi-
caverit. Et forte homo iste audiebat
vel ab ipsa civitate non recedebat. Cui
nomen Symeon, quod interpretatur signum
tristicie nobis signum, et Christus est sic virtus
et caste desiderii. Secundo ponit com-
mendationem a parte vite perfectionis que
est boni operatio. Et homo iste iustus.
Per opera enim bona talibus Christus se
manifestat. Sapientie 10: Iustum deduxit
dominus per vias rectas et ostendit illi regnum
dei. Tertio commendatur a parte perfectionis
que est declinare a malo: et timoratus,
casto timore declinans a malo.
Proverbiorum 15: In timore domini declinat omnis
a malo. Quarto commendatur a pio de-
siderio mentis expectans consolationem
Israel, id est Christum qui est consolatio credentium
Iudit. 8: Expectemus humiles
consolationem. Quinto commendatur a sanctifi-
catione mentis: et spiritus sanctus erat in eo.
Nec enim potuisset ita iustus esse
et timoratus nisi fuisset in eo spiritus
sanctus tam sanctificans, docens, custo-
diens et dirigens. Sexto tangitur
divina revelatio: Et responsum acceperat
a spiritu sancto, qui in ipso erat, non visurum
se, id est experturum, mortem nisi prius
videret Christum domini, id est Christum in lege
promissum. Job 19: In carne mea
videbo deum salvatorem meum.

Nota quod responsum non datur nisi petenti et in-
terroganti. Unde cum dicitur quod Symeon iste iustus
accepit responsum datur intelligi quod frequen-
ter cum suspiriis lacrimis et gemitibus orando cla-
mauerat ad altissimum ut mitteret redemp-
tionem et consolationem populo Israel. Et forte inter
alia plangens et orans hec erat summa.
Et nunc domine redemptionem Israel quare tar-
das quare faciem tuam auertis obliuisceris
inopie nostre et tribulationis nostre. Tu non dis-
tulisti Christum tuum usque adhuc. Et instat
tempus optimum iam expediens est
mittere quod saluatorem perditis captiuis
redemptionem et mestis consolationem. Veni
domine et libera Israel nos. Et ideo quia im-
proxima ecce venturus est. Beati oculi qui te
videbunt. Putas ne videbo illum? Putas
ne moriar antequam veniat? Putas ne
sum dignus intueri consolationem Israel?
Nolo certe mori nisi illum videam. Mors
timenda vincitur. Volo viuere quousque fontem
vite amplectar. Nolo ego hoc seculo rece-
dere nisi ille veniat per quem conditum
est seculum. Hiis dictis rursus ad lacrimas et
gemitus conuertebatur. Vere iste alter Dani-
el vir desideriorum fuit. Sed huius cordis desi-
derium ipsius pia dei auris audiuit et
responsum est sibi a spiritu sancto illud Dan. x. No-
li timere vir desideriorum pax tibi con-
fortare et esto robustus. Confide senior
iuuentutis vigorem sumas. Non te fran-
git etas senior non te terreat mors
vicinior. Non morieris nisi videas
nisi et tangas nisi ulnis tuis amplex-
eris Christum. Et hoc responso senior confor-
tatus est et quasi iuuenis effectus mirabil-

protulit securitas. Dominica tercia

Tertio cum dicitur Et venit
in spiritu in templum. Et tangitur
deuota consolatio amoris et deuotionis.
Quinta cum ponitur Christi portatio.
Et venit in spiritu in templum, i.
motus et instigatus a spiritu sancto
eadem die venit in templum qua
beata virgo puerum Christum portauit
ad templum. Forte enim erat sibi
reuelatum quod ipsa die attenderet
quod videret gestari in ulnis cuiusdam
virginis oblationem pauperum de-
ferentis. Anima ipse exemplum. Nota
quod ad templum et ad ecclesiam aliquis
debet venire in spiritu. Non quidem
in spiritu superbie sicut ambitiosi
qui sibi usurpant dignitates
et honores. Non in spiritu auaricie
sicut symoniaci. Non in spiritu in-
anis glorie quales admodum illi aut ille
qui se ornant vestimentis co-
ronis et coloribus ut appareant
hominibus. Non in spiritu simulationis
sicut ypocrite. Non in spiritu luxurie
qui ideo ad ecclesiam veniunt ut
videant mulieres et concupiscant
et concupiscantur. Non in spiritu vanitatis
sicut qui veniunt ad ecclesiam
causa solatii ut et vana lo-
quantur. Non in spiritu accidie
sicut sunt qui in predicationibus
et in ecclesia dormiunt et in officio
non orant. Tales spiritu venientes
ad templum non vident Christum
nec illum amplexantur.

spiritualibus anime brachiis suscepit ps.
sed veniamus in templum ut dicamus
cum ps. Suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui. Decimum ponitur
adventus. Et cum induceret puerum
i. intus duceret puerum quia tunc isto
celebat etatis infanciam nisi .xl. dies
parentes eius maria vero parens et
ioseph opinione ut facerent secundum
consuetudinem legis pro eo. Vera ut
dicam est sicut fecerunt pro eo. Una primo
cum presentavit domino sacrificium turturis
aut pulli columbe. Secundo quia erat
primogenitus redemerunt eum .v. siclis
argenti. Attende quia cogitabat
ille antiquus si videret inter turbam
deferri parvulum natum de virgine. Offe-
rebant in templo filii principum et no-
bilium ac divitum sed non attendebat
ille sed tunc introduceret christus in templum
statim cognovit symeon infantem
tenens pius senex dimissis aliis
infantibus venit ad virginem. Et
non sufficit sibi adorare videre et tan-
gere parvulum nisi etiam ipsum acciperet in
brachiis de sinu virginis. Unde sequitur
Et ipse accepit eum in ulnas suas
i. inter brachia. Et mirum est si beata
virgo non prohibuit seniorem hominem
christum amplecti sed ipsa cognovit istius
senioris devotum desiderium et intel-
lexit deo placere quod ille homo conso-
laretur in amplexu pueri. Atten-
de forte quod non nulli risissent fatui
videntes antiquum hominem gestare
puerum in ulnis et exultantem sed

non erat symeoni de hoc cura. Por-
tabat ipse infantem et ipse erat in puericia
puer etate et innovatus est in etate quia
plenus erat pietate. Gaudebat et exul-
tabat felix senex nimium iste symeon
quia tantam consolationem habere meruit quam
desideraverunt patriarche et prophete necnon
acceperunt. Sextodecimo ponitur devota gratiarum
actio. Et benedixit deum gratias agens quia
quod ab antiquo fuerat promissum iam cer-
nebat impletum. Et dixit Nunc di-
mittis servum tuum domine. Bonus ser-
vus licet antiquus tamen de hoc mundo
secundum verbum tuum. quia dixisti non
videbis mortem nisi prius videas
christum. in pace i. cum anime in pace et tran-
quillitate mentis. Ex quo cum vidi
verum causam dimissionis subdit quia
viderunt oculi mei salutare tuum
i. christum qui salutare nuncupatur. Ocu-
li carnis viderunt hominem sed ocu-
lo mentis cognovit eum esse deum
et i. salutare quod parasti. visibile et palpa-
bile in salutem hominum. Unde dicit ante
faciem omnium populorum. quia pro salute
omnium gentium tale dei salutare paratum
est ante faciem quia in templo [illegible]
et hoc salutare omnibus se prestat
sed dicitur quia paratum est ad illu-
minationem gentium et ad gloriam plebis israel
Unde subdit Paratum est tecum lumen
ut sit verum lumen. Ad revelationem
gentium i. ut verum lumen gentium reve-
lationem christus est revelatus et ma-
nifestatus est christus populis quia populus
qui ambulabat in tenebris vidit.

[illegible]

lucem magnam et cetera. Et hoc salutare paratum est ad gloriam plebis tue israel. Per gloriam populus iudaicus quia ex ipso natus est xpistus et salus gentium ex ipso processit. Sed quia melior est gentium vocatio quam israel glorificatio ideo illa hic premittitur. Rogemus etc. In assumpcione beate virginis

De assumpcione beate virginis

Intravit ihesus Glose in uno ewangelio in quoddam castellum etc. Luc. x. Hodie in sermone suo bernardus in uicis suis laudare iubemur nichil magis michi delectat celebritate gloriose virginis nostre cuius oportet misterium taliter extollere et dignis eo iubilacionis preconiis ac misticis honorare muneribus. Et ad hec quis ydoneus certe nec satis nec facundia suppetet ut digne gloriosam virginem laudare queam. Ad laudem ipsius deficit humana lingua, deficit patriarcharum et prophetarum lingua, deficiunt apostoli et doctores, deficiunt et ipsi angeli. Et ideo solus ipse xpistus commendat eam mentibus dicens Quam pulcra facta es amica mea quam pulcra es et decora. Ergo ego factum peccator minimus ut laudes virginis assumam intercessionem xpisti ipsius omnes imploremus dicentes Ave maria.

Intravit ihesus distinctio prima in quoddam castellum et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Luc. x. Hodie quod dicit ydo Certis partibus gratia prestatur in maria uero tota se infudit plenitudo gratiarum. Erat autem quedam pertinet ad activam vitam, quedam ad contemplativam, quedam ad utrumque vite quedam ad ... Ideo hodierna die ewangelium legitur de gratiis active vite que apparuerunt in martha et de gratiis contemplative que refulserunt in maria. Et quia beata virgo in martha fuit in initio active vite et in maria fuit premio contemplative in hoc ewangelio tangitur. Primo quod deuote xpistus fuit susceptus hospicio. Secundo quia martha eum interpellauit de sorore sua ibi Que stetit etc. Tercio quod xpistus pro defensione marie quietem eius pretulit marthe operationi ibi Et respondens etc. Circa primum tria facit. Premittit enim primo suscepcionem salvatoris Intravit ihesus in quoddam castellum. Origo nominis castelli hic tacet lucas, sed iohannes exprimit vocans ipsum bethaniam que interpretatur domus obediencie. Nota quod hoc castellum significat virginitatem beate virginis, eius humilitatem, eius obedienciam et ipsius excellenciam. Castellum nomen habet a castitate et dicitur quasi castrum album. Tale castellum est beata virgo quia preciosa castitate est album cui dicitur in canticis. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Et quia cum castitas virginalis liliis comparatur quia lilium non producit fructum, castitas uero coniugalis et vidualis aliis floribus producentibus fructum comparatur. Item castellum diminutive dicitur quasi paruum.

[illegible]

castro et signat beate virginis humilitatem qua de se pura sentiebat. Secundum illud: Cum essem parvula placui altissimo. Hoc castellum illud dicitur fuisse Bethania, que dicitur domus obedientie. Et virgo beata fuit domus obedientie, exhibuit enim se obedientem tempore incarnationis dicens: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Hoc dicitur castellum, quasi alta casa; vere quidem beata virgo alta domus fuit, alta situ, et status eius super [illegible] statum celestem. [illegible] Archa que elevavit archam in sublimi a terra. Alta est edificio virtutum, alta est [illegible] dignitate fabricationis, quia ipse fundavit eam altissimus. Eam inhabitavit. Psalmus: [illegible] tabernaculum suum altissimus. Inde rursus ad nos venit. Luce primo: Visitavit nos oriens ex alto. Tale ergo castellum castitate decoratum, humilitate munitum, dignitate obedientia et excellentia elevatum intravit Iesus salvator noster, quia carnem assumpsit ex virgine. Et bene castellum intravit, quasi expugnaturus venit hostes generis humani inimicos, [illegible] amicis regnum. Secundum illud quod Regum primo iiii°: Timuerunt Philistei, id est demones, quando venit archa domini, id est Christus venit in mundum, et timuerunt dicentes: Venit deus in castra; ve nobis, et ingemuerunt, etc. In initio expugnati sunt. In isto castro quotiens nostra omnia perdita fuerunt, ante tempus [illegible] deficiet quod enumerare possint miracula. Sequitur: quedam [illegible] Christum suscepit. Et mulier

quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Augustinus: [illegible] venit et sui eum non receperunt, tamquam hospes susceptus est in domo Marthe sicut solent suscipi peregrini. Et sic suscepit famula dominum, ancilla salvatorem, creatura creatorem. Beata fuit hec mulier que suscepit salvatorem. Meruit in domum suam beata mulier [illegible] quia Christum in ministros suscipiunt, quia eos suscipiendo ipsum Christum recipiunt. Matthei x: Qui vos recipit me recipit. Et ut ipse dicit Matthei 24: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Nota quod beata virgo Maria vere per Martham intelligitur, que Christum suscepit hospicio. Martha enim hebraice dicitur provocans, Siriace domina, Latine [illegible] nomen habet amarthe quasi Marthe tenens. Ipsa quidem beata virgo provocavit deum precibus importunis et desideriis cordis ardentissimis ut dei filius carnem assumeret pro liberatione generis humani. Nec ulle [illegible] patriarcharum aut prophetarum orationes vel desideria [illegible] fuerunt efficacie apud deum sicut preces beate virginis. Primo Regum primo: Ego sum mulier illa que steti coram te hic orans dominum pro puero isto, et dedit michi dominus petitionem meam quam postulavi ei. Hec beata virgo est Martha, id est domina, quia maledictio mulierum, qua subiacebant pro culpa dominationi virorum, conversa est in benedictionem eius.

Aug.

Mt 24

[illegible] 1

1 R 1

2

[illegible]

[illegible]

quia ipsa omnia ministrat. 2. Esdre 2. Oportet nos scire
quia mulieres viris ministrant. Et beata virgo est
martha .q. marthe tenens et imitans. sive virgi-
nis tenens castitatem. Gen. 3. Ipsa conteret
caput tuum. Judith. que in manu mulieris tradi-
dit eum. Et ista mulier dicitur quandam singularitate
sive quia nulla ei similis. unde Beda. Nec primam
similem visa est nec habere sequentem sola sine
exemplo placuit virgo Christo. Et hec talis mulier
Christum suscepit in domum ventris sui et in domum
mentis sue. Eccli. 24. Qui creavit me requie-
vit in tabernaculo meo. Suscepit eum
in domo uteri virginalis, in domo pudicicie
et honestatis, in domo mundicie et castitatis.
Fuit enim beata virgo ut dicit Crisostomus animatum
dei templum Christum corpore et mente suscipiens
de cuius susceptione dicit Petrus Ravennensis. Pa-
vet celum, tremunt angeli, creatura non
sustinet, natura non sufficit, et una puella
sic deum in sui pectoris capit, recipit, oblec-
tat hospicio ut pacem conferret terris, celis
gloriam, salutem perditis, vitam mortuis,
terrenis cum celestibus parentelam, ipsi deo cum
carne commercium. Secundo ponitur quale ob-
sequium fuit Christo prestitum in domo recepto
et primo tangitur Marie obsequium et tunc
sive marthe. Erat soror nomine Maria que
sedens ad pedes domini .i. ad pedes Christi ubi
secundum Crisostomum attenditur diligencia, assiduitas
et tolerancia circa audicionem et multa reverencia
quam habebat ad dominum. Audiebat verbum illius. De-
uteronomii 33. Qui appropinquant pedibus eius
accipient de doctrina illius. Ubi ut dicit Cy-
rillus datur nobis documentum ut in domibus
eorum qui nos suscipiunt non iaceamus pigri
sed eos repleamus doctrinis divinis et sinceris.

qui nos recipiunt. Obviantes nobis
hylariter. Propter duas causas. Primo quidem
quia edificabimur in doctrina. Secundo
quia mercedem caritatis recipiet.
Tercio quantum ad ubi istius vite contempla-
tive operacio declaratur. Primo quidem
nomine Marie que maria etiam stella
maris interpretatur. Vita namque activa
et mare periculosum navigantibus
fluctuat occupacionibus, laborat
adversitatibus, percellitur temptaci-
onibus. Sed semper recurrendum est
ad contemplativam vitam, que velud
sidus celeste dirigit actiones nostras
ut ad portum deducantur salutis.
Rursus Maria domina interpretatur
vita vero contemplativa active dominatur
sicut superiora inferioribus. Item
Maria amarum mare interpretatur
quia gustantibus contemplacionem
quam suavis est dominus, omne quod est in
mari periculosum seculi videtur amarum. Et
Maria fuit soror Marthe sic
contemplativa et activa vita procedere
sancto spiritu producuntur, ad eundem ten-
dunt, sortem eterne glorie et celestis
hereditatis. Unde Rachel contemplativa
soror fuit Lye active. Et Maria
sedebat quia contemplacio est in
quiete et silencio mentis. Ps. Quis
dabit mihi pennas sicut columbe
volabo et requiescam. Et sedebat ad
pedes domini quia activa laborat
circa domini discipulos, contemplativa
vero iam tenet divinitatis vestigia
impressa quousque infinita amplexetur.

Beda

Cris.

Cyrillus

xpi in qua contemplatiua audit verba
xpi. Vnde Hugo de sancto victore. Contem-
platiua vita orando [illegible] legen-
do audit meditando subtiliter comprehen-
dit. Notandum quod beata virgo fuit vite con-
templatiue quam excellentissime habuit
merito maria appellatur secus pedes
xpi sedens et audiens verba eius. Ma-
ria quidem dicitur stella maris vel a-
mara. Ipsa est preclara et eximia stella
maris super hoc mare magnum necessario
eleuata, micans meritis, illustrans
exemplis, ne auertas oculos a
fulgore huius syderis ut non obruaris
procellis. Quod beata virgo dicitur domina quia
contemplatione deitatis omnia excessit
psalmus. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato. Quod dicitur amaro
mare contemplando amaritudinem
passionis xpi filii sui. Tren. 2. Impleuit
me amaritudinibus inebriauit
me absinthio. Sursum ipsa fuit
amaro mare contemplatione diuinitatis
sic enim desiderabat esse cum filio
suo ut omnia dulcia presentis seculi ista
amara essent prout dicitur in legenda
psalmus. Renuit consolari anima
mea memor fui dei et delectatus sum.
Quod beata virgo in contemplatione sede-
bat ad pedes xpi. Sedebat quidem
in fruitione quietis sed ad pedes eius
per humilitatem que humilitas maxime
est in contemplatione. Cum enim creatura
deum contemplatur in comparatione tante
celsitudinis videt quod ad pedes est xpi.
Item beata virgo in contemplatione
diuina verba audiuit. Luc. 2. Maria con-
seruabat omnia verba hec conferens in corde
suo. Postquam dictum est de quiete vite con-
templatiue nunc sequitur labor vite actiue.
Martha autem satagebat .i. satis agebat
quia festinabat quia properabat et satis non
agit qui facit quod potest. Et ideo satagebat ma-
rtha quia toto suo posse operabatur. Unde
laborabat et fatigabatur. Circa frequens
ministerium .i. circa ministerium quod multum est
crebrum et assiduum. Eccli. 24. In habitatione
sancta coram ipso ministraui. Ecce quam distincte
actibus istarum duarum sororum. Aug. de verbis
domini. Laborabat illa vacabat ista. Illa
erogabat hec implebatur. Erat enim ma-
ria intenta dulcedini verbi dei. Intenta
erat martha quomodo pasceret dominum. Intenta
erat maria quomodo pasceretur a domino. Martha
conuiuium parabat domino in cuius conuiuio iam ma-
ria iocundabatur. Notandum quod actiua vita no-
mine marthe intelligitur. Dicitur enim
martha a marte tenens. Mars dat
deus est belli et impugnationis. Vita no-
actiua tenet continuum bellum. Videatur
actiue occupatur secularibus negotiis quomodo
modo regat sibi commissos vel prouideat illis
necessaria quo ingenio discordes reducat
ad concordiam et multis bellorum impugna-
tionibus fatigatur. 2 Cor. 7. Nullam re-
quiem habuit caro nostra sed omnem tribulacionem
passi foris pugne intus timores. Item
martha dicitur prouocans siue irritans
quia actiua vita prouocat mentem ad
turbationem exterius multis occupationibus
et aliorum aduersitatibus. Cor. xi. Extra

Vita actiua

infirmatur et ego non infirmor quis scanda-
lizatur et ego non uror. Et martha dici-
tur unde quia vita activa ita premit curis
et anxietatibus quod tamen non succumbit. Secunda ad
Cor. 4. In omnibus tribulacionem patimur
sed non angustiamur aporiamur sed non destitui-
mur persecucionem patimur sed non derelinquimur
deicimur sed non perimus. Vir est qui pugnat et
vincit. Nota quod beata virgo fuit martha
secundum activam vitam. Laboravit enim circa
frequens Christi ministerium. Primo namque
cum suscepit in domum ventris virginalis
item novem mensibus eum gestavit in
utero. Item in pregnacione cum peperit
item pannis involuit et reclinavit in
presepio. Item cum lacte purissimo aluit
et fovit honestissimo sinu. Item timore
herodis cum eo fugit in egiptum. Item
cum perditum tribus diebus requisivit
et tandem in medio doctorum repperit seden-
tem in templo. Item xxx annis secuta est
eum quocumque iverit ministrans ei. Item
morienti in morte astitit. Item corpus ipsius
cum multis lacrimis sepelivit. Omnia
namque opera misericordie que ad vitam activam perti-
nent ipsa circa Christum complevit quorum
aliqua tangit Bernardus in sermone assump-
cionis dicens ut breviter sex opera misericordie per-
curramus beata virgo non quemlibet egenum
sed summum dei filium suscepit in utero
nudum carne operuit et pannis involuit
esurientem pavit sitientem lacte po-
tavit infirmum in infirmitate non solum
visitavit sed et fovendo lavando gestando
frequentavit et tota exhibuit humanitate

opera. Sicut est abysaac sunamitis quesita
in omnibus finibus israel ut staret co-
ram rege ut ministraret ei ut dicitur
3 Reg. primo. Distinctio secunda

Secundo cum dicitur Que
stetit. Et ponitur interpellacio
marthe de marie ocio et cura fatur
Primo enim ponitur marthe sollicitu-
do. Quod scilicet martha satagebat
in ministerio stetit nichil enim curis
occupata nec valens incepta per-
ficere stetit nesciens quid ageret quod certe
frequenter activis evenit quod tantis
supervenientibus vexantur occupaci-
onibus ut occurrit in mentem cepta
relinquere cedere officio prelacionis se-
creta petere monasterii et omnem in-
sollicitudinem postponere. Unde legitur
Num. xi. quod moysi cura populi israe-
litici intoleranda res visa est dixit ad
ad dominum Cur afflixisti servum tuum
quare non invenio graciam coram te et
cur imposuisti pondus universi populi
super me. Numquid ego concepi omnem
hanc multitudinem vel genui eam
non possum solus sustinere hunc populum
quia gravis est michi. Si autem aliter
tibi videtur obsecro ut interficias
me et inveniam graciam in oculis tuis
ne tantis afficiar malis. Secundo
ponitur marthe lamentacio Et ait
domine non est tibi cure quod soror mea
reliquit me solam ministrare. Tot enim
negociis occupantur activi temporalium
quod que videantur deum ipsorum curam

nota beata virgo fuit martha

Bern.

dist. 2a

non habet. Prov. 13. Multa est cura
decem de hominibus bovibus suo opere a-
ctivos significant non tamen religi-
osos sine cura qui dixit. Luc. 10. Cu-
ram illius habe et quodcumque super-
erogaveris ego cum rediero reddam
tibi. Et contemplativa licet non mi-
nistret exterius cum sit religiosa activa
se parat ei melius contemplationem et
quietem bonam ut post labores desiderat.
Sap. 8. Intrans in domum meam
conquiescam cum illa neque habet ama-
ritudinem conversatio illius nec tedium
convictus illius sed leticiam et gaudium.
Vere ergo postmodum implorat auxilium di-
cens illi ut me adiuvet. Aug. de
verbis domini. Certe nos putamus ma-
riam timuisse ne diceret ei dominus
surge et adiuva sororem tuam.
Mira enim suavitate tenebatur
que profecto maior est refectio mentis
quam ventris. Nota quod duo sunt in
presenti vita oportet mariam adiuvare
martham et martham adiuvare ma-
riam. Bene enim frater qui ad-
iuvatur a fratre est quasi civitas firma ut
dicitur Prov. 18. Ita iste due sorores
scilicet martha et maria mutuo se ad-
iuvantes firmum faciunt edificium.
Et cum activa vita non ministret
necessaria contemplationi vacare non
possemus. Et rursus si contemplatio
non reduceret activam ad quietem
mens nostra in exterioribus fatigata citius
deficeret. Unde vulgariter dicitur quod una
manus aliam lavat et utraque faciem.

Unde in vitis patrum legitur quod frater quidam
venit ad abbatem Silvanum et videns
fratres operantes manibus ait illis Nolite
operari cibum qui perit. Quia maria partem
optimam elegit. Et precepit senex discipulo
fratri ut mitteret eum in cellam ubi nichil
esset ad manducandum. Et cum esset hora ci-
bandi expectabat frater ille hospes si for-
te vocaretur ad prandium et cum nemo eum voca-
ret surgens venit ad fratres dicens illis
Comedistis hodie. Et respondit senior etiam.
Ille dixit. Quare non me vocastis. Et ait se-
nex. Tu qui spiritualis es cibo isto non in-
diges quo nos carnales indigemus
propter quod operamur. Tu namque cum maria op-
timam partem elegisti totam diem legens.
Quibus ille auditis prostratus petiit
veniam. Ad quem abbas. Maria indiget mar-
tha et oportet alterum alteri subvenire. Hinc
est quod in ecclesia prelati predicatores sustinentur ab
administratoribus necessaria quibus ipsi ministrant
spiritualia. Distinctio tercia

[margin: Dist.a 3.a]

Tercio cum dicitur Et videns et cetera
agitur sententia christi quia marie quie-
tem pretulit occupationi marthe ubi tria
tanguntur. Primo cum audit dominus querelam
marthe attendat bene dicitur Et videns
ille dominus ait. Noluit maria aliquid re-
spondere verbis sororis sic enim erat
intenta verbis christi quia ut dicit Aug.
causam suam potius voluit committere
iudici ne laboraret in respondendo. Vi-
dens patrem parum vidisset sermonem
remitteret audiendi intentionem. Martha
martha. Aug. repetitio nominis.

indicium e dilectionis aut forte monendo intentionis ut audiat attentius Contempla-
tiui semper vocati statim attendunt ubi-
cumque xpi. Et actiui qui ad exteriora distracti
sunt bis indigent vocari admonitio. Vel for-
te repetitio nominis multiplicitatem curarum in-
sinuat. Unde quidam martha martha i.
malfa mala quia cottidie comedit cum
filijs et dignitatibus presumit quam qui cepti
sunt melius nouerunt. Propter quod ut recitat eso-
pus dixit mus siluestris ad domesticum
Rode malo fabam quam rodi pectora curam.
Deum laudat sollicitudinem eius quia ex
caritate erat. Sollicita es i. anxia uel
commota non est mirum si erat sollicita quia
non auctorem sed deo ministrabat. Ro. 12. Solli-
citudinem non pigri spiritu feruentes
domino seruientes. Deum compatitur et miseretur
eius occupationibus. Et turbaris erga
plurima. Ideo namque turbabatur quia circa
multa erat occupata. Cum enim vult multa
facere difficile est quin in multis eorum deficiat
aut corporis impotentia aut ignorantia a
qua dum circa unum intendit alterius
obliviscitur. Unde oritur perturbatio mentis propter
quod dicitur Ecci. xj. fili mi ne in multis sint
actus tui. Sed ideo dat salubre consilium
Porro unum est necessarium q.d. ideo tur-
baris quia circa plurima occuparis sed
si turbari non vis debes plurima et
apprehende unum tantum quod est necessarium quod illud
aut necessarium duobus modis potest intelligi
Primo secundum Cirillum quia xpus non
indigebat magna quantitate preparatione

sed unum tantum corporum que preparabat martha
erat sufficiens. Et si martha circa
aliud unum fuisset intenta turbationem
non habuisset. Vel secundum Aug. necessarium
unum deus ipse est pater et filius et spiritus
sanctus qui sunt unus deus circa contempla-
tionem si martha fuisset intenta ac-
non habuisset turbationem dicitur ps.
michi autem adherere deo bonum est. Si
dicat aliquis cum melius est contempla-
tioni intendere relinquant homines omnia
opera alere scilicet nestirie nudum
discordes concordare peregrinos recipe-
re visitare infirmos et regere subditos.
Dicendum quod dominus non reprehendit opus
marthe sed dicit quod sine turbatione
esse non potuit quia turbatio actiue
vite quibusdam intendit ex officio sicut
prelatis esse et inde principibus et ha-
bentibus familiam. Quibusdam non
competit ex condicione sua ut forte qui
non sunt dispositi ad contemplationem et
qui habent temporalia que largiri oportet
indigentibus. Tertio commendat
contemplationem marie Maria opti-
mam partem elegit. Non tamen malam
primo bonam sed tantum illa meliorem immo op-
timam quia nichil contemplatione diuine
melius est. Et nunquid actiua
vita circa temporalia que transitoria sunt sed
contemplatio eternorum vere subdit Que non
auferetur ab ea. Auferetur enim actus vite
actiue quia in alia vita nullus erit
esuriens quem alat nullus sitiens et sic
de aliis. Sed contemplatio hic incepta

[illegible]

ingelica perficiat. Nota quod beata virgo
maria quatuor optimas prelegit
Prima pars est virginitas de tribus
enim statibus continencium coniugatorum et
virginum· virginitas optima est
unde Cyprianus virginitas est flos
ecclesiastici germinis atque ornamentum
gratie spiritualis illustrior porcio gregis
xpi· hanc elegit beata virgo prima
omnium feminarum· unde super illud· Luc· primo·
quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco
dicit Beda Angelo propositum sue men-
tis virgo reuerenter exposuit vitam
videlicet virginalem se ducere decre-
uisse. Secunda optima pars est fecun-
ditas honor non quemcumque regem
aut prophetam generare aut proprium ho-
minem sed ipsum dominum et hominem regem
regum et dominum dominancium quam virgo ele-
git dicens Ecce ancilla domini· fiat
mihi secundum verbum tuum. Tercia ex
triplici vita· s(cilicet)· priuate que bona est
actiua que melior est contemplatiua que op-
tima elegit unde Ieronimus totam virginem
repleuerat spiritus sanctus gratia, totam intra-
uerat eam diuinus amor ita ut in ea
nichil esset terrenum quod eius violaret
affectum. Quarto elegit optimam partem
glorie et enim pars consorcii hominum iustorum
que est bonum ex consorcio angelorum que
est melius hodierna die elegit con-
sorcium xpi que est optimum collocari
sursum enim istorum ordinem super
choros angelorum ad dexteram filii
sui domini nostri ihesu xpi Vnde Ieronimus Ibi-
que confidenter sancta dei genitrix ecclesia

quod de illis aliorum sanctorum fas est credere quod beata
virgo ultra angelorum et archangelorum tur-
[...]cendant inita 3· par· 2· positus est thronus
matris regis que sedet ad dexteram eius
filiorum et· In natali virginis marie

Vos estis sal terre· Et si sal euanu-
erit in quo salietur· Math· 5· Et unum
est quod opus suum commendet opificem· Iuste
quilibet predicator dum ubi gloriosum et in-
clitum doctorem beatum Augustinum de quo presenter diui-
nis laudibus commendare mereri et exto-
lle et glorificare premississ proprium clarum sacre
scripture inceptione predicatione facultate
omnibus qui veritatis intelligentia dey fido
sic magistrum produxit ut predicatoribus
sine difficultate inuentum sit exca vite
pastum fidelibus ministrare· Vnde Ieronimus et Aug(ustinus)
Epistola 33· Ad eundem beati deus promittum
oris tui ita ut de eius plenitudine ad
nos usque redundat efficiat et gloriosius
de quo ut dicit Audax· Epistola 31· Predicabi-
lis ac mirum stupendum suscipiendum
omni quod laude gratie prosequendum gloriosus
pater Aug(ustinus) et ut digne per nos fiat in
tante matris eius laudes multiplices
adeam pater exponit procemium implo-
ramus dicens Aue maria· Distinctio

Vos estis sal terre prima pars
Consuetudo est hiis qui exper-
diunt magistros in aliqua facultate quod dum
licenciant eos primo propos commendant in
vita sancta et traditione doctrine secundo
scientia quod sunt doctum clericos concludunt
qualiter adeo proprium receptum sumus
autem magister celestis· s(cilicet)· xpus in-

[Margin notes: "optima ... elegit"; "2"; "3"; "4"; "Dist(inctio) prima"; "... in ... b(ea)ta ang(elorum)"]

stituens magistros et doctores in scola humi-
litatis sancte matris ecclesie quorum precipuus fuit
noster pater Augustinus. Licet tamen de tempore in-
pleti Christus dicit sedens cum in monte quod
pertinet ad dignitatem magistri doce-
bat discipulos suos ostendens perfectionem doc-
torum ecclesie. Et primo commendat statum eorum
secundum multiplicem dignitatem. Secundo
ponit doctrine veritatem soliditatem ibi Noli-
te putare etc. Tercio promittit premii felicem
sublimitatem. Circa primum [?] solum [illegible]. Circa
primum quatuor tangit doctorum dignita-
tes comparans eos sali, luci, civitati et lucerne.
Sal quidem sunt ratione celestis sapientie quam
sapiunt. Lux vero ratione clare doctrine qua
ceteros instruunt. Civitas autem ratione edi-
ficii spiritualis vite. Sed lucerna sunt ratione
boni exempli quod aliis exhibent. Iuxta illud
ad Thy. 4. dicitur doctori ecclesie: Esto exemplum
fidelium in verbo, in conversatione, in cari-
tate. Tu vero attende lectioni, exhortationi
et doctrine etc. Primo igitur comparat eos sali dicens
Vos doctores ecclesiastici estis, non [?] ita
sicut [?] sal terre. Non quidem sal terre
quasi sal terrestris, sed terre quia vos homines
terrestres conditis. Notandum quod nomine salis
celestis sapientia intelligitur. Unde infantibus
datur sal cum cathezizantur dicente sacerdote
Accipe sal sapientie. Et de homine insipien-
te dicimus quod non habet sal in capite. Com-
parabiliter quidem propter quatuor scilicet ratione
generationis, ratione proprietatis, ratione effica-
cie, et ratione utilitatis. Ratione quidem
generationis quia ut dicit Eusebius
sal secundum suam naturam est ex aqua constitutum

solis estibus in altum consistit [?]. Nam
sic celestis sapientia generatur in mente cum
amara fuit ista mundana et ardes-
cimus ad divina perfusi aura spiritus
sancti. Necnon cum ista sapientia invenitur
in terra suaviter viventium ut
dicitur Job 28. Propterea dicitur Eccl. 2. Co-
gitavi abstrahere a vino carnem meam,
ut animum meum transferrem ad sapientiam.
Et talis transmutatio celestis sapientie
facta fuit in beato Augustino, cum ad-
huc iuvenis cepit in divinam sapientiam
commutari ita ut omnia mundana
illi essent amara sicut ipse dicit
3. conf. 4. Liber exhortationis sapientie
mutavit affectum meum et ad te ipsum domine
mutavit preces meas et vota mea
ac desideria mea fecit alia. Viluit
mihi repente omnis spes vana et in-
mortalitatem sapientie concupiscebam
estu incredibili et iam consurgere ceperam
ut ad te redirem. Ardebam deus
meus revolare a terrenis ad te. Sed
non fui ex toto ad divinum conversus ex in-
timis cordis medullis pre amore
quem habebam iuste delectationis. Iam non
uxorem, non filios carnis, non ho-
nores seculi querens. Unde 9. conf. primo
de se ipso dicit: Domine Ihesu Christe adiutor
meus et redemptor meus, quam suave
mihi subito factum est carere suavitati-
bus nugarum mearum, et quas amittere
metus fuerat iam dimittere gaudium
erat. Eiciebas enim eas a me [struck]
[?] tu vera et summa suavitas eicie-

bas et turbas prae omni voluptate
suavior sed non carni et sanguini ver-
um Dei cultoribus qui mutatus est verbis.
Augustinus ad celestem sapientiam
Item tertius effectus salis est quia missum
in igne salit. Hoc autem facit celestis
sapientia quia in igne tribulationum
non deficit, sed in adversis constantius sal-
tat exultat. Actuum 5. Ibant apostoli gau-
dentes a conspectu concilii quoniam digni habi-
ti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Non
fuit sic verbis Augustinus cuius tempus
tribulationibus plenis fuit sed contra
inimicos velud sal saltavit in igne
in tribulationibus, primo saltavit in
comportando in tribulationibus hereti-
corum. Saltavit disputando contra
eos. Tribulatione ultima Wandalorum tri-
bulatus intellexit. Cantica 2. Ecce iste venit
saliens in montibus transiliens co-
lles. Item efficacia salis est quia ma-
las humores consumit et conservat a putre-
factione et vermes non sinit generare.
De sapientia vero dicitur Sapientie 8. Con-
cupiscentia sapientie deducit ad regnum
eternum. Talis sal fuit beatus Augustinus cuius
doctrina perfusa in ecclesia consumit humores
et concupiscentiam et corruptione con-
servat et vermes hereticorum occidit
sicut Paulinus Augustino epistola
21. Vere sal terre quo praecordia
nostra ne possint seculi errore evanes-
cere condiuntur. Item utilitas salis est
quia est omnibus saporibus primus et cum

condimentum sine quo nichil est sapidum,
sic absque celesti sapientia nichil sapit. Sapien-
tiam gustantibus et quibus quum infectum sunt cui
stum meliorem non sapiunt quae dei sunt. De-
cetera vero Augustinus: est condimentum tocius sacre
scripture, sumus omnem saporem tamen sua-
vitatem veri volustiamus (?). Augustinus
epistola 22. Et tu scriptum tuus iam non
mollescere, sed neccesse dulcioribus et merce-
mur informare dignius et macedonio
adcinde (?) Epistola 66. Miro modo afficior sa-
pientia tua et in illis quae dedisti et in hijs
quae interveniens pro sollicitus mitte non
gravis quae tamen sunt acumine satiatus et
sic ut nichil supra sit. Item ponit
cautela diligenter cum sal est custodiendum
quia si pereat non esset unde posset reme-
dium adhiberi. Ideo ait: Et si sal evanuit.
Evanuit dicitur sal quando propriam virtutem
amittit. Tunc enim vanum est et inutile
unde ut dicitur: Et si sal insulsum fuit et
alia vero littera: Et si sal infatuatum
fuit, in quo salietur? Quia vero non est sal
sal vero si sal efficiatur insulsum non est unde
quo saliri possit ubi considerandum quanta
diligentia doctores ecclesie debeant
custodire in corpibus salem sapientie ne
evanescat quia ut dicit Hugo: Si evanu-
erit doctor multo alio doctore potest
emendari. Item ponit talium reproba-
tionem explicans: Primo ad nichilum valet ultra
omnibus rebus ad nichilum valet cum non
attingit finem et operationem ad quam ordinatur
sic doctor infatuatus ad nichilum

2 · 3 · Nota quod [...] sal sapientie [...] · 2 · 3 · 4 · 4 · exemplum

ualere dicitur quia subditos suos sale sapientie salire non potest ¶ Secunda reprobacio nisi ut mittatur foras glossa ab officio predicandi ¶ Tercia reprobacio et conculcetur ab hominibus. Conculcatur qui pedibus comprimitur. Sic doctor infatuatus hominum affectibus conculcatur quia in contemptu habetur ¶ Nota quod sal sapientie in doctoribus ecclesie vanum efficitur et inutile. iiii. ¶ Primo vanitate mundane philosophie. Unde beatus Ieronimus prout de seipso dicit in epistola ad Eustochium raptus fuit ad tribunal dei et ibidem diuinis flagellis cesus quia Ciceronem magis legebat quam libros sacre scripture ¶ Secundo sal sapiencie infatuatur errore ut dicit Ieronimus ¶ Tercio infatuatur quando celestis sapientia que preciosior est cunctis opibus ordinatur ad acquirenda bona temporalia sicut fatuus dat aurum pro pica ¶ Quarto infatuatur secundum Augustinum quando metu temporalium persecucionum amittunt doctores regnum celorum. Quinto infatuatur carnalibus desideriis. Exemplum de Salomone. Non sic fuit beatus Augustinus sal infatuatum vanitate mundane philosophie cum licet ut de seipso dicit omnes libros liberalium artium quos scripsit legit et intellexerit contra tamen hec relictis intendens lumine celestis sapientie dicens. x. conf. O eterna veritas et vera caritas et cara eternitas tu es deus meus tibi suspiro die ac nocte. [...] cum in [...] suis contenebat [...] ex-

positum et redditum non est totum reprobabat si non erat ibi nomen salvatoris ut ipse dicit 3 conf. ¶ Secundo non fuit beatus Augustinus depravatus erroribus. Cum quidem questionem sua multis erat erroribus implicatus sed ex quo veritate celestis sapientie nouit circa regulam fidei mansit in qua cum videat [...] sur-stantem et multos errores ipse impugnauit ut patet in epistola [...]. Admiror multum [...] laboriosius [...] dominus donat contra diuersos errores arguendos ¶ Tercio non fuit implicatus sollicitudine acquirendi bona temporalia ut patet 9 conf. primo iam liber erat animus meus a curis cordinatis et mordacibus ambiendi et acquirendi voluptandi atque scalpendi scabiem libidinem et garriebam tibi claritati mee et diuiciis meis et saluti mee domino deo meo ¶ Quarto non fuit infatuatus timore persecucionum [...] cominantibus hereticis ipse sic eis rescribit epistola [...] ad donatistas: Inimici fratres sumus vobis et mandastis quia occidetis nos quia veritatem dicimus vobis. Vindicet nos deus de vobis et errorem vestrum in vobis occidat. Et sancto Eusebio scribens epistola [...] ait: Utinam ego tanto animi

dolore percussus quod faciem non saltem
loqueretur. Amicus illustris fuerat cum
quo tamen adulterat adhuc dixit blande
ementiam tripe inveccet paptum suum
et diceret ab opere refelli apte doctri-
tes quamnon aptet ego coram indig-
nationibus territus tacerem. Sic
non fuit beatus Augustinus infatu-
atus amore carnalis voluptatis.
Tamen verum est quod ante fuit quasi
tali fuit captus amore prout ipse
dicit .3. confessionum. Veni carthaginem
nondum amabam et amare amabam
amari et amare dulce mihi erat ma-
gis si et amantis corpore fruerer.
Venam igitur amicitie coinquinabam
sordibus concupiscentie cum ideo sit casti-
gatus erat prout dicit .6. confessionum. Qui
miserum se putabat nimis fore
si femine privaretur amplexibus et
ut dicit .2. confessionum. Monitus
matris muliebres iudicabat
quibus ipse ne fornicaretur maxime
nos ne adulteraret monebat. Tertium
ut dicit .8. libro confessionum a. quia primordio
sue adolescentie adeo petiit cas-
titatem et dicebat: Noli modo.
Timebat enim cito exaudiri et
cito sanari a morbo concupiscentie quem
malebat expleri quam extingui.
At ubi cepit converti ad deum a-
paruit casta dignitas continentie
serena non dissoluta hylaris blan-
diens ut ad se veniret et extendit

manus ad eum suscipiendum et amplecten-
dum .8. confessionum et puelle continentiam servant
tu non poteris quod isti et iste sus-
cepit enim castitatem continentie ut non impo-
nerem querit nec aliquam habere spem scilicet ut dicit
.2. libro confessionum .13. libro .10. Iussisti domine ut continerem
a femina et quod tu dedisti et antequam dispensator
sacramenti tui fierem. Tertium. Legitur Job esse lux mun-
dique .4m. Quantum vite lux sunt doctores quo-
niam illuminant ignorantes. Christo consideandum
quod lux quam adspiram qualitas est celestis corporis.
Tales non doctores erunt. Dan. 12. Qui do-
cti fuerint fulgebunt quasi splendor firma-
menti et qui ad iustitiam erudiunt plurimos
fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates.
Firmamentum sacra scriptura est ut dicit .13.
confessionum. Qualis splendor est beatus Augustinus qua luce
ipsius fulget. Talis est doctrina beati Augustini
tota celestis nichil mundanum nichil conti-
nens sicut apparuit in visione illi mulie-
ris que vidit eum inter archangelos sub-
taliter perquirentem. Eccli. 24. Ego in al-
tissimis habito et thronus meus in colum-
na nubis. Sic etiam lucis est abscondi-
ta revelare quod pluribus non doctrina ma-
nifestavit et antiquam absconditam et antiqua
difficilia declaravit. Job 28. Profunda
quoque fluviorum scrutatus est et abscon-
dita produxit in lucem. Ista ut in omni
veritate scripture splendeat. Job 24. Super
quem non fulget lumen eius. Sic efficacia
lucis est calefacere. Talis est doctrina beati
Augustini qua mentem inflammat. Unde
Augustinus in expositione .9. verbis
doctrine tue vide quod factus quamsicut

bonus es ut nos rapias ad amorem.
Et x° confessionum 4 domine amo te percussi cor meum
verbo tuo et amavi te. Ecce celum et terra et
omnia que in eis sunt undique ecce michi
dicunt sine cessacione ut amem te. Hec
sunt alta verba que reflammant ad amorem
dei. Secundo qualiter lux quorundam doctorum ab-
iciat subfl. principis tenebrarum dicit
Job 9. Sub quo curvantur ... solis stinct
sibi aurum quod lutum de quo gemendum est non
gaudendum ut subsannandi sunt sed plangen-
di. Quibus enim obscurato sole letetur quis
non doleat quia filii syon inclyti et ami-
cti auro primo reputati sunt in vasa testea
opus manuum figuli. Tertio lux dirigit
sic et doctrina beati augustini dirigit
navigantes ne pereant ambulantes
ne impingant operantes ne peccent
contemplantes ne errent. Unde quidam paulinus
scribit romano epistola 22. Audi fili legem
patris tui id est augustini fidem et noli
repellere consilia matris tue. Quod tibi
nate pater sed pater augustinus ...
cunctis orbibus adillecebris altum tum
inter flagiciis discrimina vite aspicies
et huius pectore tutus eris. Tercio doc-
tor ecclesiasticus civitati comparatur racione edi-
ficii spiritualis vite unde dicit non potest civi-
tas abscondi supra montem posita et
si abscondi voluit mons ipse supra
quem posita est patentem eam fecit. Et
non quilibet iustus civitas dici potest
quia deus inhabitat cuius edificium est in
virtute fide spe et caritate fortitudine
temperancia ceteris quod virtutibus atque omni-
bus bonis. Sed non doctores ecclesie quia vite

et virtutibus alios iustos excellunt
sunt civitas dei non vilitate site
sed fundate in monte et altitudine ius-
ticie. Licet quod alii iusti late possent
doctores tamen ecclesie noti sunt quorum vita
omnibus patet. Ysaie 30. Civitas edifica-
bitur in excelsis. Ubi attendendum est
primo quod beatus augustinus civitas dei
potest tamen quia in eo fuit omnibus virtutibus e-
dificium ut esset argumentum ditatur civitas ...
sicut patet in quinto libro confessionum tamen quia totis
viribus laboravit ad edificium civitatis
superne unde augustinus dicitur quasi au-
gens supernam civitatem de quo legitur
in epistola hodierna que de eo cantatur Ecclesiastici
50. Ecce sacerdos magnus qui in
vita sua suffulsit domum et qui in
... amplificavit civitatem. Secundo
quia in caritate repitur quod est
nervum vite sic in beato augustino
... sunt saluti nostra et vermi ...
unde Severus augustinus epistola 13. O
tu artificiosa apis dei construens favos
divini nectaris plenos manantes
... et veritatem per quos discurrens
delectatur anima mea et pastu vitali
quod quod in se deesse minus invenit aut
inbecillum sentit resarcire et fulcire
mollitur. Tertio fuit beatus augustinus civi-
tas in monte constituta quia non
... secundum in se ... virtutum sed
quia tam doctrina etiam et vita eius in su-
blimi fuit stabilita Ecclesiastici 40. Quasi
oliva pullulans et cypressus in alti-
tudinem se extollens. Quarto est tutum
ad se recedentium refugium Ysaie primo ...

Dedi te civitatem munitam super
omnem terram. Iste beatus Augustinus
fuit civitas non abscondita sed ma-
nifesta cunctis gentibus. Unde Audax
Augustino episcopus. Augustinus lex
oraculum sacerdos iustitie instructor
spiritualis gratie dispensator lux
seu salus ecclesie cum toto orbi mundanus
notus est quod notatus cunctis et cogni-
tus quam approbatus et nominatus eorum ex-
ivit sonus eius et adhuc videtur cum
in alto positum studio diligenti omnibus
viris scolasticis. Iste ergo doctor eccle-
siasticus lucerne comparatur exaltate super
candelabrum quando boni exempli con-
demonstrat aliis. Unde dicit Neque accen-
dunt lucernam. Lucerna est doctor eccle-
siasticus qui lux divina vel sit oleum
gratie spiritus sancti et lignum sancte operationis
quod accendunt pater et filius et spiritus sanctus
igne caritatis sicut ut exterius luceat
per boni exempli ostensionem. Et po-
nunt eam sub modio. Modius signat
desiderium rerum temporalium. Et quia
ad preceptum superiorem est vacuus scilicet ad
celestia ut dicit Crisostomus. Vel ut innuit
Augustinus quia terrena modio et
mensura suscipiuntur sic et mundus satiat.
Et potest etiam dici quod modius significat
... doctrina. Sub isto modio de-
siderii vel temporalis lucerna doctoris
ponenda non est quia non lucet sed
suffocatur cum seculi. Sed super cande-
labrum. Nomine candelabri ecclesia
intelligitur sicut Apocalypsis primo dicit
candelabra vii sunt vii ecclesie. Hoc
candelabrum super tribus pedibus stat

stabiliter scilicet fide spe et caritate. Et exinde in
altum erigitur sic etiam sublimitate ponuntur
doctores ecclesie quia status magisterii ceteris
est dignior. Ad quid illo sunt positi addit ut luceat
omnibus qui in domo sunt. Magnis et parvis sa-
pientibus et insipientibus et infidelibus qui
sunt in mundo isto. Deinde hortatur doctores ecclesie Lu-
ceat lux vestra ubique tempore coram hominibus
ut videant vestra bona opera. Sicut enim
celi luminaria creata sunt ut luceant super terram
ita et doctores ecclesie sunt instituti ut luce-
ant suis operibus. Ad quid illo finem quod fieri debe-
ant subiungit ut glorificent patrem vestrum
qui [illegible] refundenda est
gloria omnium nostrorum operum [illegible]
quia ut dicit Crisostomus disciplina dum commo-
nibus familie demonstratur. Qui in celis est
quia omne datum optimum et omne donum per-
fectum desursum est descendens a patre lu-
minum. Ubi plura considerandum occurrit ad com-
mendationem egregii doctoris et gloriosi patris
nostri Augustini. Ipse namque fuit lucerna
super candelabrum ecclesie exaltata. Lucerna
quidem quia lux divina habet celestis gratie.
Lucerna quippe aurea fulgore sapientie. Lu-
cerna argentea sono doctrine. Lucerna erea
robore constantie. Lucerna ex lapidibus precio-
sis decore virtutum. Ecclesiastici l. Quasi vas
auri solidum ornatum omni lapide precioso.
Et ista lucerna non fuit vacua sed cum prudentibus
virginibus accepit beatus Augustinus
oleum gratie spiritus sancti in vasis mentis sue cum
lampadibus. Et non fuit lucerna fumigans
vel extincta sed ut dicit Johannes v. Ipse erat
lucerna ardens igne caritatis lucens
doctrina et exemplo. Quam ardet caritate
ipse dicit x confessionum. Dono tui amoris accen-

dixit et ipsum fervens karitatem canticum
gaudium igne tuo bono inardescimus et imus
ad pacem Jerusalem. Sic exarsit ut nulla po-
tuerit tribulatio hunc ignem extinguere
Prov. 31. non extinguetur in nocte lucerna eius
et ideo sic fulget exemplo et doctrina mani-
festum est quia ad lumen ipsius omnes currunt
Job 29. Splendebat lucerna eius super caput
meum et ad lumen eius ambulabam in te-
nebris. Ideo fuit non ista lucerna abscondita
sub modio terrene cupiditatis aut sub modio
heretice dogmatis sed honorifice exaltata
super candelabrum ecclesie. Eccli. 26. lucerna splen-
dens super candelabrum sanctum quatenus undique
diffundatur splendor ipsius. Unde Paulinus
Augustino epistola 21. O lucerne digne super
candelabrum ecclesie posita que late catholicis
urbibus de septiformi lichno pastam
oleo leticie lumen effundens densas
licet hereticorum caligines discutis et lucem
ueritatis a confusione tenebrarum splendore cla-
rifici sermonis enubilas. Sic resplenduit
beatus Augustinus non ad propriam gloriam sed
ut glorificarent homines celestem patrem
nam suis laudibus contristabatur ut dicit Pos-
sidonius 18. ad laudes non dei incitarunt animos
hominum. Unde Severus Augustino epistola 33. Tu
tamquam domum ut quasi quoddam delectabile lucet
referentes nos ad illum ipsius esse cognoscatque
decus bonitate tam bonus es et decus
puritate et simplicitate et pulchritudine
purus et simplex et pulcher es tibi agimus
gratias de bono tuo et de dono suo. Item est
et candelabrum regularis observantie quam
ipse instituit. Exo. 25. facies beseleel
candelabrum de auro mundissimo beseleel.

umbra dei sive dei umbraculum
interpretatur. Et sicut umbra est imitatrix
corporis ita beatus Augustinus dum civitatis
expressa fuit ymago non tantum per exteriorem
sed per interiorem et amorem quia totus
ipse trinitati consignatus fuit. Ipse non
talis artifex fecit candelabrum ex eo
quod candelam facit. dicit nam candelabrum
candelabrum ex eo quod candelam facit regu-
laribus non maxime illud datur man-
datum Luc. 12. Sint lumbi vestri precincti
et lucerne ardentes in manibus vestris
Sic istud candelabrum super tres pedes
stabilitur. Primo unum est preceptum claustra-
le quod firmavit regule principium de
dilectione dei et proximi ante omnia fratres
karissimi diligatur deus deinde proximus quia
ista precepta sunt principaliter nobis da-
ta. Alter pes est doctrina apostolica. Na-
fratribus presbiter monasterium clericorum mox
instituit et cepit vivere secundum regulam
sub sanctis apostolis constituta. Tercius pes est
confirmatio ecclesiastica quia ecclesia re-
gulares ipsius observantias approba-
vit et confirmavit. Sic super istos tres pe-
dibus religionis candelabrum sta-
bilitur ductum ex auro mundissimo. duc-
tile quidem per obedienciam ut ad
voluntatem superioris subditi ducuntur
de qua ipse dicit in regula preposito
tamquam patri obediatur. Ex auro non
per continentiam quia nichil proprium possi-
deatur de qua vita aurea est sui proprie-
tate de qua ipse in regula non dicatis
aliquid proprium sed sint vobis omnia com-
munia quidam vel proprium vel hoc dicam
contra quem Aug. loquimur sed non ...

regulares observantie

eque temporibus conveniat regula dicitur
non equaliter omnibus quia non equaliter valen-
tis omnes sed potius unicuique prout cuique
opus fuerit Et virtus istud candela-
brum indissimum sancte castitatis et pudi-
citie dicitur ipse ait in regula quod invicem
vestram pudiciam custodite Sed ex hoc ha-
stili istius candelabri i. constitutione re-
gule istius quatuor procedunt ut dicitur
Exo. 25. calami qui sunt vite quibus
et paupertatis signa quod demonstravit in vili
habitu et abiecto Sed inde procedunt sphe-
rule que sunt obedientie signa sphe-
rule enim facile mobiles et quocunque in-
pulsa fuerint Sic obedientia huiusmodi
huius demonstrant quidam in successione
vestium quod accepti ex eo quod precepta quidam
aliis modis Sed inde procedunt lilia que
sunt signa castitatis quod aliqui demonstrant
nisi per pellicias quidam in vestibus
albis et lineis castitas enim tam sit
incorrupte nescit tamen corporis corrupcionem
ut dicitur Ecc. quoniam ad dominum velus Sed inde
procedunt cyphi scilicet predicatores qui
propinant fidelibus vinum leticie et
aquam vivam salutaris doctrine salientes
in vitam eternam Super isto candelabro
religionis tanquam lucerna fulgens
positus est beatus augustinus ut luceat
toti ecclesie Refulgent enim ipsius vir-
tutes adhuc in honestate regularium
Refulget ipsius sapientia in studio
et doctrina eorum Zacharia 4 Vidi et
ecce candelabrum aureum totum et
lampas eius super caput ipsius
vel eius Distinctio secunda

Secundo cum dicitur Nolite putare quoniam
veni solvere legem ostendit doctrine veritatem soliditatem
cuius doctores et magistri sunt professores Et
duo facit Primo enim ostendit quod ista doctrina
perfecta est perfectam et cui nichil deficit dicens Nolite putare quoniam veni solvere i. destruere
legem mosaycam datam a deo aut prophetas qui
per spiritum sanctum locuti sunt dicit autem quod nemo
eum putet eiusdem septiam legis et prophetas
secundum Augustinum ut ostendat quod debeant pre-
dicare doctrinam eam etiam quod ipse non solvit
sed predicavit Consuetudo est enim ut successor
idem doceat quod precedens docebat magister
Non enim veni solvere legem sed adimplere
Quinque modis lex adimpletur Primo opere
quia ex quo aliquis quod predicat facit de ipso autem
dicitur Actuum primo Cepit ihesus facere et docere
Secundo implet perfectione ewangelica quod perfectionem
ipsius addidit Tercio implet observacione
consiliorum Quarto implet expositione atque de-
claracione Quinto implet virtute dei
caritatis quia qui caritatem habet legem
implet plenitudo enim est legis dilectio
Sexto legem implet vitam quo modo
ipsius legem implevit quia omnes ipsius
figuras et prophetias venientes in mundum adim-
plevit Jo. 1. Gratia et veritas per ihesum christum
facta est Aliis v. modis ipse gloriosus
pater Augustinus implevit et reliquid
doctoribus implendam Et primo quidem
beatus Augustinus legem implevit opere
quia quod predicavit ipse fecit Unde hugo
super expositionem regule fecit unde sanctus
quod docuit Sed implevit legem impe-
ratoris ewangelii quibus non solum mandatis
sed totius in ordinatus prohibetur

ipse mo[illegible] lex im[illegible]

2

3

4

5

6

Dist. 2

actibus a parentibus cum inordinatis sic fecit
alienum sicut patet x. q. ¶ Et legem servavit
in consiliis servando paupertatem dedit enim
omnia que habuit in egenis unde moriens non fecit
testamentum quia pauper Christi unde faceret non
habuit ¶ Servavit castitatem ita omnem
occasionem peccandi prohibet ¶ Servavit
obedienciam tenendo vitam regularem
¶ Et implevit legem expositionibus suis et
declarationibus que tot sunt et tante ut
non solum impleant sed et superfluant ¶ Non
enim vacat omnia opera eius [illegible] legere iuxta
illud Ieronimi qui se totum legisse fatetur
Eccli. 24 ¶ Implevit quasi Phison sapientiam
et implevit quasi Eufrates sensum qui multiplicat
quasi Iordanis qui in tempore messis
¶ Et legem implevit caritatem tenens. Confessionum
2. ¶ Sagittasti cor meum caritate tua
et accendisti me valde ¶ Et x. libro 18 fra-
grasti et duxi spiritum meum et anhelo tibi
gustavi et esurio et sitio te. tetigisti et ex-
arsi in pacem tuam ¶ Secundo ponit quod
sacra doctrina teneat infallibilem ve-
ritatem. Amen quippe i. vere dico vobis
doctoribus. donec transeat celum et terra
¶ pro arbitrio ut dicit Hylarius celum et
terra maxima corpora esse solvenda
unde secundum Remigium permanent essentialiter
sed transibunt per renovationem. iota unum. ¶ Io-
ta secundum Augustinum minor est ceteris
litteris grecis quia fit solo uno tractu
¶ Yoth non est littera hebrea aut unus apex
apex non est littera sed distinctio sicut apud
nos punctus aut titulus aliquis non
preteribit a lege ¶ Ecce quanta est firmitas

divine legis quia donec celum et terra
transeat et minima legis accidentia non pre-
teribunt donec hec omnia fiant ¶ Causa
quidem legis divine complenda sunt secundum
corporum vero intellectum ¶ Ex quo apparet qua-
lis debeat esse doctor ecclesiasticus.
¶ Quia enim scriptura sit et infallibilis
ideo debet esse solidus non fluctuans
omni vento doctrine ¶ Et quia scriptura
et in minimis complebitur ¶ Ideo quod est
ipsius scripture docendum et considerandum
unde hec scriptura sacra sufficientissime
habuit doctorem beatum Augustinum.
Fuit namque constans in doctrina eius
~~x. q. 12~~ ¶ Stabo atque solidabor
in te in veritate nec omnes homines cre-
didi cum libris tuis tuba corporis ar-
chana valde ut dicit 12 libro confessionum x.
cap.o ¶ Item ipsius scripture fuit re-
verens et devotus doctor nichil
de suo presumptuose volens ipsi scripture
inserere vel immiscere ut apparet per
totum librum confessionum 12 | Distinctio 3.

dist. 3a

Tercio cum dicit Qui ergo
solverit unum et cetera tangit
premium doctorum et duo facit ¶ Primo
enim demittit quod sunt passuri
falsi doctores ¶ Secundo sacre scripture
et tante auctoritatis ut donec celum
et terra transeant et minima ipsius
a lege non pereant quibus est quod ¶ Qui
ergo solverit unum de mandatis istis
minimis opere non adimplendo
et docuerit sic homines exemplo
suo minimus vocabitur ¶ Et non quod precepta

minima possunt intelligi decem man-
data legis que tamen sunt principia agi-
bilium tamen minima dicuntur sicut princi-
pia que quantitate sunt prima et virtute
maxima. Secundo minima precepta
sunt omnia que [illegible] secundaria et conclusio-
nes dicuntur a primis. Tercio minima
minima mandata intelligimus ea
que a christo addita sunt in perfectione
consilia que et superius nomine iote
et apicis voluit intelligi. Sic ergo
quadruplici minima dici possunt. Primo
quantitate vel cadant. Secundo
reputacione in [illegible]. Tercio quo-
rum solucio minoris est culpe [illegible]
[illegible] vel [illegible] occidi
[illegible] adulterari. Quarto quia ad ipsa stat
ultima resolucio preceptorum. Omne
legis tale est minimum et [illegible]
[illegible] falsi doctoribus [illegible] in
minimus vocabitur in regno celorum.
Et non quod regnum celorum [illegible]
[illegible] vite eterne [illegible] [illegible]
minimus ut dicit Augustinus. Cum
minimus ibi vocabitur [illegible] non ibi vo-
cabitur. Solvens [illegible] minima christi [illegible]
[illegible] minimus vocabitur in regno celorum
ubi tamen [illegible] possit esse minimus
[illegible] talis regnum celorum [illegible]
[illegible] potest exponi minimus [illegible] ex-
[illegible] talis ibi vocabitur. Alio
modo secundum [illegible] regnum celorum [illegible]
[illegible] ecclesia dicitur [illegible] doctor qui
mandatum solvit et docet minimus
vocatur hominum reputacione quia [illegible]
[illegible] [illegible] restat ut eius [illegible]
[illegible] [illegible]. Tercio non secundum

[illegible] in [illegible] ad paulinum regnum celorum
est facere [illegible] studium in quo nunc pro-
ficit qui mandata solvit christi et sic doc[et].
Secundo ponitur premium veri doctoris. Qui
autem fecerit et docuerit. Non dicit quod faciat
magna [illegible] sicut superius dixit qui
solvit unum minimum [illegible] quod aliquis
[illegible] minimus sufficit [illegible] solvere.
[illegible] ut magnus sit oportet omnia
[illegible]. Non indistincte dixit qui fecerit
et docuerit [illegible] magna hic magnus
vocabitur in regno celorum. Vocatur quod
[illegible] fidelibus in regno celorum dum
non faciat legis precepta [illegible] magnus
ibi non vocatur. Non et docet quod facit.
Non quod [illegible] Augustinus eo quod fecit et do-
cuit legis precepta magnus fuit [illegible]
regno. [illegible] quidem magnus fuit
[illegible] fidelium [illegible] magni-
[illegible] caritate [illegible] [illegible] doctrine
honestate vite [illegible] exempli.
Magnitudo quidem [illegible] tanta fuit ut
nichil videatur [illegible] facere [illegible]
[illegible] volusianus Augustinus [illegible]
[illegible] detrimento. [illegible] cultus in
[illegible] doctoribus [illegible] at [illegible]
[illegible] Augustinus [illegible] legi [illegible] quod quid
[illegible] ignorare [illegible] legis [illegible]
[illegible] [illegible] magnus
[illegible] doctrine [illegible] hodie
tanta auctoritas ut nichil sit minus
[illegible] quod non eius sit [illegible] [illegible]
[illegible] Augustinus [illegible] michi [illegible]
est te amare suscipere colere mirari
[illegible] mea defendere. [illegible] ma-
gnus fuit [illegible] honestate vite. [illegible]

quem gradum episcopalis dignitatis meruit et
ecclesia unde Paulinus ad eundem epistola 2a. De-
licet iuvenem ad maturitatem mitti se-
nex morum honore prevenit tanta prudentia.
Item magnus fuit exemplis, fuit enim ut
de se ipso dicit spectaculum angelis deo et
hominibus ideo quod fuit magne reverencie et
opinionis unde Bonifacius comes
epistola 122. Suscepi nuper tremens ubera sanctitatis
tue uberibus plena scio enim quod benignitas
vestra qui ab Augustino peritissimo doctore
corripitur. Et ideo beatus Augustinus fuit magnus
in regno studii scripture sacre. comprehendit
enim longitudinem latitudinem sublimi-
tatem ipsius et profundum ut dicit apostolus 3.
magnus namque fuit profunditate perscru-
tacionis assidue que occulta investigando
profunditates sacre scripture et trinitatis quantum
est possibile homini in presenti vita ipse com-
prehendit et manifestat libris ipsius de trini-
tate. profunditatem predestinacionis libro
de predestinacione sanctorum. profunditatem pro-
ductionis rerum temporalium sicut in libro super Genesim
ad literam et abyssum intellectus ipse penetravit.
Erat enim plenus spiritu dei ut dicit apostolus
Cor. 2. Omnia perscrutatur profunda dei. 12
Confessionum. Mira profunditas deus meus elo-
quiorum tuorum horror est intendere in eam
horror honoris et tremor amoris. Item mag-
nus fuit latitudine caritatis ad quam totam
sacram ducit scripturam. Amor enim ipsius
a deo incipiens sic dilatatus est ut usque
ad inimicos perveniret. 7 Confessionum. Unde
amor meus domine in quo deficio ut fortis
sim. Et donatistis qui sibi mortem com-
minabantur scribit epistola C.x. Caritas
Christi compellit nos ne taceamus sed
nos lucrari volumus vos nostros licet
nos odiatis et machinamini nos occidere.
Item magnus fuit sublimitate contempla-
cionis quod est in presenti precipuum studium sacre
scripture. totus enim inherebat ab-
stractus ipsi domino. 9 Confessionum 12. Curat
vita mea in amplexibus tuis ne auferat
donec abscondatur in abscondito vultus
tui. quia male mihi est preter te omnis
enim copia que deus meus non est egestas
mihi est. Et 12 libro capitulo 10. Ecce domine redeo
ad te estuans et anhelans ad fontem
tuum nemo me prohibeat hunc bibam
et hinc vivam. Inter veniuisco domine tu
me alloquere tu mihi sermocinare. Et
aliquando in impetu istius contemplacionis sic
extra rapiebatur ut quasi extra vitam
presentem esset. Unde 10 libro Confessionum. Aliquando
intromittis me domine in affectum multum
inusitatum introrsus nescio quam
dulcedinem que si perficiatur in me
nescio quid erit. scio quod in vita ista
non erit. Item fuit magnus longitu-
dine desideriorum tendencium ad eternam
vitam ad quam tota sacra scriptura in-
vitat. Ipse enim ex intimis cordis
medullis ad eam tendebat. Unde non
distentus sed intentus non secundum dis-
tensionem sed intencionem sequor ad pal-
mam superne vocacionis ubi audiam
vocem laudis tue et contempler
delectacionem tuam. Psalmus. qui intimo deside-
rio clamabat libro 12. O domus luminosa

& speciosa dilexi decorem tuum & locum
habitationis glorie domini mei fabrica-
toris & possessoris tui & suspirat spi-
ritus meus. Certe beatus Augustinus
magnus est in regno celorum. Hic
certe excellit cum ceteris doctoribus in
regno celorum magna [illegible] gloriose
trinitatis ardenti caritate & firmi-
tate feliciter in corona singularis
glorie que doctoribus datur fabricata
lapidibus preciosis. Ad quod plenarie
sufficit adducere quod inuenitur in prin-
cipio cuiusdam libri de miraculis beati [illegible] ubi
sequitur. Rex hispanus quendam misit
Romam magistrum cum donis preciosis.
[illegible] qui liber aput quemdam regem
non est. Dolens igitur nuncius quod tam
preciosum opus esset perditum orationibus
se dedit & pernoctans in ecclesia beati
Petri nocte vero quadam media non
dormiens sed vigilans vidit sanctorum
multitudinem procedentium qui se
ante altare beati Petri se inclinabat.
Ipse vero omnes considerabat seu cognos-
cebat. Et ecce chorus pontificum
& confessorum venit ubi beatum cognouit
Gregorium quadam venientem dixit. Ecce
magister martirum ibi est ubi ante eum
queris. Et gaudens ipse nuncius
dixit. Ecce domine magister miratus sum
quod beatum Augustinum non vidi nec doctoris
eius inueni delectationem. At ipse venerabilis
doctor ut moris eius fuit viuens
placida humilitate. Vir ille excelle-
tissimus Augustinus quem queris non est hic.
nobiscum quia altior continet.

In natiuitate virginis marie

Liber generationis ihesu christi filii dauid.

Legitur primo hoc idem sed aliud om-
nino legitur luce 3. Nos ita estimes in-
quit te pia audire cum audis hanc generationem
valde enim est ineffabilis quod deus communi-
cando nasci dignatus est & homines progenitores
habere. Ineffabile quidem est quia preter na-
ture ordinem ut virgo generaret. Et super humanam
inuestigationem ut deus sit & homo quem
generat. Et super nature originis conditionem
ut secundus sexus generet quia omnis imperfectionis ex-
cepti sumus nos. Quod dicat ysaias Generationem
eius quis enarrabit. Ad nutus virginis se-
confugiamus auxilium cuius generationis secre-
tum ipsa nouit ut nobis digne aliquid lo-
qui tribuat desursum & sui filii gratiam concedat
ut mediante impetrare salutationis sibi mu-
nus angelice similiter afferamus dicentes
Aue gratia plena.

Distinctio prima

Liber generationis ihesu christi & fre-
quenter videamus aliquem totum suum genus
nobilitare per suam prudentiam & industriam
[illegible] generis homo scilicet fuit magne nobi-
litatis quia ex patriarchis & regibus atque
[illegible] & maxime nobilitatis est fuit ex origine
quod maxime nobilitatis est fuit [illegible]
totum tamen suum genus christus decorauit &
nobilitauit. Ideo igitur genus beate virginis
fuit nobilitatis ex eo quod beate ori-
ginem ex patriarchis & regibus quantum
fuit claritatis ex eo quod ipsa genuit deum
& hominem regem regum & dominum domina-
cium. [illegible] generationis nobilitas
beate virginis & quam ad progenitores et quam
ad christum generatum tangitur in principio euangelii quod
in duas partes diuiditur. Premittit enim

pro prohemium narrationis. Deinde exequitur
ibi. Abraham autem etc. In prohemio quatuor
continentur. Primum est quod sit forma operis liber
non enim quecumque opus nominatur liber nisi tale quod
solum cuius noticia decet liberos. Quedam
enim noticia servilis est que acquirit spe lucri
et honoris. Ista vero talis non est. Secundum quod sic
iste liber dicitur eo quod mentem liberat a no-
ticia vero corporum que hic continentur ponderat
amoris libertatem. Unde iste dicitur liber q. br bet
libros quod huic operi convenit quia multa mis-
teria librorum continentur sicut [illegible] apertius.
noticia [illegible] sacrorum et domestica dei. Tercio
tangit materiam generationis. Cum multa
alia scribantur illius tamen quia a sola generacione
cum denotet. Et dicendum quod huius duplex est causa
una secundum Rabanum quia a generacione inci-
pit. Alia secundum Crisostomum quia radix omnium
bonorum est Christi generacio. Quarto explicat
personam quo ad nomen et dignitatem. Quo
ad nomen quidem ihu. Jesus hebreum nomen
est grece sother, latine vero salvator dicitur.
Quantum vero ad dignitatem Christi. Christus grecum
nomen est quod hebraice dicitur messias,
latine vero unctus. Salvator quidem
ipse fuit cuius generatio hic texitur. Ipse enim quod ipse
salvum faciet populum suum. Apertius eorum
fuit unctus quia rex, sacerdos et propheta
et pugil. Hec enim quatuor persone unge-
bantur ut patet unctionem regi David [illegible]
[illegible] sacerdoti [illegible] propheta [illegible] pa-
gili victoria. Psalmus unxit te deus o-
leo leticie. Tercio quod duplex est generacio
Christi scilicet ex deo et homine. Sed cum ista in-
tendat filii David quod David ante
fuit filius Abrahe. Unde subdit filii

Una est quod nomen et [illegible]
dignitas generacionis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Abraham. Vel utriusque filiatio ad
Christum referri potest quia amborum fuit
filius. Secundo dicit quia certis promissis
horum duorum filium Christum nominavit. Et
dicendum quod huius quadruplex est causa. Una quia
ipsi fuit maiores patrum. Abraham
inter patres, David inter reges.
Unde ponitur in principio duarum tessere de-
cades. Alia vero ut Christum esse ex
semine regum et patriarcharum. Tercia
quia ad hos tantum de Christo facta est repromi-
ssio. Quarta ut in Christo quadruplex
dignitas ostendatur que fuit in progenito-
ribus. Abraham enim habuit sacerdotalem
dignitatem quia fecit deo sacrificium.
Habuit et patriarchalem. Unde dicitur pater
multarum gentium. David vero habuit rega-
lem dignitatem et prophetie officium. Et
Christus rex, propheta, patriarcha et sacer-
dos fuit. Sed ista duo maxime notantur.
Et quia tamen David posterior fuit
Abrahe, quare eum premittit. Et dicendum quod
ea ratione David Abrahe premittitur quia
Christus omnibus aliis est premissus. Hec
est enim differentia inter prohemium et
tractatum. Quia prohemium premittit ea
que post sunt in intencione et annectit
que intencionis sunt principaliora. Tractatus
vero tamen exequitur intentum. Premittit
intento principali ea que illi deservi-
unt. Et primo prosequitur ea que remotiora
sunt donec ultimo deducat intentum.
Quarta vero quod hic dicitur pertinet ad prohe-
mium. Quod dixit habet librum esse de ge-
neracione Christi quod est principale propositum

filii david/ et abrahe/ quia in eo compl(e)ta
est david promissio/ Cum igitur fuit inter eos
semper ecclesia expectativa incepit a
magis remotis/ donec ultimo ve-
niat ad generationem christi/ prima

Abraham pars evangelii

Abraham autem genuit ysaac et ce-
tera. Ex ipso prohemio exequitur que se di-
cturum promiserat s(cilicet) de generatione christi
cuius genealogia distinguens in tres
partes quarum quelibet continet .14.
generationes. Sunt enim tres tesserede-
cades .i. tres quatuordene.
prima continet iudices. Secunda
reges ibi david autem genuit et cetera.
tertia pontifices ibi Et post
transmigrationem et cetera. Sub quibus
diversis temporibus instituta fuit
plebs. In quibus omnibus partibus
ut dicit glosa non solum debet histo-
ria notari set et allegoria quo tempus
quasi corporaliter ne(cessari)e tributur (?) primum
prefiguravit. In prima quatuordena
mistice ... et per s(piritu)s ... tu-
mmenant .i. patres et subtractum
generatio ipsius abrahe. Abraham enim
qui interpretatur pater multarum gentium
christum significat/ ex quo omnes gen-
tes christiane (?) ... ps. postula a me
et dabo tibi gentes hereditatem tuam
Item abraham commendatur ab auctoritate fidei
Gen. 14. Credidit abraham deo et re-
putatum est ei ad iustitiam. Christus
non virtutem fidem fundavit cum ipse sit
et fundamentum ut dicit Ap(ostolus) .Cor. 3o
fundamentum aliud nemo ponat.

nisi quod positum est christus ihesus/ Cum autem non que
sunt principatus ex excellentius in sui
principio (?) fides christi pater fidem habuit/ s(cilicet) ex
excellentius apud virginem/ hec autem
deo beata virgini competit/ sicut enim christus
est pater multarum gentium/ ita ipsa est
mater omnium credentium/ Item ipsa fuit
que primo credidit incarnationem/ et post omnes
in morte filii et super omnes virtutes fidei
est beatificata/ Luc. p(rimo). Beata que credidisti
quoniam perficientur que dicta sunt tibi a domino/ Se-
cunda generatio s(cilicet) patris/ genuit ysaac.
qui interpretatur risus vel gaudium. In quo
virtus obedientie commendatur/ quia ad
mandatum patris non renuit ymolari
ut dicitur .22. Gen. Sunt pater quare est confide(ns) fit
gaudium in corde credentium cum quis operatur
et deo obedire et submittere omnem in-
tellectum et virtutem in obsequium christi.
Hec autem patent in christo. ys(aias) .22. Non est
turbatus neque turbulentus. Luc. Ex-
ultavit ihesus in spiritu sancto. Et virgo que obe-
dientissima (?) ... Phil.
diens fuit patri usque ad mortem. Phil.
.2. Rursus spirituale gaudium fuit in beata
virgine. Luc. 2. Exultavit spiritus meus
in deo salutari meo. Fuit et in ea
obedientia maxima. Luc. p(rimo). Ecce
ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Tertia generatio
tertii patris. ysaac autem genuit Ja-
cob. Iste supplantator dicitur eo quod ia-
cob tenens plantam fratris sui esau
Item commendatur a virtute patientie quam
habuit in adversitatibus ex quo intelli-
gimus quod cum gaudio fidei necessaria
prudentia supplantandi carnem et diabolum

tridu(um) beati q(uod) cu(m) adu(er)si patiantur ab istis in
inimicis oportet prudentie annexi patiam(ur).
Hec aut(em) conuenit xp(ist)o. Supplantauit enim
dyabolu(m) ip(su)m ciens (?) eius misterio mirabili
prudencia deptate (?) mundi. Huius paciam ondit
Petrus dicens Qui cum malediceret(ur) non
maledicebat cum pateretur non comminabat(ur). Has
aut(em) uirtutes beata uirgo habuit. de prima dicitur
Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. de secunda
non patet quia in omnibus aduersitatibus
a filio sustinuit paciens fuit. Sequitur
quarta generacio quarti patris. Jacob aut(em) genuit
Judam qui interpretat(ur) confessor. In quo uirtus
confidencie et securitatis commendat(ur) quia
confidenter accessit pro liberacione Beniamyn Gen.
Et quia ceteris timentibus
ipse diuisum mare rubrum primus ingressus
est ut intelligamus quia ex prudencia
subplantandi inimicum generat(ur) confessio
laudis addita securitas q(uod) deus erit nobis
mancipium (?). In xp(ist)o aut(em) fuit confessio
beneficiorum Luc. Confiteor tibi domine
pater celi et terre. Et hic inee (?) fuit con-
fidencia Jo. Qui me misit mecum est
et non reliquit me solum. Similiter sub laudis
confessionem attendimus in beata uirgine Luc.
1. Magnificat anima mea dominum. Se-
curitate(m) uero quia non timuit quam aduer-
sitatem. Et fratres eius qui fuit xj. Sed cum
cum Judas non fuit primogenitus .12. fratrum
quare queritur (?) ceteris assumit (?). Et dicendum q(uod) huius
due sunt cause. Vna quia tribus eius fuit
nobilior ceteris quia regalis. Altera
quia ex hac tribu natus est xp(istu)s.
Hic querit(ur) cum ysaac fratrem Esau. Hic non at

fuit fratres Jude tacet sicut ysmaele
et esau. huius ratio duplex est. Vna secundum
glosam quia fratres Jude manserunt
in cultura unius dei et pertinent ad
repromissionem factam abrahe. Sed ysma-
hel et esau non manserunt in dei
cultura nec pertinent ad promissionem.
Alia ratio secundum Criso(stomum) ut tamen au-
ferat elacionem nobilitatis quia plures
fratrum Jude fuit ex ancillis nati
et tamen omnes patriarche. Sequitur quinta
generacio nostri patris. Judas aut(em) genuit
phares et zaram de thamar. Licet
alios filios Judas habuit tamen istos
filios non tamen nominant(ur) quia ad generacionem
domini non pertinent. Istos uero duos
filios simul nominat, quia solus phares
pertinet ad xp(ist)i genealogiam, quia
eandem habuit originis maculam
nati sunt de incestu de thamar que
fuit nurus Jude. Nec tamen ut dicit
Ab. recusauit xp(istu)s tales habuisse
progenitores. Primo quidem quia uenit
tandem ut sufferret contumelias. Secundo
maculatam originis non recusauit
in iniuriam. Sed ideo ne pudeat etiam
de peccatoribus cognati. Tercio. Sicut
ostenderet a suis maioribus fuisse necessarium
redempcionis beneficium. Quarto ne
quis putaret originis maculam im-
pedimentum esse uirtutis. Quinto
ne insolens se iactaret de generis no-
bilitate. Nota q(uod) phares interpretatur
diuisio. zaram uero oriens. In diuisione
autem notat(ur) perfecta uite quo iusti

aptoribus sagittant in nocente non attendit claritas diuine cognitionis set vere(?) generat dei laus et confessio fuit autem xpus dimisus a baliis hebreis [illegible] talis decebat ut esset pontifex sanctus impollutus sagittatis apostolis de eo et rursus scriptum est zach. 6. Ecce vir oriens nomen eius fuit michilominus beata virgo inter omnes mulieres multo contritis(?) vnde Beda Nec primam similem visa est nec habere sequentem fuit et oriens amara aqua processit sol iustitie vel oriens in nocte sua sagittata ab omni peccato quia ut dicit sagittata... vnde Ave sancta quia innata. Sequitur sexta generatio vi. patrum Phares autem genuit esrom qui sagitta interpretatur. Oritur sagitta verbi qua attendunt credentes et necantur in dulci expectatione vite. Christus non talis est sagittatio. ys. Posuit me quasi sagittam electam.

Talis sagitta fuit beata virgo que corda credentium penetravit ut ad dei attendant amorem et caritatis vere sed incedunt in diuiniso(?) nido. Sequitur septima generatio septimi patris Esrom autem genuit aram qui interpretatur electus. Ubi eligitur sicut sagittam ubi eligitur ... ad illud enunciandum vnde de paulo dicitur actuum 9. Vas electionis est mihi iste. Christus autem electus est pre omnibus aliis. ut 9. Ecce nobis relinquimus omnia et secuti sumus tales fuerunt beata virgo electa inter omnes mulieres ut xpm pareret. Neque enim partitum(?) secundum diuina electione factum est ut dicit

Vnde Sequitur octaua generatio octaui patris Aram autem genuit amminadab qui spontaneus interpretatur. Ex electione enim dei procedit ut ab sponte ad operandum se offerat. Sponte autem xpus se obtulit ad liberandum genus [illegible] potestatem tuam ponendi animam meam et iterum sumendi eam spontanea fuit beata virgo quia libere se obtulit deo ad virginitatem seruandam admiratione dei et obsequium eius. Sequitur nona generatio noni patris Amminadab autem genuit naason qui serpentinus interpretatur sub quo principe tribus iude filii israel egressi sunt de terra egipti quos ipse primus per mare rubrum transduxit de prima tribu namque ... virtus serpentis ... caput in se fidei ... serpentinus autem est xpus in ligno ... quia velud serpens in ligno fuit suspensus ut quicumque eum intueatur sanetur ipse sursum transiuit mare rubrum passionis et liberauit fideles a seruitute dyaboli. Serpentina est beata virgo a demoto serpente cuius caput ipsa contriuit quia velud stella ducit mare per sic transire ut dicit vnde

Sequitur x. generatio patris Naason autem genuit salomon qui interpretatur sensibilis iste patre mortuo in deserto successit in principatu sue tribus sub quo filii terram promissionis ingressi sunt. Ex quo aliquis velud serpens se obtulit pro deo tunc sentit quanta optat cum pati pro nomine eius. Sensibilis autem fuit xpus quia passiones humanas usque ad mortem expertus est. Similiter ... promissa adipiscuntur beatitudinem unde ... Ascendit iter pandens ante eos Beata

Amminadab

Naason

Salmon

Esrom

Aram

Boos

& virgo fuit sensibilis qui gladius passionis fi-
lii animam eius pertransiuit. Ipsa non tamquam stella et
porta celi atque hostiaria introducit ad regnum
vite electos. — Sequitur xi. generatio xi. patribus Sal-
mon autem genuit Boos. qui interpretatur fortis
de isto dicitur Ruth. 2. quod erat vir potens ma-
gnarum que opum. Nam ex receptione eorum que
predo tollerant oportet animatur mens ad fortitudinem
tollerandum. Cristus autem est dominus fortis et potens
dominus potens in prelio. Cuius opes ut dicit Agnes
virgo numquam deficiunt. Hanc fortitudinem habuit
beata virgo. Pro. 33. mulierem fortem quis in-
veniet. Que plena est omnibus diviciis gratiarum
de qua Raab meretrix fuit que abscondit explo-
ratores iudeorum qui venerant Jericho ut cum ha-
bitatoribus civitatis urbis civitatis ipsa cum
suis mortem euasit. — Sequitur 12. generatio duo-
decimi patris Boos autem genuit obeth. qui
serviens interpretatur de quo dicitur Ruth. Natus
est qui te diliget et consolabitur. Ex dono namque forti-
tudinis procedit servitus dei qui est in dilectione
dei et consolatione proximi fuit autem Cristus servi-
ens quia exinaniuit semetipsum formam
servi accipiens. Cuius tanta fuit dilectio ad
patrem et ad hominem ut mortem susciperet.
Ipse consolatus est lugentes in syon ut dicitur
ys. 61. Beata virgo maria fuit serviens deo
iuxta illud. Luc. primo. Ecce ancilla domini fuit diligens
qua consolata est Elizabeth et aliis in adversi-
tatibus consolatur. Ex Ruth. Moabitis hec
fuit uxor maalon. qua booz accepit uxo-
rem ex precepto legis dicitur. Si uxor defuncti
sine liberis esset propinquioris uxor. Lex tamen
prohibebat moabitidas non duci in uxores.
Ex quo quod est quod booz peccauit eam accipiens

videtur enim fuisse perplexus inter forti-
tudinem quod non fuit perplexus. quia cum ma-
trimonium ipsius in nichil prius fuit contractum
cum maalon contra legem obligabatur
booz ad eam recipiendam eo mortuo
marito. Et quia matrimonium tamen
alienigenis non tenet verum separavit
Esdras tales coniuges. Potest autem dici
secundum ambos quod merita Ruth. excesse-
runt legis diffinitionem ut digna fuit
coniugio booz in dignitate non
consideratione corporis verum fuit ibi diuina dis-
pensatio. — Sequitur 13. generatio tertii
decimi patris Obeth autem genuit yesse

Yesse

Iste altero nomine dicitur ysay fuit bino-
mius yesse non incendium interpretatur in-
nata ex sanctio dei generatur devotionis
incensum. Cristus non est incensum igne
caritatis ardens fuit & beata virgo mag-
nitudine devotionis quasi incensum ardens.
Cant. Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex a-
romatibus mirre et thuris. — Sequitur
14. generatio quartidecimi patris yesse autem
genuit david regem. qui manu

DD

fortis interpretatur. fortitudo namque opera-
tionis ex magnitudine devotionis
interpretatur & desiderabilis et pulcher a-
spectu desiderabilis enim est sic operatus
quia habet magnam pulcritudinem fuit autem
Cristus fortis inopem sine defectu fuit de-
sideratus cunctis gentibus fuit spon-
sus forma pre filiis hominum. Virtus david
fuit mansuetudo. De Cristo non dicitur

Je. xj. Ego quasi agnus mansuetus qui
portatur ad victimam. Beata virgo fuit
fortis. Pro. 31. Manum suam misit
ad fortia. fuit desiderabilis patriarchis
et prophetis. fuit decora. Cant. 4. Tota pul-
chra es amica mea et macula non
est in te. fuit mansueta velud quod obiur-
gata non novit. Ber. Ber. Querere dili-
genter nichil in ea durum nichil terribile
nichil austerum tota suavis et mitis
est. Ber. super Missus. filia regum fuit et tamen
quamvis alii filii yesse non nominantur quia
non gubernavit ipsi David in regno
set autem omnibus supradictis virtutibus fuit me-
rito adeo quod devenit ut rex debeat
nominari. Apoc. Fecisti nos deo nostro

Secundo distinctio secunda

Secundo
tum dicitur. David autem rex
ponuntur generationes sedes que
sedecim que continentur a regibus
sumpta est. David autem genuit Sa-
lomonem qui pacificus interpretatur
de ipso non dicitur ipse est pater nostra qui
fecit utraque unum in pacatione domini
sapientie commendatur. Et de ipso dicitur
Eccli. primo in qua sunt omnes thesauri
sapientie et scientie dei absconditi. ex ea
supple que fuit uxor Urie. nota quod
notate sunt super quatuor mulieres quarum
conversatio scriptura reprehendit scilicet Tha-
mar. Raab. Ruth. et uxor Urie. quarta
est cum qua David commisit adulterium
cuius tamen nomen hic tacetur quia alie
mulieres aliqualem habuit bonitatem
Illa non nulla quia et mortis mariti
conscia fuit ut dicit Remigius

fuerunt utrumque David contrahere potuit
cum Bersabee. Et dicitur quod non quia non
potuit matrimonium cum polluta per adulte-
rium si tamen essent adulter machinatus in
mortem coniugis. Et forte dici potest
quod David operatus fuit in mortem Urie
non ut adulteram duceret sed magis
celaret adulterium quod celari volebat
eam uxorem ducendo quod celari non
poterat nisi eam duceret ex quo maritus
nolebat concumbere cum ea ideo eam duxit
Sequitur secunda generatio. Salomon autem
genuit Roboam. qui populi latitudo inter-
pretatur. Cristus autem dilatavit populum dei
a iudeis usque ad gentes. Et quod convenit ei
quod legitur de Roboam 2. Par. xj. Omnes eos
suscepit qui relictis ydolis voluerunt co-
lere dominum. Sequitur tertia generatio. Roboam
autem genuit Abiam. qui interpretatur dominus
pater. Est autem Cristus pater et dominus. De isto
Abia dicitur 2. Par. 13. quod predicavit populo
Israel ut converterentur ad dominum. Et Cristus predi-
care incepit. Penitentiam agite appropinqua-
bit enim regnum celorum. Sequitur quarta generatio.
Abias autem genuit Asa. qui interpretatur at-
tollens. cui convenit quod de eodem dicitur
quod cultum ydolatrie abstulit. De ipso autem
dicitur Jo. primo. Ecce agnus dei qui tollit
peccata mundi. Sequitur quinta generatio. Asa autem
genuit Josaphat. qui interpretatur iudicium
de quo dicitur 2. Par. 17. quod misit doctores
per totam iudeam habentes librum legis ut
docerent populum. Cristus vero est dei iudicium
Jo. Pater omne iudicium dedit filio
ipse misit doctores per totum orbem. dicens

Salomon

Roboam

Abia

Asa

Josaphat

Joram

fruntes docete omnes gentes. Sequitur
sexta generatio. Iosaphat autem genuit
Ioram. qui excelsus interpretatur. Et repre-
sentat victoriam de ydumeis. Cristus
non excelsus est super omnes gentes qui
percussit dyam. ysaias. Spiritu oris sui inter-
ficiet impium. Sequitur septima generatio. Ioram

Oziam

autem genuit oziam. qui robustus domini
interpretatur. Iob. Si fortitudo queritur robu-
stissimus est. De isto ozia dicitur. 2 paralipomenon 26.
quod longe divulgatum est nomen eius et
nomen christi. Luce 4. divulgabatur fama
christi in omnem locum regionis. Et dicitur
de illo quod erat agricultore deditus. Quem-
admodum christus agrum ecclesie colit ut ger-
minet vireat floreat et fructificet.
Zacharias 13. Agricola homo ego sum. Sed

dubium

hic est dubium quod iuxta veritatem historie
tres reges hic obmissi sunt qui non no-
minantur. Ioram enim non genuit oziam
sed genuit othosiam. Othozias autem
genuit oziam. Iosyas autem genuit a-
masiam qui amasias genuit eum qui
hic notatur scilicet oziam. Huius tamen assignat
ambrosius dicens omnes illos tres non nota-
tos scilicet othosiam. Iosiam. et amasiam
pertinere ad eandem generationem cum ozia
sed evangelista non intendit notare genitos
sed generationes. Generatio non christi extenditur
secundum quemlibet ascensum vite viuus
hominis. Nam aliqui plures generare possunt.
Alia tamen assignat ieronimus quia Ioram se
inmiscuit generi achab. ydolatre et im-
pudicissime iezabel. Ideo filii eius usque
in quartam generationem tolluntur ne

inserta generatione inserentur. Aliam
causam Augustinus addendit quia ma-
licia eorum ita continua fuit ut
nemo eorum bonus fuit. Unde tercius eorum
non erat spes quod stirps eorum ulterius reg-
naret. Alia ratio quia omnes tres dei
iudicio pro culpa parentum suorum a dampnati
fuerunt ad mortem. Othoziam enim
occidit hyeu. Servi sui Iosiam. Ama-
siam non tines urbis. Unde peccatum parentum

Joathan

usque in tertiam generationem fuit punitum.
Sequitur octava generatio. Ozias autem
genuit ioathan qui consumatus in-
terpretatur. Et christus est consumatio. Regibus de
isto dicitur quod edificavit portam domus
domini excelsam. Porta domus cele-
stis sunt precepta que christus fecit ex-
celsa addendo caritatem. Apostolus Ad-
huc excellenciorem viam vobis os-
tendo. Sequitur nona generatio. Ioa-

Achaz

than autem genuit achaz. qui convertens
interpretatur. Zacharias. Converte nos
domine conversio ad te. Sequitur decima
generatio. Achaz autem genuit ezechiam

Ezechias

qui confortatus domini interpretatur. Et christus
dixit Iohannes. Confidite quia ego vici
mundum. De isto legitur quod fecit generale phase
cuncto populo israel et iuda. Cristus non
fecit generale pascha corporis et sangui-
nis sui cunctis fidelibus. Sequitur

Manasses

undecima generatio. Ezechias autem genuit ma-
nassen. qui obliviosus interpretatur.
Et christus penitentium peccata obliviscitur.
De isto dicitur quod orauit restitui regnum
suum et exauditus est. Et christus dixit

Amon

Josiam

Jeconiam et f[ratres]

Pater clarifica me apud temetipsum claritate quam habui antequam mundus fieret. Et venit vox de celo Clarificavi et iterum clarificabo. Sequitur 12 generatio Manasses autem genuit Amon qui fidelis interpretatur. Christus autem fidelis est in omnibus viis suis. Mortem autem istius vindicavit populus et hic est fideles mortem Christi iudeos contempnendo. Sequitur 13 generatio Amon autem genuit Josiam qui censu Domini interpretatur quia sicut orationis devotionem de... xpo ut dicitur quod factus in agonia prolixius orabat. De isto Josia dicitur quod adhuc puer cepit querere Dominum. Christus non ... puer cepit ... vertus ... cum esset annorum xii ... dixit in hiis que patris mei sunt oportet me esse. Propter mortem ... fecit ... intelligantur ... De Christo intelligitur ut patet in finem. Sequitur 14 generatio Josias autem genuit Jeconiam et fratres eius in transmigratione. Scriptum est Josiam fuisse quatuor filios scilicet Joathan Joakim Sedechiam et Sellum. Post cuius mortem Joathan regnavit quem post tres menses Pharao amovit a regno et fratrem eius Joachim regem fecit ex quo natus est Jeconias. Iste igitur Josias genuit Jeconiam scilicet Joachim unum natus est Jeconias ... quod Joachim ... est de regno. Nomine eo quod ... cum eo constituit. Aliter solvit ... quod tunc concordat ambo dicto duos fuisse Jeconias unum filium Josie qui et Joachim dicitur.

Alter Jeconias fuit filius istius et de eius est ... Joachim et ... utriusque nominis est ... Alter ... Joakim alter ... Joachim in transmigratione Babylonis. Et ideo quia nati ad hoc erant ut ... exigentibus ducerentur ... captivi. Et attende quod hic intelligitur quod ... genuit Joakym sive Jeconias genuit ... Joachim qui ... eius est Jeconias ... successit sibi in regnum ... et ipse Jeconias ... quatuordene quod forte ideo ponitur ... in angustia servitutis ... genitus est.

Distinctio tertia

Tercio cum dicitur Et post transmigrationem Babylonis ponit generationes pontificum tertie quatuordene. Et post transmigrationem Babilonis prima est ... transmigratio ... tempore Sedechie ... duplex fuit transmigratio. Una tempore Sedechie cum esset ... tercio mense regni sui cum esset ... annorum. Post quo ... regnavit patruus eius Sedechias cuius regni xi anno ... transmigratio facta est. Post prima itaque transmigratione una generatione tacita scilicet Jeconie ponitur secunda generatio istius scilicet Jeconie veniens ad tertiam quatuordenam. Jeconias est principium eius tertie ... Jeconias ... genuit ... iste Jeconias ... interpretatur ... Et Christus dicit ... a patre nobis ... genuit Salathyel quod interpretatur petitio mea Deus. Et Christus dicit Pater sancte serva eos quos dedisti michi. Sequitur 2a generatio Salathiel autem genuit Zorobabel qui magister confusionis interpretatur. Et de Christo dicitur Magister vester cum publicanis et peccatoribus manducat de...

Zorobabel

isto zorobabel. Sexta sequitur. Primo quia in eo cepit misceri regale et sacerdotale genus. Christus autem fuit rex et sacerdos. Secundo quia ipse pretulit veritatem coram Dario cunctis rebus. Et Christus dixit Pylato Iohannis xviii. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni ut testimonium perhibeam veritati. Tertio sub ipso rediit captivitas de babilone. De Christo autem dicitur Ysaie. Predicare captivis remissionem. Quarto ipse cepit reedificare templum domini. Et Christus reedificavit ecclesiam. Sed dubium est quia primo Paralipomenon iii. iste zorobabel non dicitur fuisse filius istius Iechonie. Et solvit glossa dupliciter. Una forte per ipsa de ipse est qui et salathiel. Aut si non est idem vel forte habuit filios eiusdem nominis. Sequitur quarta generatio. Zorobabel autem genuit Abyud. Ab isto abyud deinceps nulla invenitur generationis historia. Sed ecclesia sic didicit vel revelante spiritu sancto vel Ioseph sponso virginis tradente libros sue generationis. Et licet [illegible] exequatur generationem zorobabelis dicendum quod non est ille zorobabel filius salathiel ut dictum est. Abyud interpretatur pater meus. Et Christus dixit Ego et pater unum sumus. Sequitur quinta generatio. Abyud autem genuit Elyachim. qui dominus resuscitans interpretatur. Et dixit Christus Ego resuscitabo eum in novissimo die. Sequitur sexta generatio. Elyachim autem genuit Azor qui adiutus interpretatur. Et Christus dicit Qui me misit mecum est. Sequitur septima generatio. Azor autem genuit Sadoch. qui iustus interpretatur. Christus autem iustus traditus est pro iniustis. Sequitur octava generatio. Sadoch autem genuit Achym qui frater meus

[margin: Abiud] [margin: Eliachim] [margin: Azor] [margin: Achim]

interpretatur. Et de Christo dicitur Caro autem mea et frater meus est. Sequitur nona generatio. Achym autem genuit Elyud. qui deus meus interpretatur. Et de Christo dicit Thomas Dominus meus et deus meus. Sequitur x. generatio. Elyud autem genuit Eleazar qui interpretatur deus meus adiutor. Et de Christo dicitur Deus meus adiutor meus. Sequitur xi. generatio. Eleazar autem genuit Mathan qui interpretatur donatus. Christus autem dedit dona hominibus et ipse datus est nobis. Sequitur xii. generatio. Mathan autem genuit Iacob. qui interpretatur supplantans. Et Christus dicit Ego dedi vobis potestatem calcandi serpentes. Sequitur xiii. generatio. Iacob autem genuit Ioseph. qui apponens interpretatur quod Christo convenit dicenti Ego veni ut vitam habeant et habundantius habeant. Videtur autem Lucas repugnare ei quod hic dicitur. Dicit enim Ioseph filium fuisse Hely. Hely vero fuisse filium Mathat et tamen deinde hanc genealogiam deducit non in Salomone sed in Nathan alium filium David. Et dicendum quod utrumque verum est. Ita Ioseph habuit patres unum carnalem scilicet Iacob. Alium legalem de quo dicit Lucas scilicet Hely. Et primo modo genealogia eius deducitur in Salomonem. Alio modo deducitur in Nathan. Nam ut tradit historia ecclesiastica Nathan carnalis avus Ioseph qui a Salomone descendit habuit uxorem nomine Esram ex qua genuit filium Iacob. Mortuo vero Mathan Nathan qui descendit a Nathan Esram viduam uxorem Mathan

[margin: Elius] [margin: Eleazar] [margin: Mathan] [margin: Jacob] [margin: Joseph]

accepit uxorem ex qua filium ge-
nuit hely. fuit ergo Iacob et hely fratres
uterini. Hely uero accepit uxorem et
sine liberis mortuo fratre eius Iacob vo-
lens suscitare semen defuncti fratris uxo-
rem eius accepit ex qua genuit Iose-
ph qui ex lege erat filius hely defuncti
sed secundum carnem erat filius Iacob. Primam
generacionem lucas prosequitur. alteram uero mat-
theus. Virum marie. hec est quarta nativitas no-
minata in principio evangelii. Ex hoc quod virgo fuit
uxor Ioseph. datur intelligi quod de tribu
iuda et domo david fuit quia ex lege
fiebat coniugium eiusdem tribus et familie.
De qua scilicet virgine non dicit de quo
natus est ihesus. hec est xviij generacio ab
omnibus aliis differens quia omnes alie
fuerunt ex viro et muliere hec sola complete
virtute spiritus sancti. Qui uocatur christus
merito christus qui a talibus venit gene-
rationibus. Unctionem principalem sive
quatuordecene habuit. habuit et regalem
sedem habuit et pontificalem tertie vn-
unito christus est propheta. quod et tantam habuit sed
inuisibile quia cum unxit deus spiritu
sancto actuum 10. ut daretur sibi plenitudo
prophetie. Luc. 7. propheta magnus surrexit
in nobis. Et plenitudo regie potestatis.
Luc. primo. Regni eius non erit finis.
Et plenitudo pontificalis dignitatis.
ps. Tu es sacerdos in eternum. Si ergo qui-
dem unctiones sic plenitudinem habuit
non est mirum quia datus est ei spiritus non ad
mensuram. Io. primo. Rogemus et c.

In festum omnium sanctorum distinctio prima

Videns ihesus turbas ascendit in montem

...t et Luc. 6. Nichil est prima desiderabilius
sicut quidam dixit. Nescio quo natale solum
dulcedine cunctos tenet et immemores non sinit
sinit esse sui. Et Virgilius vincit amor
patrie laudum quod immensa cupido. Nobis
ergo exulibus patrie nostre celesti unde origi-
nem duximus innatus est amor. Illud re-
dendi. Qui totiens excitatur in nobis quo-
tiens laudes ipsius patrie audimus reserari
sicut dicebat ps. Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi in domum domini ibimus. Et
licet singule celebritates sanctorum excitent
animum tamen omnium sanctorum sollempnitas animum
debet vigilantius elevare in quo regni
nostri maiestas, ministrorum eius nobilitas, con-
civium nostrorum beata societas declaratur. De
quibus agitur in principio evangelii. Et quia ante omnia
oportet eum laudare qui est sanctus sanctorum et
cunctos condidit sanctos. Ideo presens evangelium in
tres partes dividitur. In prima extollitur
regis eterni maiestas venerabilis. In secundo
describitur angelice creature dignitas
honorabilis ibi. Et accesserunt ad eum. In ter-
tio distinguitur humane nature merites beatificabilis
ibi Beati pauperes spiritu. Circa primum maie-
statis ipsius qui omnium sanctorum regalem op-
tinet principatum ex sex conditionibus de-
claratur. Primo ex ipso est salutare refugium
quod ostendit nominis proprietas. Ihesus. qui salvator
vel salutaris interpretatur. Secundo circa sub-
ditos gerit attentum aspectum. Videns tur-
bas. Tertio sic attendit in fama quod
eum sublime sit ascensum. Ascendit in
montem. Quarto certo sit tamen qualitatis indi-
cium Et cum sedisset. Quinto clare ...

misterium Et aperiens os suum – Secundo circa
ueritatis magisterium docebat eos – Circa
primum considerandum quia si xpistus rex est omnium
fidelium sicut dixit angelus ad uirginem
Luc. 1o Regnabit in domo Jacob in eternum
de quo et magi interrogauerunt dicentes Mt. 2 V-
bi est qui natus est rex iudeorum Ergo hoc misterium
est in ipso nomine eius est ihesus i. salutaris Hoc
enim est differencia inter tyrannum et regem. Quia
tyrannus dispergit subditos rex autem saluat
unde salus populi rex est Ideo clamat mulier quedam
ad regem israel 4 Re. 6 dicens Salua
me domine mi rex Et 2 Mach. 4 videbat
Onias sine regali prouidencia impossibile
esse pacem dari rebus. Verus itaque rex
est ihesus cui conuenit omne regale nomen ut
ihesus saluator dicatur sicut Legitur Luc. 19
filius hominis non venit animas perdere sed
saluare Saluauit autem sicut pastor gregem
sicut medicus egrotum sicut redemptor
captiuum sicut fidelis depositum sicut dilectus
amicum et sicut diues thezaurum. Ys. 43 Ego
sum dominus et non est absque me saluator – Secundo
tangitur eiusdem regis aspectus videns turbas – Pu-
tauerunt quidem quidam non videre terrena nec
corporalia curare quod maioribus intentum
et ab hiis remotum inferioribus unde ouidius
de fastis. Ut quid deus celi que simul tueri
non vacat exiguis rebus adesse
Item et Job 22 dicitur An cogitas quod deus
excelsior celo et super stellarum verticem subli-
metur et dicis quid nouit deus et quasi per caliginem
iudicat nubes latibulum eius nec nostra
considerat et circa cardines celi perambulat
et aliud simile ... veritate dicitur. Et dixerunt

quomodo sciet deus et si est sciencia in excelso
Et alibi dixerunt non videbit dominus nec
intelliget deus iacob. Hoc enim est opi-
nio iniquorum hominum et impiorum qui ut
impune peccarent finxerunt deum ista
non aduertere Contra quos arguit elegan-
ter ps. 93 dicens Intelligite insipien-
tes in populo et stulti aliquando sapite Qui
plantauit aurem non audiet aut qui
finxit oculum non considerat Qui co-
rripit gentes non arguet qui docet
hominem scienciam dominus scit cogitaciones
hominum quoniam vane sunt. Ergo qui regit
in celis videt turbas hominum in terris
humilia enim respicit in celo et in terra
Nec quemadmodum principes seculi attendentes
maiora minora negligunt sed
potius nichil eum latet. Omne enim
occultum penetrat et omne minimum dis-
cernit et abiectum renouat. Omni
infime se applicat nichil ita secreti
dum est quod illi non appareat. Attingit enim
ubique aspectus eius. Sap. 8 sua iudiciam
attingens a fine usque ad finem for-
titer et disponit cuncta suauiter Unde
contra adulterum dicentem Eccli. 23 Quis
me videt tenebre circumdant me et
parietes cooperiunt me quem vere-
or delictorum meorum non memorabitur
altissimus Contra hunc sic obicit ecclesiasticus
non intelligit quod oculi domini multo plus
sunt lucidiores sole circumspicientes
omnes vias hominum et profundum abyssi
et hominum corda intuentes in abscon-
ditas partes. Dico cum deo ... quam

creacionem omnia sint cognita sicut et post
factum respicit omnia. Gregorius 16. libro moralium capitulo
Omnipotens deus sic exteriora circumdat
ut interiora impleat / sic summa regit
ut yma non deserit / sic yminis presens est
ut a superioribus non recedat / sic latet
in sua specie ut tamen cognoscatur in opere
ut tamen comprehendi non valeat agnoscen-
tis estimacione / sic attendit omnibus
ut assit singulis sic adest singulis
ut simul omnibus nunquam desit = Tercio
rex noster commendatur a altitudine maies-
tatis. Ascendit in montem. Mons
secundum ysidorum 14 libro ethimologiarum sic dicitur
eo quod emineat. Triplicem autem emi-
nenciam christus ascendit. primo est dignitatis
christus ascendit non ubi aliquando non erat
sed ubi semper erat / Secundo ascendit eminen-
ciam ascensus non prius non sine lege
Tercio quo equalitate patris sicut io dicit
ascendisse in montem. psalmus mons dei
pinguis mons in quo bene placitum deo
habitare in eo. Etenim dominus habitabit in fi-
nem. Ecclesiastici 24. Ego in altissimis habito
et thronus meus in columpna nubis
= Secundus mons est eminencia beti-
tudinis de quo Exodi 15. plantabis
eos in monte hereditatis tue. Ecclesiastici 1. 2(?)
24. Erat species domini quasi ignis ardens
super verticem montis. Sunt in montem
glorie ascendit christus eternaliter. Est
enim splendor glorie et figura substancie eius
ad hebreos primo. Exurge gloria mea = Ter-
cius mons est celestis eminencia quia
conscendit super omnes celestes motes
christus ascendit. Marci 16. postquam lo-

cutus est eis assumptus est in celum. psalmus excel-
sus super omnes gentes dominus et super omnes celos
gloria eius. Tribus sicut deus noster qui in excel-
sis habitat = Tercio rex noster principes commendatur
a plenitudine potestatis. Et cum sedisset. Quia
cuncta movet sine sua mutacione sedere
dicitur. Et hoc attestatur sue plenitudini po-
testatis que absque sui variacione sola immu-
tabilitate cuncta peragit. psalmus mutabis ea
et mutabuntur tu autem idem ipse es. Et que nobis
videnda sunt tria. Primum quae sit ista sedes
= Secundum ubi sit posita = Tercium qualiter
sit situata. De primo dicit ysaias 66. celum
michi sedes. Celum intelligit racionalem creaturam
in qua sedet omnia diiudicans. Vel celum
est ipsa bonitas in qua sedens ad nichil
aliud movetur. Vel ysaie 6. Vidi dominum seden-
tem super solium excelsum et elevatum. Solium
regale est sedes. Vel dicitur solium quasi sedium
et est natura racionalis. Vel ideo solium dicitur a soli-
ditate eius. Aliud est divina bonitas cunctis
solidior que super omnia excelsa et eleva-
ta. Vel ideo solium dicitur a xylos grece quod est lignum
quia ex ligno fiebant sedes regum. Sunt
solium regis eterni natura racionalis et eo ipso
quod creatura velud lignum fragilis est. Istud
autem solium excelsum est in natura angelica sed ele-
vatum in natura humana = Secundo videndum est ubi
sit ista sedes posita. De hoc dicit psalmus Qui
sedes super cherubin. Quem extendit omnem
pulcritudinem sue inmensitatis = Tercio vi-
dendum est ubi sit situata. De hoc habetur quod
sedet ad dexteram patris in excelsis. Dex-
tera dei est eternitatis honor et equalitas
glorie. psalmus. Longitudo dierum in dextera.

eius. Cristo regi nostro nobilis origo
describitur. Et aperiens os suum. Os christi est
intellectuale cordis patris verbum procedit verbum
os quo aperit dum patrem manifestat di-
centem. Sicut enim verbum ab ore ita filius
a patre. Et sicut verbum aperit os ita christus
patrem manifestavit. de quo psalmus. Eructa-
vit cor meum verbum bonum. et Eccli. 24. Ego
ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem
creaturam. Quando vero os patris christus aperuit
i. manifestavit ipse dicit Jo. 16. Exi-
vi a patre et veni in mundum. Et Jo. 17. Pa-
ter manifestavi nomen tuum hominibus quos
dedisti mihi. Neque enim os patris ullus po-
tuit aperire i. manifestare nisi verbum illius
quod ab ipso procedit. Matth. xi. Nemo novit
patrem nisi filius et cui voluerit filius
manifestare. Jo. 1. Deum nemo vidit
unquam nisi unigenitus filius eius qui
est in sinu eius ipse enarravit nobis.
Sexto ponitur describitur magisterium
veritatis quo christus rex noster docet omnem
intellectum. docebat eos. Ipse enim est qui
dicit Jo. 13. Vos vocatis me magister
et domine et bene dicitis sum etenim. Cuius singulare
magisterium ipse tangit Matth. 23. Nec
vocemini magistri quia magister vester
unus est christus. Sine cuius magisterio
nemo docet. ipse enim hoc verbum personare
exterius valebis sed veritatem ipse solus
describit in mente qui veritas est. Unde
Aug. 4. conf. Nullus praeter te doctor
est veri ubicumque et undecumque claruit.
Job 38. Quis posuit in visceribus
hominis sapientiam vel quis dedit gallo

intelligentiam. Ratione huius doctrine de-
Rychardus de sancto Victore 5. de trinitate
Veniam attendent pagani cum quanta
confidentia vani fideles poterunt dicere
deo domine si erravimus per te decepti su-
mus. Distinctio secunda

Secundo principaliter quod pertinet ad so-
lempnitatem huius diei est
consideratio angelice dignitatis que
in verbis istis describitur cum dicitur Ac-
cesserunt ad eum discipuli eius. Ubi sa-
cri illi spiritus commendantur tripliciter.
Et primo a discipulatu veritatis discipuli
eius. Secundo ab accessu familiaritatis
accesserunt. Tertio ab inmo stabilitatis
ad eum. Ratione primi considerandum est quod
beati illi spiritus dicuntur esse discipuli summe
sapientie que tenet summum magisterium vir-
tute scola celesti sicut legitur Iob. 2G (?).
Mittat de celo i. de sede sapientie a-
mico suo cuius possessio eius sit ad eam
possit ascendere. Isti discipuli quem-
dam 3 Reg. x. quam sapientiam ab hoc vir
recipiunt. Beati viri tui et beati servi tui
hii qui stant coram te et semper au-
diunt sapientiam tuam. Iste vero discipulatus
angelicus consistit in tribus s. cognitione
distinctione et operatione. Suscepit enim disci-
pulus a magistro triplicem s. doctrinam
veritatis cognitionis distinctionem et hierarchie ordo
ganpium (?) et inde operationem. Auctoritatis
legitur doctrina primo suscipiunt cognitionem
omnium velud clarissima specula quam y-
maginem omnium veritatis expressam verbi.

Dyon. 2o de angelica ierarchia spiritus sunt
specula clarissima et inmaculata sus-
ceptiua radii principalis luminis et hii ut
deitatis cognitionem etiam intimam cog-
nicionem conspiciunt. Ieronimus super Math. 18 Angeli
eorum semper vident faciem patris mei qui
in celis est. De secundo legitur Par. 2. Cherubin fa-
cies cherubim conuerse erant ad exterio-
rem domum. Domus interior celestis
est patria domus vero exterior mundus iste
est. Et quamvis angeli omnium mundanorum habent
noticiam, ideo facies eorum ad domum ex-
teriorem conuerse dicuntur. Nec mirum si to-
tius creature habent noticiam qui fontem
sapientie omnia contemplantem intuentur.
Unde Gregorius 2 moralium ca. 2 quid est de hiis
que scienda sunt nesciunt qui scientem
omnia sciunt. Et autem mutuam de se ipsis
habeant noticiam ex littera diuini magi-
sterii potest intelligi exemplo quod dicitur Exo.
24 ubi dicitur quod cherubin respicie-
bant se mutuo versis vultibus in propi-
ciatorio. Respiciunt se mutuo quia
mutuo se cognoscunt exemplo quod vultus
utriusque [illegible] ad alterum conuertitur
et hoc ideo quia diuinitatis [illegible]
contemplantur. Tertio discipuli distinguunt
magisterii ordinem [illegible] ante
sit ordo virtutum celestium quamvis sapientes
distinctus quam potentes [illegible] non
facile potest ab homine mortali expli-
cari. Job 38 Numquid nosti ordinem celi
et pones racionem eius in terra. Ex hiis tamen
que dicit scriptura [illegible] potest tres esse
ierarchias id est sacros principatus et no-
uem ordines supernorum spirituum. Legitur

enim 3 Reg. 7 quod Salomon edificauit atrium interius
tribus ordinibus lapidum politorum et uno or-
dine lignorum cedri. Atrium interius est ecclesia
triumphans. Politi vero lapides superni sunt
spiritus, lapides viui, lapides fortitudinis politi
sunt sine omni naturali asperitate. Ex hiis vero tri-
pliciter distinctis secundum tres ierarchias con-
stat edificium ecclesie triumphantis. Unus vero
ordo lignorum cedri sunt omnes anime beatorum
hominum que lignum dicuntur ex fragilitate nature
et cedrorum racione incorruptibilis glorie. Tres
vero ierarchie sunt suprema media ultima [?]
infima per gradacionem sicut dicit Dyon. 3 de
angelica ierarchia. Iste vero ierarchie lapi-
dec distinguuntur rursus in 9 ordines angelorum
significatos per nouem lapides preciosos descriptos
Ez. 28 ita ut quelibet ierarchia tres lapi-
des contineat. Suprema ierarchia habet sera-
phin ardentes qui per carbunculum designantur,
et cherubin intelligentes qui per criso-
litum designantur in quo ad oculi solis ru-
tilat stella aurea, et thronos cum tranquillitate
iudicantes qui per topazium intelliguntur
auro similem qui etiam bullientem aquam
per sui immissionem differenter facit et hoc signat
esse tranquille iudicantes. Media ierarchia
habet ordinem dominaciones toti mundo
presidentes qui per saphirum intelliguntur
cuius color est aspicientibus [illegible] sicut
celum serenatum [illegible] cum oportet esse preside-
tem sine nebula erroris malicie. Habet etiam
principatus regnis et prouinciis specialiter
imperantes qui per berillum designantur. Nam
hic lapis valet contra hostem et dicitur ho[illegible]

Nota [illegible] ix chorum [illegible]

reddere iudicium et inuitem quia totum principibus querunt = Tertii sunt potestates quorum potencia euil resistit virtuti designant per iaspidem de quo fertur quod reddat hominem contra potentem et tutum = Infima uero ierarchia primum est ordinem virtutum quorum actio ad omnia se extendit qui per smaragdum intelligitur cuius coloris virens tantum vires et virtus sui coloris proximum aerem inficiat = Secundi sunt archangelos qui maiora denunciant isti per onichem designantur cuius colorem est nigri coloris albis venatum et est figura humane vngulis et cum que propositos nunciant licet ipse reuelationes venam habeant albam quia tamen significant magna misteria ipse obscuritas sunt nigre = Tertii sunt angelos quorum sunt particulares effectus et reuelaciones ideo per sardium intelligitur similem terre rubre quia infimus ordo est sicut terra ultimum elementorum = Sunt discipuli magni in primo operantur sic et superni fecit perficiunt omnia dominatus in primo Psalmus potentes uirtute facientes uerbum illius ad audiendam uocem sermonum eius dedit autem deus illis in primo industrium regendi quia primo regunt promulgando leges Gal. 3. Lex ordinata per angelos fuit Secundo protegendi homines Psalmus angelis suis deus mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis Tertio expugnando hostes Iudic. 4. De celo dimicatum est contra eos stelle i. angeli manentes in ordine et cursu suo aduersus sisaram pugnauit Sisara exclusio gaudii interpretatur et hic est hostis noster qui hoc piat ut agaudiis eterne vite nos excludat = Secundo natura angelica describitur familiaribus domini ministri accesserunt Quorum accessus quadruplex est s. conformacionis ante conuersionis gratie contemplacionis clare et dilectionis intime = Et primo quidem ad dominum accedunt per conformitatem nature quia sicut spiritus sine corpore sicut et diuina natura Psalmus facit angelos suos spiritus Augustinus 12 confessionum duo fecisti domine vnum prope te angelicam s. naturam et alterum longe a te s. informem materiam propter hanc proximitatem conformitatis nature ipsi angelici spiritus dicuntur filii dei Iob 38 Cum me laudauerunt simul astra matutina et iubilaverunt omnes filii dei = Secundus accessus est conuersionis gratie Prima namque angelicam sibi proximam naturalem fecit et proximiorem supernaturali conuersionis gratia Ezechiel 1 dicitur quod vultus et facies eorum et penne eorum extente desuper quia non ad inferiora aduersi sed ad superiora conuersi sunt Secundo querunt eis illud Math. 4. Ecce angeli accesserunt et ministrabant ei = Tertius accessus est clare contemplacionis dum enim cognoscunt creaturam in propria natura aut terra illa aliqua exhibent ministerium ex hoc videntur ab interna luce recedere Sed tamen eandem in verbo diuino cognoscunt tunc a uespertina cognicione cognicione matutina accedunt ad dominum Iob primo Quadam die venerunt filii dei ut assisterent coram domino dicebat celestis

contemplacionis sed non a mei contem-
placione assistunt angeli coram deo sed
mea solum qua cognoscunt res in verbo
non tamen dicuntur res cognoscere in se ipsis
quas semper eas in verbo cognoscunt ut
dicit Aug. 4 sup. Gen. ad litteram Et
in contemplacione dicuntur semper asti-
dire Citus accessibus est intime di-
leccionis amor cum caritatem trans-
fert in amatum Et quia deum diligunt
plus quam se ipsos ideo magis ad deum at-
tendunt quam sibi sunt propinquiores quam
sibi ipsis Ber. 4 [illegible] cant. 2. 3. Natura
angelica eo ipso quod creatura est inse-
[illegible] vicissitudine mutabili-
tatis Et per hoc quod ei qui semper idem est
vinculis amoris colligatur Tercio
dicitur ad eum [illegible] proximitatis ter-
minus exprimitur Ad eum enim attendunt
qui est bonum omnis boni finis omnis
appetitus terminus omnis motus quies
omnis laboris premium omnis virtutis
sufficiencia omnis defectus Et ut bre-
uiter omnia vniuersa concludam quem
in omnibus motibus suis desiderant
angeli prospiciunt. distinccio tercia

Tercio iuxta diuersitatem
multorum distinguitur premium
animarum sanctorum cum dicit Beati paupe-
res spiritu. Ubi considerandum primo quia
quod premium cuius [illegible] beatitudo est
quam diffinit Boecius 3. de consolacione 2.
quod est status omnium bonorum aggregacione
perfectus Beatum dicit racione stabi-
litatis et manentie perfectum dicit racione in-
deficiencie omnium bonorum aggregacionem dicit
racione inseparabilitatis et conuenientie hec
enim mundi bona beatificare non possunt quia
multum desunt perfectum est sic deficiens non a-
ggregat sibi aliud bonum et cuius non est
stabile et manens Et hoc est videre in hiis
que afficiunt homines in quibus quidam consueuerunt
ponere beatitudinem Et hec sunt diuicie ho-
nores potestates gloria voluptates fortitu-
do decor et sanitas Ostendit autem Boecius
horum facere hominem felicem Primo quod
longe sunt diuicie a vera beatitudine que
subripi possunt [illegible] Item si honorem cupis
supplicabis danti et qui preire honore ce-
teris cupis poscendi humilitate vilesces
Alia racione potest assignari dicens
quod honor est bonum honorantis non honorati
beatitudo bonum et felicis Item si potenciam deside-
ras subiectorum obnoxius periculis sub-
iacebis Item si gloriam [illegible]
securus esse desistis Item voluptates quis
credat beatum facere cum vilissime ac fra-
gilissime rei corporis seruum constituat
Item quam facile fortitudo decor et sani-
tas tollitur constat quia per hoc non sumus
feliciores quam illud bonum in quo sunt hec
omnia aggregata [illegible] animal [illegible]
beatus ipsum est summum bonum quod videre et amare
beatum constituit. [illegible] Ambros. de off. [illegible]
scriptura beatitudinem constituit in dei cog-
nicione et fructu bone operacionis fructus
a fruicione nomen accepit fruimur non
est amori inherere alicui rei propter se ipsam

dist. 3

[illegible] agros [illegible] assita tam sepe [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non sit beatus [illegible]

ut dicit Aug(ustinus). Hec ergo beatitudo est quibus
omnibus sanctis animabus et spiritualia prima
distinguitur nove beatitudinibus iuxta
diversitatem meritorum. Et primo tangit
primum apostolici muneris cuius quidem de-
signat in eo quod dicit pauperes spiritu i. secundum
Augustinum humiles spiritu non habentes in-
flantem spiritum. Multi quidem videntur
humiles exterius quorum interiora plena
sunt dolo sicut dicit Eccl. 19. Et humilita-
tem spiritus ipse attendit qui est ponderator
spirituum. Vel aliter pauperes spiritu intel-
liguntur qui pro Christo rebus secularibus ab-
renunciant non tristes sed affectu et desi-
derio quorum spiritus pauper est nichil undique
cupiens. Sic pauperes spiritu gloriosi fuerunt
apostoli humiles abrenunciantes honoribus
et pauperes abrenunciantes divitiis de
quibus duobus princeps apostolorum proposuit
Christo quando Mt. 19. Ecce nos reliquimus
omnia abrenunciantes divitiis et secuti
sumus te humiliter abrenunciantes
